BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
5 M
12

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-3, i, 15
29
E
2928

TRACTATUS
DE
PLURALITATE
HOMINIS
LEGALI.

Digitized by Google

TRACTATUS
DE PLURALITATE
HOMINIS LEGALI.
ET UNITATE PLURIUM FORMALI;

A G E N S

De Teſtamento militis, Feudatarii, Epiſcopi, Ad pias cauſas, Inter liberos, Civis Neapolis, Subſtituentis pupillariter, & filiifamilias.
De Compenſatione, Cambio, Duplicitate ſalarii, Vocum, Diſtributionum, Ceſſione, Mandato, Unione actionis, & paſſionis in eodem ſubjecto, & ſimilibus; Reduplicationem perſonæ, & Unitatem plurium perſonarum intellectualem concernentibus.

Recenſenturque perſonæ, & Principes etiam Supremi multorum vicem ſubſtinentes.

A U T H O R E

D. CAROLO ANTONIO DE LUCA
M E L P H I T E N S I,

Opus in Scholis, & in Subſelliis perutile, ac neceſſarium.

NEAP. Apud Franciſcum Mollo MDCLXXXIII.
Et denuò ex Typographia Lucæ Valiero MDCCXXII.

SUPERIORUM PERMISSU.

Alle ſpeſe di Franceſco Giannini Mercante-Libraro Pontificio in Roma, che li vende.

ILLUSTRISSIMO DOMINO
D. CONSTANTINO
GRIMALDI
REGIO CONSILIARIO.

TANTA eſt tui nominis fama, quæ jam per univerſam fermè Europam peragravit, ut inter doctos, & eruditos extiterit nemo, qui magnitudine tuarum virtutum occupatus in amicitiam tuam non pervenire contendat. Hic cum mecum ipſe cogitarem, qua ratione amicitiam, patrociniumque tuum mihi comparare potuiſſem, conſilium cepi Tractatum hunc *De Pluralitate Hominis Legali D. Caroli Antonii de Luca*, nunc iterum meis typis excuſſum tibi dicare. Quod opus puto à te non eſſe omninò alienum, cum quæ continet eorum ſunt, qui in legali facultate, civilique jure verſantur. Non enim ſum neſcius majora requirere ſummam doctrinam tuam, ſed nullus eſt tam iniquus æſtimator alieni operis, qui non cogatur interdum, aliquid agnoſcere, vel in parvis aut novum, aut commendabile. Tu verò ut ſapiens adſuetus certè non eris aliorum ingenia contemnere; ſed potiùs ad ſapientiam pro cujuſcumque munere excitare. Igitur non dubito, quin ſis hoc qualecumque opus in teſtimonium mei obſequj, & obſervantiæ benigna fronte ſuſcepturus. Prætereo heic conſultò tuas enarrare laudes ne incomparabilem

bilem modeſtiam tuam offendam ſummæ doctrinæ parem. Tu etenim ad juris civilis ſcientiam non modò Græcarum, atque Romanarum antiquitatum cognitionem, rerumque geſtarum attexuiſti, ſed omnem humanam, atque divinam eruditionem, SSrumque PP., & Sacr. Conciliorum lectionem adſportaſti. Tu mentem tuam purioris philoſophiæ luminibus conſperxiſti, adeoùt nihil ſcientiarum generis relictum ſit, quarum tu culmen non attigeris. Unde non mirum, ſi tranſalpini omnes, qui te præſentem habere nequeunt in numiſmatibus ſumma tecum laude expreſſerunt. Fruere igitur hac publica celebritate nominis tui magnitudine, & æquitate animi tibi in præmium converſa virtutis. Comprehende curis tuis doctrinarum, atque ſtudiorum propagationem; literaſque defende ab imperitorum, & ſemidoctorum arrogantia, qui jamdiù in eas incumbunt, ut profligata jam barbarie, cogamur illam revocare ad perniciem, & diſperſionem ſcientiarum. Quod cum id à te omnes boni expectent, munuſculum hoc meum qualecumque non gravatè accipias rogo. Vale.

Dom. Veſtræ Illuſtriſs.

Neapoli 12. Septembris 1722.

Tuus humillimus, & obſequentiſſ. Servus

Lucas Valtero.

IN Congregatione habita coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano ſub die 20. Junii 1682. fuit dictum: quod Dominus Canonicus Franciſcus Verde revideat, & inſcriptis referat eidem Congregationi.

S. MENATTUS VIC. GEN.

Joſeph Imperialis Soc. Jeſu Theol. Emin.

EMINENTISSIME DOMINE.

IUſſis Eminentiſſ. Dominationis Suæ obtemperans legi opus, cujus titulus, *De Pluralitate Hominis Legali, &c. Authore D. Carolo Antonio de Luca*, verè lucidum, & eruditum; in quo nihil contra bonos mores, nec contra Eccleſiaſticam Juriſdictionem, ideò imprimi poterit, ſi ità videbitur Eminentiæ Suæ, Neap. 2. Septembris 1682.

Eminentiſſ. Dominationis Suæ

Addictiſſimus, & humilliſſimus Servus
D. Franciſcus Verde.

IN Congregatione habita coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano ſub die 17. Novembris 1682. fuit dictum: quod ſtante repetita relatione, *Imprimatur*.

S. MENATTUS VIC. GEN.

Joſeph Imperialis Soc. Jeſu Theol. Emin.

REIMPRIMATUR. Neap. die 19. Auguſti 1722.

D. P. M. GIPTIUS CAN. DEP.

ECCEL-

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

Francesco Mollo ſtampatore, ſupplicando humilmente eſpone à V.E. qualmente deſidera dare alle ſtampe un'opra legale, intitolata: *De Pluralitate Hominis Legali, Authore D. Carolo Antonio de Luca*; ed anco riſtampare *Golino de Procuratoribus, & notas ejuſdem de Luca*. Intanto ſupplica V.E. reſtar ſervita, commettere la reviſione, à chi meglio le parerà, per ottener poi la licenza dell'impreſſione, che l'averà à grazia, ut Deus.

Magnificus Joannes Baptiſta Muccio videat, & inſcriptis referat.

CARRILLO R. CALA' R. SORIA R. FLORILLUS R.

Proviſum per S.E. Neap. die 12. Auguſti 1682.

MATSELLONUS.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

Legi ea, qua potui diligentia librum inſcriptum: *De Pluralitate Hominis Legali*, compoſitum à *D. Carolo Antonio de Luca*, necnon *Tractatum de Procuratoribus compoſitum à Golino*, luci jamdiù datum, & *novas* tandem ibi *notas ejuſdem D. Caroli Antonii de Luca*; nec aliquid in his contra Regiam Juriſdictionem, bonoſque mores inveni, ſed plurima utilia, & ingenioſa ſui digna Auctoris, undè imprimi poſſe arbitror, ni aliter ſentiat Excellentia Tua, quam Deus ſemper ſervet incolumem. Vale. Neap. die 1. Septembris 1682.

Excellentiæ Tuæ

Addictiſſimus Servus
Joannes Baptiſta Muccio.

Viſa ſupradicta relatione, Imprimatur, & in publicatione ſervetur Reg. Pragmatica.

CARRILLO R. CALA' R. FLORILLUS R.

Illuſtr. Marchio Criſpani
non interfuit.

Proviſum per S.E. Neap. die 19. Novembris 1682.

MASTELLONUS.

REIMPRIMATUR. Datum Neap. die 12. Septembris 1722.

ARGENTO REG. & PRÆS.

Peſcarini Cancell.

IN

INDEX ARGUMENTORUM,

Quæ in Tractatu de Pluralitate Hominis Legali continentur.

1 IN teſtatore milite reduplicatio perſonæ oſtenditur. Milites an debeant eſſe in expeditione belli? Jus accreſcendi inter hæredes, quando competat. Nautæ, & remiges claſſis navalis, an dictum privilegium habeant. Et quid de Clericis, & Advocatis? *fol.* 2.

2 Inſtituens hæredem Eccleſiam, vel ad pias cauſas in certo fundo, vel in certa parte hæreditatis, an inſtitutio trahatur ad totum, vel potiùs decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, prout miles, & repræſentet plures perſonas? Nova quæſtio, & quid ſi cohæredes repudiaverint, vel defecerint, utrum habeat locum jus accreſcendi. Expenduntur *Andreol., Dom. Card. de Luca, & Bellonus.* Et quid in teſtamento inter liberos. *fol.* 4.

3 A milite arguitur ad feudatarium, & in teſtando finguntur in eo duo teſtatores, & etiam plures perſonæ formales in una materiali? Poſſidens plura feuda in diverſis ditionibus non poteſt conveniri pro negotiis unius in loco alterius, nec in domicilio? Et differentiæ inter feudatarium, & militem in teſtando? Rem exornat *Dom. Card. de Luca. fol.* 5.

4 Pater filio hæredi inſtituto pupillariter ſubſtituendo, an fungatur vice duorum teſtatorum? Ingens quæſtio in materia Conſuetudinaria, Statutaria, & feudali, ſi Neapolitanus per ſubſtitutionem pupillarem excludat proximiores à portione Conſuetudinaria; Et quid ſi pater ſit Clericus, qui non ligatur activè, nec paſſivè à Conſuetudine? Denique an pater virtute gratiæ poſſit hæredem in feudis filium inſtituendo per ſubſtitutionem pupillarem diſponere de feudis ad beneficium proximioris maſculi de familia? Controverſia inſignis per præſtantiſſimos Advocatos nuperrimè diſputata. An ſubſtitutio pupillaris bifrontem naturam gerat. *fol.* 7.

5 Teſtator civis Neapolitanus, an repræſentet duos teſtatores, unum in medietate libera bonorum antiquorum, alterum in portione Conſuetudinaria in bonis antiquis inſtar militis. Nova dubitatio, an Neapolitanus reſpectu portionis Conſuetudinariæ etiam ſi teſtetur ad beneficium proximioris decedat inteſtatus? Et quid ſi renunciaſſet, & renunciatarius inſtituerit renunciantem? Expenduntur *Conſil. Roccus, Dom. Reg. de Marin. & alii.* Onera hæreditaria qualiter dividantur inter hæredem extraneum, & proximiores? Expenduntur *Præſ. de Franch. deciſ.* 280. & recens S. C. deciſio. *fol.* 11.

6 Hæres ſimplex per ſeparationem bonorum petitam per creditores defuncti eſt diverſa perſona à defuncto. Recenſentur ſeparationis bonorum effectus, ac etiam inventarii. Hæres gravatus quo ad fideicommiſſarium univerſalem qualiter ſubſtineat duas perſonas, ne confundantur ſuæ actiones. Compenſatio de debito hæreditatis, an opponatur contra hæredem proprio nomine creditorem? declarantur *Gratianus, & Gaitus.* Mala fides defuncti, quando impediat præſcriptionem in hærede, & identificetur, vel diverſus ſit hæres à defuncto, dilucidatur. *fol.* 14.

7 Compenſatio an procedat, quando creditum, & debitum non pertinent ad unam, & eandem perſonam tàm materialiter, quàm formaliter, ut ſi poſſeſſor primogeniture depoſitaverit fructus illius pro multiplico, juxtà præceptum Inſtitutoris, & viceverſa ſit debitor ex proprio

b debito

debito ejuſdem depoſitarii, an iſto defecto, à creditoribus decocti conventus opponat compenſationem, cum duplex, & diverſa adſit perſona formalis, & de debito proprio cum credito primogenituræ ob mixturam juris tertii videatur neganda compenſatio. Refertur deciſio. *fol.* 16.

8 Habens plures ſocietates, & negotiationes repræſentat plures perſonas, & contractus intuitu unius non influit in alium, nec confunduntur creditores ſocietatum, neque illi cum creditoribus, quibus proprio nomine debet ſocius. Creditores unius negotiationes vincunt anteriores etiam privilegiatos alterius, & illi ſocietatis vincunt creditores hypothecarios anteriores ipſius ſocii. An aliud ſit reſpectu capitalis poſiti in ſocietate? Variavit *Rota Romana*, & ſenſus *D. Card. de Luca*. Ediſſeritur fusè de compenſatione, an hæc poſſit opponi contra creditorem patrimonii per adminiſtratorem, vel ſocium de eo, quod proprio nomine ſibi debetur. Demum an confundantur creditores diverſarum negotiationum, vel detur diverſitas patrimoniorũ in pagano, quando crediderunt intuitu negotiationum, & in diſtinctis locis? *f.* 17.

9 Duorum jura, quando in unam perſonam deveniunt, an hæc repræſentet duas perſonas? Exornatur *text. in l. ſi mihi, & tibi, ff. de legat.* 1. & *text. in l. liberto, ff. de bon. libert.* Utrum hæres legatarii poſſit repudiare legatum in præjudicium creditorum legatarii? Refellitur intellectus *D. Gizzii*. An interdum habeat duplex legatum? Et duæ cauſæ lucrativæ concurrant in eodem ſubjecto. Perſona, in quam devenit jus alterius, an habeat duas voces, & duplicem diſtributionem, dum intereſſentia eſt una. Legata cappa Fratribus Prædicatoribus, & Priori Biblia, an iſte debeat habere ambo legata? *fol.* 19.

10 Legatus, Epiſcopus, & alii recenſentur repræſentantes duas perſonas. Agitur de contractu cambii, *con la ricorſa*, an ſit licitus? An Procurator Camporis poſſit eſſe Procurator Campſarii, & repræſentare utrumq; & quę ſit praxis, & quid in foro interno. Et ſenſus *Authoris. fol.* 21.

11 Procurator ad cambiandum conſtitutus, an fungi poſſit vice mandatarii, & creditoris; & facultas data ſumendi cambium à ſemetipſo, an valeat? *Rota Roman.* admittit ſtylum hujus cambii. Quidquid in puncto juris cenſeat *Turri de cambiis*. Declarandi cambium, *con la ricorſa*, diſtinctum à continuato. Diſtinctiones *Card. de Lugo*, & *Giballini*. Species cambii ſicci indicantur. *fol.* 23.

12 Una perſona uti repræſentans utrumque contrahentem, an poſſit celebrare contractum cambii? Filiusfamilias idemque Conſul poteſt ſe dare in adoptionem apud ſemetipſum. Servus communis unica verborum conceptione ſtipulatur pro pluribus Dominis. Tutor duorum pupillorum, ſi unus eorum conveniat alterum, an poſſit autorizare ambobus. Una perſona ſuſtinet vices plurium, ſi habetur reſpectus ad perſonam ratione officii. Expenduntur plura jura pro opinione ajente. E' contrariò arguitur, quod oppoſita relative, & duorum conſenſus contrahentium verificari nequeant in uno ſubjecto. Emptor, & venditor, procurator ſponſi, & ſponſæ, idem eſſe non valeat. Et qualiter *Turri de cambiis* occurrat juribus contrariis, ſenſus *Authoris*. *fol.* 24.

13 Teſtis an poſſit fungi officio principalis debitoris, & teſtis ſcribens, & ſubſcribens apocham aſſerens de commiſſione principalis debitoris ſcripſiſſe, & ſubſcripſiſſe? Contra opinionem *Gatti* ajentis reſolvitur? Diſſident *Conſiliarius Roccus*, & *Conſiliarius Hodierna*. An quis poſſit eſſe Notarius, & teſtis. Teſtis unus, an poſſit fungi officio duorum deponendo de veritate facti, & de confeſſione extrajudiciali? Negat *Alex.*, & an jure. *fol.* 27.

14 In actionibus, & in interdictis duplicibus utraque pars duarum perſonarum vices gerit, quæ exemplificantur, & juramentum quilibet præſtat ſub duplici forma. Qualiter conſiſtant Judicia ſine Actore, Judicę, & reo, & locum habet regula Actore non probante Reus, abſolvitur. Quomodo adſit legalis conventio, & reconventio, & ſimilia ſint judicio conventionali, & reconventionali, & Judex fugitur vice duorum, & duplex conſequitur ſalarium. *fol.* 28.

15 Via brocardica eſt, utrum quis poſſit fungi vice plurium. Regulariter non poſſit, niſi officia ſint compatibilia, & recenſentur. Diſtinguuntur actus juriſdictionis voluntariæ, & contentioſæ, & in voluntariis, quæ ſe mutuo impediant, & dividuntur impedimenta. Delatis uni duobus officiis incompatibilibus, utrum per ſubſtitutum deſerviri, aut vendi valeat? *fol.* 29.

16 Exornatur regula, *Jura duorum, quando ad unum deveniunt, remanent diſtincta, ac ſi eſſent duæ perſonæ*; utrum emptore cum pacto de retrovendendo donante rem emptam, deinde ceſſo jure luendi ipſi donatario, confundatur illud jus reemendi, vel remaneat diſtinctum, & ſervitus extincta, an reviviſcat. Pater ſi uti legitimus adminiſtrator bonorum filii egit contra unum, & ſuccubuit, an poſſit deindè appellare nomine proprio. Clerico convento uti hærede, an illæſum remaneat in eo privilegium fori, & hæres ſit diſtincta perſona à defuncto. Quæſtiones per *Fontanellam*, & alios expenſæ in re, quando una perſona fungatur vice plurium, ſi jura plurium, quæ devenerunt in unum non habent capacitatem ſiſtendi per ſe diviſim. *fol.* 31.

17 Epiſcopus, vel Vicarius generalis in concurſu præſcripto à S. C. Trid. in proviſione Parochialium

Index Argumentorum.

chialium gerit duas perſonas, unam in adhærendo, alteram in præeligendo, quod explicatur. Refelluntur *Alex.* 35. & *Ugolin.* in hac re ignota Canoniſtis Quando intret adhæſio, & collegialiter debeat fieri, & optando præelectio, & ſeparatim ex intervallo, & extra Diœceſim per Epiſcopum declaratur. Demum an peracto examine ante electionem magis idonei quis poſſit concurrere? *fol.* 42.

18 Patronus ex diverſis juribus, vel Procurator plurium patronarum, aut jure patronatus ſpectante ad aliquem ex una cauſa, & ex alia uti ad unum ex collegio, an præſentans tanquam duplex perſona formalis habeat plures voces? Refertur praxis, & an poſſit ſcindere vota? Expenditur *text. in cap.pen. §.porro de elect.in* 6. Diſtinguitur inter electionem, & inter præſentationem laici, & qualiter poſſint eligi duo. *fol.* 34.

19 Epiſcopus alicujus Eccleſiæ, pariter & Canonicus interveniens uti Canonicus in Capitulo, an habeat duas voces, vel votum præponderans in collatione Canonicatuum? Ad ornatum text.in cap.poſtulaſti de conceſſ.præb.& cap.à collatione de appell.in 6. Refertur praxis Hiſpaniæ, & aliorum locorum, & uſus Regni, & declaratur ſimultanea collatio Epiſcopi, & Capituli, & quid de jure communi, & attenta conſuetudine. Demum interveniendo Epiſcopus Eccleſiæ, ut Canonicus, in quo loco ſedere debeat? Senſus *Authoris* ad declarationem quæſtionis. *fol.* 35.

20 Servus communis duorum, vel plurium, repræſentat perſonas duorum, vel plurium dominorum, & habetur, ac ſi ſinguli domini eſſent hæredes inſtituti, vel legatis honorati, & quilibet poteſt repudiare partem. Aliter ſi unus eſſet capax, & diſtinguitur incapacitas, & agitur, ad quem ſpectet portio repudiata, vel pro non ſcripta. *fol.* 37.

21 Pater, & filius, an ſit eadem perſona, ità ut pater primogenitus habens majoratum, ille poſſit uti legitimus adminiſtrator filii poſſidere alium majoratum incompatibilem, vel fungatur vice duorum. Et an filius ſuccedere poſſit, ſi deferatur ſequenti in gradu majoratus incompatibilis? Expenditur pulchra *Gloſ.in §. primo gradu, Inſtit.de gradib. fol.* 38.

22 Mater tutrix trium pupillorum repræſentat tres voces ipſorum in præſentando ad beneficium, & præſentatus ab ipſa præfertur præſentato à fratre illorum pubere juxtà *Lambertinum*, & an ſemper ſit verum, ediſſeritur, ut ſemper multiplicetur vox? *fol.* 39.

23 Ambaſciatores in actu eorum ambaſciariæ vice duarum perſonarum fungentes, an ſibi ipſi acquirant bona præſtita, vel mittentibus? Diſtinguuntur munera, & formæ donationum, expenditur *Caroccius*, & notatur varius. *fol.* 39.

24 Pro una perſona, re, & verbis conjuncti reputantur tàm inter ſe, quàm reſpectu tertii, capiendo id totum, quod caperet unus, idque exemplificatur. Collectivè vocati, adhuc pro una perſona reputantur, & magis quam alii cenſentur conjuncti. Quid ſi nominantur priuſquam collectivè vocentur, vel e contrà; Vel quid ſi vocentur in diverſa oratione? Aut collectivæ adjiciatur diſtributiva. Si Titius una cum filiis ſuis, & Cajus vocati ſint, Titius cum filiis eſt una perſona, & verbis conjuncti reputantur pro una perſona. Quid de re tantùm conjunctis, utrum unius perſonæ poteſtate fungantur? Expenditur *text.in l.1.§.1. ff.de legat.1. fol.*40.

25 Mandatarius an fungatur vice perſonæ mandantis, & è contrà mandans mandatarii, & pariter, an ſervus, vel filius Domini, vel patris jubentis perſonam repræſentet? Argumenta præſtat regula, qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur, & quod permittitur in mandante, permittitur in mandatario, ut de marito, & patre mandante occidi uxorem, vel filiam deprehenſam in adulterio, & an pœna ſtatuta contra delinquentem compræhendat mandantem cum aliis in materia Immunitatis Eccleſiæ. *fol.* 42.

26 An aliquis poſſit baptizare ſeipſum in caſu neceſſitatis, & debeat eſſe diſtinctio inter baptizantem, & baptizatum, & inter generationem carnalem, & regenerationem ſpiritualem? Diſtinguitur inter baptiſmum flaminis, & fluminis? Et utrum quis poſſit per ſeipſum ſumere Sacramentum Viatici? *fol.* 44.

27 Procurator contrahens quando cenſeatur obligare perſonam ſuam, vel principalem? Plures caſus diſtinguuntur; Factor deputatus ad mutuandum, ſi recepto pignore mutuaverit, an reſtituta ſibi pecunia excuſetur à reſtitutione pignoris? Procurator emens nomine Domini, an teneatur ad pretium. Præponens inſtitorem, de quo factu inſtitoris teneatur? *fol.* 45

28 Tabelliones an repræſentent perſonas plurium, pro quibus ſtipulantur ad inſtar ſervorum? Diſcutitur an ſint ſervi publici, & fungantur vice plurium teſtium, & ſit nobile eorum officium? *fol.* 45.

29 In Papa multiplices formales diverſæ perſonæ conſiderantur Vicarii Chriſti. Patriarchæ Occidentis. Principis. Et Epiſcopi Urbis ſibi ipſi ſubjectus. Et quæ ſit ejus Cathedralis? Quæ facit, ex qua perſona faciat, explicatur. Cardinales ad quod aſſumpti fuerint. Cardinales Titulares, an ſint Epiſcopi in Baſilicis ſuis? *fol.*47.

30 Ad inſtar militis Epiſcopus habet duos hæredes, & duo patrimonia diſtincta, in uno ſuccedunt hæredes ex teſtamento, vel abinteſtato, in alio R.C.A.& praxis oſtenditur, cum declara-

b a tione,

tione, quando bona præſumantur acquiſita ex fructibus Eccleſiaſticis. Epiſcopus an poſſit eſſe Judex in cauſa Eccleſię, vel Menſę ſuæ, aut Dignitatis, vel poſſit recuſari? latè edifferitur. *f.* 48.

31 Epiſcopus poſſidens feudum gerit diverſam perſonam ab Epiſcopo, ſcilicèt Baronis. Violatque Immunitatem Eccleſiaſticam, ſi ratione vaſſallagii, vel juriſdictionis exigendo terragia, ſeù reſponſionem, dictam *extra territorium* à Clericis; imò lex Papæ gerentis perſonam Principis ſęcularis in ſtatu ſuo non comprehendit Clericos, vel Eccleſiaſticas perſonas, proùt eſt Conſtitutio Ægidiana. Variæ opiniones de origine Principatus laicalis Papæ. Epiſcopi feuda poſſidentes juriſdictionem habens habitu non exercitio, & deputant Judices laicos. Aliud ſi uti Epiſcopi, idque declaratur, in praxi deputant Vicarios generales. Quidquid de Archidiacono, & Archipresbytero Vicariis fixis Sacri Canones diſponant. Qui proindè abuſivè Archidiaconi, & Archipresbyteri hodiè ſunt. *fol.* 51.

32 Canonicus Cathedralis exercens munus Vicarii generalis Epiſcopi uti gerens duas perſonas, & fulgens duabus dignitatibus præcedat Canonicis in Choro, & Capitulo tàm abſente, quàm præſente Epiſcopo, & lucretur diſtributiones quotidianas? Notantur *Menoch.*, *Gratian.*, & *alii*, & Sacræ Congregationis diſtinctio? Quid in Vicario Capitulari. Demum an feudatarius habens feuda titulata præcedat alii unam habenti, & ex multiplicatione cauſarum multiplicetur potentia operativa? *fol.* 52.

33 Baro an fungatur vice duarum perſonarum, ſcilicèt Domini feudi, & civis, imò vice duorum civium in uſu paſcuorum Communitatis? Quid in nemoribus, in quibus civitas ex privilegio habet uſum paſcuorum? Demum an gaudeat privilegiis civibus cõceſſis per Regnũ? *f.* 57.

34 Hæres ſimplex, & defunctus an cenſeantur eadem perſona, & bona hæredis cenſeantur defuncti, & veniant in hypotheca per defunctum contracta. Quid in obligatione Camerali perbellè declaratur. Hæres autem cum inventario qualiter ſe exuat perſona hæredis ad hoc, ut ex jure proprio agat contra tertium, & quid in excipiendo, quando impediat executionem bonorum. *fol.* 54.

35 Oratores, ſeù Ambaſciatores ultra perſonam propriam repræſentant illas Regum, Principum, Republicarum, & aliorum, à quibus miſſi fuere. Species Oratorum penès Papam. Eorum honorifici tractatus, & præeminentiæ juxtà qualitatem mittentium. Exemptiones à gabellis, & juriſdictionalibus recenſentur. Ambaſciatores noſtri temporis, quò præcellant priſcis, de quibus jura loquuntur. *fol.* 56.

36 Legati Apoſtolici perſonam Pontificis vicem ſubſtinentes inter alias perſonas, quæ plures repræſentant, recenſentur, eorumque ſpecies, ut alii ſint extraordinarii, ſive Legati de Latere. Alii ordinarii, eorumque facultates in collatione beneficiorum reſervatorum in diſpenſationibus in exercitio juriſdictionum, & aliis. Et an ipſorum facultas percutiat perſonam Principis temporalis, vel cum mixtura quoque Chriſti Vicarii. Explicantur Vicelegati. Nuncii aſſiſtentes apud Imperatorem, & alios Principes. *fol.* 58.

37 Monacus, ſeù Religioſus factus Epiſcopus, an ſubſtineat utramque perſonam, & remaneat Regularis, & aſtrictus tribus votis? Expenduntur *Squillante*, *D. Reg. Rovit.*, *Noguerol.*, & *alii*, & *dec.* 241. *Farin. cum Fontanell.* Et ſenſus *Authoris*. Et an habeat regreſſum ad bona renunciata tempore ingreſſus? Vel revocare poſſit teſtamentum ante profeſſionem conditum? Demum an obligetur ex contractu? *fol.* 59.

38 Mediator, vel Proxeneta, an fungatur vice plurium perſonarum, nempè mediatoris, mandantis, mandatarii, ſocii, auxiliatoris in delicto, & qua pœna puniendus veniat, & ſciens interventum pecuniæ in mandato de occidendo, an ſit aſſaſſinus? Expenditur *pragm.* 12. *de aſſaſſin.* an ipſa loquens de mandante comprehendat mediatorem, deferentem litteras, & portantem ambaſciatam mandatario, vel mutuantem pecuniam, vel depoſitarium. Ad effectum ut delictum ſit exceptum, an ſufficiat ſtatutum, declarans qualificatum? *fol.* 61.

39 Eligendi poteſtatem habens, an poſſit concurrere activè, & paſſivè, & ſubſtinere perſonam eligentis, & electi? Judex an poſſit ſe eligere in tutorem. Quis conferre ſibi ipſi beneficium, vel patronus ſeipſum præſentare? In electione Vicarii Capitularis, quis votum dare ſibi ipſi? Diſtributor eleæmoſynarum ſibi applicare? *fol.* 62.

40 Archiepiſcopus an repræſentet duas perſonas, ſcilicèt Archiepiſcopi, & Rectoris Eccleſiæ ſitæ in Diœceſi ſui Suffraganei, ideòque ſit ſuperior, & inferior? Refertur caſus, & deciſio. In juriſdictionalibus aſſiſtentia juris, an proſit ad manutentionem? Conceſſo feudo Regi in alieno territorio, is intelligitur feudatarius. *fol.* 63.

41 Diſpoſitio loquens de una perſona, an habeat locum in perſona mixta? Hermaphroditus eſt homo mixtus, & quando repræſentet duas perſonas, & judicetur uti maſculus, vel uti fœmina, & an poſſit ad ordines promoveri, & ad profeſſionem in Monaſterio, & ſexus maſculinus uti dignior non attendatur, ſi non ſit potentior, neque in æquali ſexu poſſit eligere alterutrum. Demum quid ſi adſit agilitas corporis? *fol.* 63.

42 Socius

Index Argumentorum.

42 Socius gerit vicem plurium perſonarum, videlicèt omnium ſociorum, qui ratione mandati reciproci tenentur pro debito contracto in cauſam ſocialem. Inquiritur in dubio, an cenſeatur ità contractum debitum, & obligetur ſocius diſſoluta ſocietate, ſi poſteà contractum ſit debitum, ſi per edicta publica, vel aliter non certiorentur contrahentes? Obligatio conſocii, an excedere poſſit quantitatem in negotio poſitam, ut teneatur ultra eam ex ſuo aſſe? Ingens diſſidium inter *Menoch. Gratian. Theſaur. & alios*. Laudantur *Fontanell. & D. Card. de Luca*, & adducitur ſenſus *Authoris. fol.* 64.

43 Inſtitutum noſtrum de pluralitate hominis legali naſcitur ex penetralibus materiæ de adoptionibus, cum adoptati, & arrogati miro modo ſubſtineot vicem plurium, filius ſcilicèt dupliciter filius, & ità è contrà pater, & nepos ſit nepos, inſimul, & filius, & viceverſa pater ſit avus, & inſimul pater, & dentur duo patres, naturalis, & civilis, tempore quo non datur ſemipater, & ediſſeritur effectus quoad ſucceſſionem adoptivorum, & arrogatorum. *fol.* 66.

44 Civis, vel Canonicus, an contribuat in expenſis litis, quam habet contra ſe Communitas, vel Capitulum? Judex in cauſare conventionis fungitur vice duorum, & conſequitur duplex ſalarium. Aliter ſi per viam exceptionis procedit reus. Citanda qualiter ſit perſona duplicem perſonam gerens? Expenditur *Rota Roman*. Pater agens pro filio, an debeat agere nominatim uti legitimus adminiſtrator? *Gratianus* refellitur. *fol.* 67. & 68.

45 Reus principalis, qui pro delicto poteſt torqueri ex proceſſu informativo, utrum etiam poſſit uti principalis in ſe, & teſtis quoad alios? Judex ordinarius, an ex delegatione ſibi facta à Principe, vel à ſupremo Magiſtratu repræſentet duas perſonas, ordinarii, & delegati Principis. Et quando habeat utramque, exemplificatur in Epiſcopo procedente contra exemptos, & Regulares, & in aliis caſibus. Cauſa duobus commiſſa cum clauſula, *quod alter ſine altero, &c.* uno obeunte, ſi primus eandem dignitatem obtinuerit, an ſolos cognoſcat? Refellitur *Gratianus f.* 68.

46 Perſona mixta eſt ceſſionarius, ità fungens vice duarum perſonarum, ut quod non poſſit conſequi cedens ex ſua propria, poſſit ceſſionarius ex perſona ipſiuſmet ceſſionarii, & è contrà, quod an adverſetur regulæ, *nemo plus juris in alium transferre poteſt, quam ipſe habet*, elucidatur cum *Monter.*, & aliis. Exceptio compenſationis competens contra cedentem, an poſſit opponi contra ceſſionarium? Diſtinguitur. *fol.* 69.

47 Advocatus unius, an poſſit à parte adverſa produci teſtis, & cogi ad teſtimonium ferendum, & ſubſtinere vices duorum? Diſtinguitur materia à materia. In ſubſidium, & vigore monitorii rium teneatur? Declaratur *Giurba*. Recenſentur nonnullæ reſtrictiones. Præſertim an ad probandam tranſactionem? *fol.* 70.

48 Parochus ratione duplicitatis perſonæ ſolvit ſibi ipſi decimas de bonis laicalibus. Intellectus *cap. 2. de decim.*, ſcilicèt, ut Levitæ Levitis decimas non ſolvant, aſſignatur. Parochi, & beneficiati juxtà eandem pluralitatem poſſunt ſibi ipſis concedere palam, & citra fraudem terras ſolitas concedi, & eſſe concedentes, & conceſſionarii. *fol.* 71. & 72.

49 Socius an repræſentet perſonas ſociorum, vel potiùs plures perſonæ ſociorum cenſeantur una formalis? Unus ex ſociis ſubſtinens vicem ſocii exigit inſolidum, & an ſoluta ſocietate? Si exegerit ſuam partem, an teneatur communicare. Etiam quod communis debitor ſit ſolvendo? Quid de uno ex hæredibus, an ſit ſocius. An ſit differentia, ſi creditores ſint in actione perſonali, vel reali, & in pari cauſa melior ſit conditio poſſidentis? Expenditur *Rotæ Romanæ deciſ. 241. par. 12. rec. fol.* 72.

50 Epiſcopus plurium Cathedralium unitarum, an repræſentet plures perſonas inſtar Baronis poſſidentis plura feuda? Oſtenditur praxis unionum. Diſtinguuntur ſpecies, & differentiæ inter unionem, æquè principalem, & acceſſoriam, & ex ſui natura unio æquè principalis cenſetur diſtincta, ac ſi non eſſet facta, & quælibet Diœceſis vivit ſuis legibus, & conſtituit quodlibet Capitulum Capitularem Vicarium Sede vacante, & expenditur *D. Card. de Luca* pro utraque parte. *fol.* 74.

51 Tutor an uti quilibet extraneus, & diverſa perſona poſſit conducere res pupilli, vel in emphiteuſim rem ſolitã concedi, ſibi ipſi concedere? Expenditur *text. in l. tutores, ff. de adminiſtr. tut.* Quid ſit palam, & bona fide tutorem ſibi ipſi rem pupilli comparare. Tutor an poſſit à ſeipſo emere annuum cenſum de pecunia pupilli? Beneficiatus an poſſit à ſeipſo annuum cenſum emere de pecunia beneficiali inveſtienda. Caſus paſſim contingens. *fol.* 75.

52 Creditor anterior, an poſſit ſubſtinere vicem duorum vendita re venditoris ſubhaſta, ut poſſit licitare tanquam diverſus homo, & ceſſet contra eum jus offerendi? Similiter an poſſit creditor poſterior? Pro affirmativa opinione ſtant *Conſ. de Meſa, D. Card. de Luca, & alii*. E' contrariò militant *Præſ. de Franch. D. Reg. de Marin. Conſ. Staiban. & alii*. *D. Meſa* totus ſtat in impugnando nominatim *dec. 69. de Franch.*, & laudat multa jura, & *Doctores*, ex quibus poteſt quis duorum vice fungi, & quod è contrà in *text. in l. ſi plures, ff. de pactis*, in verbis *hujus text.* adſit mendum. *Author* ſenſum ſuum exponit. Demum an evicta re licitata reviviſcant primæva jura creditoris? *fol.* 76. & 77.

Index Argumentorum.

53 Intercedens pro alio, ſi principalem debitorem ſe conſtituit, utrum ſit fidejuſſor, & correus, & ſic ſui ipſius fidejuſſor? Excuſſionis beneficium, ſi non ei renunciaverit, utrum habeat? inquiritur. Diſtinguitur, utrum ſi in eodem inſtrumento, vel ex intervallo ità interceſſit, vel ſi principaliter, & inſolidum, vel abſque dictione *inſolidum* ſe obligaverit. Differentiæ inter fidejuſſores debiti, ſivè in dando, & inter eos de repræſentando cum quibuſcumque clauſulis aſſignantur. Demum an ſemper fidejuſſor in dando opponere valeat excuſſionis beneficium ſumptibus ipſius opponentis, ſi expreſsè non renunciaverit huic beneficio, ex *l. undè quæritur, ff. commod.*? Deciſiones recenſentur. *fol.* 79.

54 Judex an teneatur punire accuſatum ſecundùm acta, & probata, vel juxta ſcientiam, quam habet uti privatus? Principium juris poſitivi, an juris naturalis principio prævaleat. Diſtinguitur triplex conſcientia *Fragoſ.* vult per accidens ob commune bonum innocentem perire, & ſenſus *Authoris. fol.* 80.

55 Hæres infra trimeſtre, vel annum reſpectivè confectionis inventarii, utrum actione in rem conveniri poſſit uti poſſeſſor, & diverſus ab hærede? Diſtinguitur inter rei vendicationem, & actionem hypothecariam. Ad ornatum *deciſ.* 286. *&* 352. *Præſ. de Franch. & D. Reg. Sanfel. dec.* 211. *fol.* 81.

56 Legato adempto certæ perſonæ de familia, an illa deindè poterit aſpirare ad fideicommiſſum proximioribus de familia relictum. Ediſſeritur quando excluſus una via, poſſit uti alius aſpirare. Expenduntur *text. in l. ſi filius, ff. de bon. libert. l. emancipatum, §. fin. ff. de Senator. & l.* 1. *§. ſed videndam, ff. de ſucceſſ. edict.* Quid ſi ex odio legatum, vel deſcendat quis ex perſona odioſa? *fol.* 82.

57 Archiepiſcopus, & Cardinalis, & inſimul forte Cardinalis Patronus plurium perſonarum vices ſubſtinet, quæ explicantur. Cardinalis Patronus quot nominibus ſolet nuncupari, & hujus primi Miniſtri munus. *Regulæ Cancellariæ* moderatoriæ indultorum Cardinalium, an comprehendant perſonam duplicem hujuſmodi qualificati Miniſtri? Adducitur individualis deciſio *Rota*. Differentiæ inter Epiſcopos, vel Archipiſcopos, & inter Ordinarios inſimul, & Cardinales circa collationes beneficiorum reſervatorum, diſtinguuntur reſervationes, & duplex reſervatio excludit indulta Cardinalium. *fol.* 84.

58 Vicarii generalis Epiſcopi munus, an ſit ignotum in Sacris Canonibus? Quam juriſdictionem habeat, & utrum conſtituat unam perſonam cum Epiſcopo? Delegationes, diſpenſationes, & litteræ Apoſtolicæ directæ Epiſcopo, an exequantur per Vicarium, laudatur *D. Jo: Baptiſta Mucci*, & ſenſus *Authoris*. Functiones majores, & Pontificales, an impedito, vel abſente Epiſcopo ſpectent ad Vicarium Epiſcopi? Quid Sede Vacante, an ſpectent ad Vicarium Capitularem? Archidiaconus ante deputationem Vicarii Capitularis, an in exercitio habeat juriſdictionem? Vicarius Epiſcopi, an habeat votum in Capitolo, quando habet Epiſcopus. Delinguendo Vicarius Epiſcopi, an cognoſcendus à Metropolitano? *fol.* 86.

59 Vicarii Urbis munus Cardinalitium explicatur qualiter Papam repræſentet, & ſua juriſdictio. An Cardinales in eorum titulis, & Baſilicis ſint exempti. Diſpenſationes, Apoſtolica beneplacita exequuntur Vicarii Urbis exercent, quæ Epiſcopi in propria Diœceſi, & cum Cardinalibus in eorum titulis, an habeant cumulativam juriſdictionem. Recenſentur, quæ eis committuntur, ut novum examen in appellatione ab irrationabili judicio Ordinariorum in prælectione idonei in beneficiis Curatis, cum aliis circa eorum officium. Quot Vicarios habeat. Extollitur regimen Eminentiſſ. Cardinalis D. Innici Caraccioli Archiepiſcopi Neapolis, præſertim in deputatione Vicarii generalis Reverendiſſimi D. Stephani Menatti. *fol.* 87.

60 Rex an repræſentet tot perſonas, quot Regna, Principatus, Comitatus, & ditiones? Acerrima refertur lis agitata cum *deciſionibus Rot. Rom.* an ſub indulto ſuper proviſione Canonicatus Pœnitentiarii in Eccleſiis Regnorum Hiſpaniæ comprehenderentur Eccleſiæ Catalonìæ? Suadet partem negativam diverſitas titulorum, & legum. In tribus inſtantiis *Rota Romana* ità pluries judicavit. Contraria declaratio *Alex. Papa VII.* Alternativa acceptata per Epiſcopum duarum Cathedralium ſub nomine unius, an capiat utramque? Adhibetur diſtinctio. Rex ex conceſſione Apoſtolica conferens dignitates Eccleſiaſticas, an repræſentet Papam? *fol.* 88. *&* 89.

61 Pater an poſſit filio pro ſe fidejubenti in terminis *pragm. de Macedon.* conſenſum ſuum præſtare? Et an donanti cauſa mortis ad ſuiſmet favorem conſentire? Diſtinctio *Montani*, & *Card. de Luca* cum deciſione S.R.C. *fol.* 91.

62 Filius habens ſuper aliqua re jura fideicommiſſi Aviti, & ex credito dotis maternæ, & ſic repræſentet duas perſonas, ſi venditioni illius factæ per patrem decoctum conſenſerit poſt mortem matris, an cenſeatur remittere utraque jura? Filius poſſidens bona fideicommiſſi aſcendentis, an pro dote agere poſſit ſuper bonis liberis? Remedium *l. ſi conſtante, ff. ſol. matr.* an competat filio poſt mortem matris? Expenditur *D. Card. de Luca. fol.* 92.

63 Excellentiſſimus Prorex in hoc Regno repræſentat perſonam Sereniſſimi noſtri Regis Catholici,

tholici, dicitur alter Rex, & Vicarius Regis, & gaudet privilegiis, & prærogativis; quibus Supremus Princeps gaudet, & condit leges, an concedat repræſalias, ampliet officia, & ſit major Proconſule? *fol. 93.*

64 Baro, ſi poſt emptionem juris adhoæ vendidit feudum, an retineat jus adhoæ, ex eo quod emerit ut privatus, & alius, & non ut Baro? Similis quæſtio de Barone emente ſubfeudum, an remaneat diſtinctum à Baronia, & in ſolutione relevii non veniant fructus ſubfeudi, ſed adhoa ſolita præſtari? Expenditur diſtinctio *Andreæ*, & *deciſio* relata per *Conſil. Marcianum in conſ. 34.* Caſtro vendito, an veniant functiones fiſcales emptæ prius per venditorem? *fol. 94.*

65 Feudatarius juris adhoæ ſuper quodam feudo, emens deindè jus adhoæ adhoæ ſuper adhoa infeudata debitæ, an cenſeatur emiſſe uti alius, ita ut demum vendendo feudum, cenſeatur reſervaſſe illud jus adhoæ adhoæ emptum? *Montanus* ſalvat diſtinctionem *Andreæ* uti dubitativè loquentis, & refellit diſtinctionem. Expenditur deciſio relata per *Conſ. Marcianum in conſ. 34.* Senſus *Authoris*. *fol. 97.*

66 Hæres cum inventario ſe obligans proprio nomine, & bona ſua repræſentans duplicem perſonam, an juvetur beneficio inventarii? Reſolvitur articulus pro hærede, & ampliationes, & limitationes, ac conjecturæ recenſentur ad ornatum *deciſ. 648. Præſ. de Franch. & dec. 37. D. Reg. Latro. fol. 98.*

67 Filiusfamilias habens bona caſtrenſia, vel quaſi, & adventitia, an duas perſonas repræſentat, & decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, & ceſſet jus accreſcendi? Quid ſi deindè fiat ſui juris. *fol. 99.*

68 Arrogatus gerit duplicem perſonam. An pupillus cum duplici ſubſtitutione pupillari poſſit decedere, vel una evaneſcat per aliam? Et an pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedat? *fol. 100.*

69 Duplex perſona formalis, ut Maritus, Prælatus, Tutor, & ſimiles perſonæ poſſunt impugnare factum proprium nullum, licet quis ratione incompatibilitatis alias non poſſit etiam hæres cum beneficio inventarii. Quid in feudatario, qui nulliter alienavit feudum? Nonnullæ congeruntur ampliationes, & reſtrictiones. *fol. 101.*

70 Civilitatem propriam, & paternam qualiter quis habeat, ſi non poteſt bis naſci? Explicatur duplicitas perſonæ formalis ob duplicem reſpectum. Immunem ex privilegio originis patris habitu ſubire onera in propria patria, licet non actu, docet *Andreas de Iſernia*, laudatus per *Montanum. fol. 102.*

71 Diſcretio perſonarum, an requiratur ad inducendum fideicommiſſum particulare diſtinctum ab univerſali, vel ſufficiat prohibitio alienationis reſtricta ad certa bona, & detur ſimultaneus concurſus fideicommiſſi univerſalis, & particularis? Declarantur *Soccin. jun. & Pereg. fol. 102. & 103.*

72 Socio contrahente nomine proprio, & ſociorum, an adquiratur pars virilis contrahenti, & alia virilis aliis nomine appellativo nominatis, & locum habeat *text. in l. ſi communis ſervus, ff. de ſtipul. ſerv.* Vel potiùs ceſſet rigor juris, & verborum? Ratione plurium ſocietatum quis repræſentat plures perſonas. Solutio facta per aliquem cenſetur facta pro debito proprio, & non pro eo, quod ut fidejuſſor debet. *fol. 103.*

73 Filius gravatus fideicommiſſo univerſali, vel legatis, an ſit duplex perſona formalis? Affirmant *Abb.* & alii. Arguitur in contrarium ex *l. Jubemus, C. ad Trebell.* At occurritur. Recenſetur opinio diſtinguens. Quid ſi filia in dote inter vivos tradita inſtituta fuiſſet. Et qualiter hodiè inutilis ſit diſputatio. *fol. 104.*

74 Hæres, & legatarius, an quis eſſe poſſit, deficiente diverſitate perſonarum? Quid ſi hæres habeat cohæredem. Demum quid ſi unus ſit hæres, & gravatus fuit fideicommiſſo? Expenduntur hinc indè authoritates, & ſolutio *D. Card. de Luca. fol. 105.*

75 Legatum filio, vel uxori, tutori, vel tutrici nominatæ, an cenſeatur relictum ex cauſa filiationis, vel amoris, vel potiùs tutelæ? Quid in dubio? Et attento jure *Authent. de hæred. & falcid. §. Sed hæc quidem. fol. 106.*

76 Officibles, & Miniſtri, ſivè Ærarii Baronum repræſentant Barones, & qualiter iſtorum citatio notificatur illis, & refertur praxis, & laudantur jura, à quibus ortum habuit, & an procedat ſolum in cauſis feudalibus? *fol. 107.*

77 In Adamo repræſentantur omnes homines, tanquam conſtitutus ille ſit caput omnium in eſſe naturali, & morali, undè contraximus peccatum originale, Chriſtus materialiter ab Adam aſſumpſit naturam humanam, activè à Spiritu Sancto. Ideòque non potuit contrahere peccatum originale. Deipara Virgo Maria ab eo præſervata fuit. Ordinato fideicommiſſo ad favorem Franciſci, & deſcendentium in infinitum ordine ſucceſſivo, ſi data ſit facultas primo donatario gratificandi unum, & excludendi alios, an illa intelligatur data cuicumque ex deſcendentibus, tanquam repræſentato in primo donatario, prout omnes in Adam. *fol. 108.*

78 Fidu-

Index Argumentorum.

78 Fiduciarius hæres, an repræſentet perſonam Cuſtodis, Depoſitarii, Commiſſarii, vel aliam? pro ingeniorum varietate diverſæ ſunt ſententiæ. Declaratur ſpecies hujus hæredis. Requiſita ad ſecernendam ſpeciem. Conventio inter teſtatorem, & hæredem de reſtituenda hæreditate quot teſtibus probetur. Verba confidentialia, an exprimenda ſint in teſtamento? Conjecturis, & teſtibus ſingularibus, quando probetur. Prohibitio trebellianicæ, an indicet fiduciam? Notatur *Fontanella*. Récenſentur caſus confidentialis hæredis. *fol.* 109.

79 Quam perſonam gerat is, quem teſtator gravavit reſtituere illi, quem ſecretò communicavit? An ſtandum ſit aſſertioni illius ſine juramento, utrum extrajudiciale ſufficiat? Quid ſi teſtator remiſerit omnem ſollemnitatem in declarando? *fol.* 110.

80 An executor univerſalis teſtamenti nullo inſtituto hærede ſubſtineat perſonam hæredis, vel mandatarii, cui executio hujus ultimæ voluntatis committitur, quid ſi adſint conjecturæ, & an conveniri, & agere poſſit? *fol.* 111.

81 Magnus Magiſter Meleveranæ Religionis gerit perſonam Supremi Prælati Religionis, & Principis laici Inſulæ Meleveranæ ditionem habens. Invictiſſimus Carolus V. conceſſit Inſulam Religioni Hieroſolymitanæ, an in allodium, vel in feudum? Refelluntur *Borrell. & Larata*, & in cauſis prophanis, ad quos habeatur recurſus. Magnus Magiſter habet poteſtatem gratificandi in dignitatibus. *fol.* 112.

82 Abbates, & inferiores Prælati juriſdictionem habentes, quando fungantur vice Epiſcopi? Adbibetur diſtinctio, & declaratur, qualiter debes conſtare de territorio ſeparato, & qui ſint actus interpetrativæ conceſſionis territorii ſeparati. Referuntur nonnulli Abbates, & Prælati territorium ſeparatum habentes. Litteras teſtimoniales ad ordines, an poſſit concedere? praxis varia réfertur. *fol.* 113.

83 Procurator ad vendendum, an poſſit à ſeipſo emere, & venditoris, & emptoris vices ſubſtinere? Quæſtio de qua conſulti Domini Regentes reſponderunt Excellentiſſimo Domino Proregi, ut penès *D. Reg. Rever. cum obſervat. D. Reg. de Marin.* Et quid in Tutore, Curatore, & ſimilibus. *fol.* 115.

84 Scribens an cenſeatur procurator, vel principalis ordinem dirigens Banco, ut pro ſe Titio ſolvat tot aureos nomine, & pro parte Petri, quos dicit ſolvere pro totidem debitis per Petrum Titio? Elucidatur res à ſimili de conſtituente pro alio ſolvere, an conſtituenti excuſſionis beneficium competat? *fol.* 116.

85 Emens pro perſona nominanda, quam perſonam repræſentet, vel nominantis vel propriam, aut fidejuſſoris pro nominata? Emens poteſt compelli nominare. Intra quantum temporis nominatio ſit facienda? Et an creditores nominatæ perſonæ hypothecarii præferantur creditoribus nominantis? diſcutitur. *fol.* 116. & 117.

86 Pater quando repræſentet perſonam legitimi adminiſtratoris in bonis filii, & an vigore gratiæ Regno noſtro conceſſæ poſſit in caſu obitus filii impuberis excludere fœminas à feudis maternis, vel aliis, & nominare maſculos in gradu ſucceſſibili, qui ſucceſſiſſent fœminis non extantibus? *fol.* 118.

87 Duplex ſalarium, an debeatur Officiali, qui duplex exercet officium, unum ſcilicèt proprium, aliud per accidens? Illuſtrat rem *D. Card. de Luca*, & deciſionem refert. Quid ſi unum officium dividatur in duos? *fol.* 119.

88 Abbatiſſa Monaſterii capacis in communi reſpectu ſucceſſionis repræſentat perſonam deſcendentis, agnatæ, & cognatæ. Ex conceſſione Apoſtolica poteſt exercere juriſdictionem, & ſubſtinere perſonam Judicis, & quam poſſit habere juriſdictionem ſpiritualem declaratur. Subſtinet demum poteſtatem Prælatæ. An ſuccedat in Majoratibus, & fideicommiſſis agnatitiis? Quid ſi adeſſet onus aſſumendi nomen, & inſignia? Refellitur *Sanchez*, & declaratur *dec. 29. Præſ. de Franch. fol.* 120.

89 Hæres cum inventario, ſi non exprimat qualitatem hæreditariam, & reſtituat ſortem minori creditori cenſuali hæreditatis cum authoritate Curatoris, an agat uti tertius, ſi reportet ceſſionem tranſlativam, & an perſeveret cenſus vivus? Expenditur defectus poteſtatis cedentis, & commodum, & damnum ſimul ceſſionarii, & ſenſus *Authoris. fol.* 121.

90 Idem quando poſſit eſſe debitor, & creditor, plura exempla recenſentur, & quando ſit quis titularis, & penſionarius ſimul. Dominus, & feudatarius dominus, & emphiteuta cum ſimilibus. *fol.* 122.

91 Plures perſonæ materiales, quæ conſtituunt unam formalem. Exemplificantur quando plures activè, & paſſivè actum inſolidum agunt, & quando collegialiter. *fol.* 123.

92 In cambio obliquo creditor, an repræſentat quinque perſonas? Cambium obliquum, & directum exemplificantur, & duplex forma cambii obliqui, & quæ ſit utilior debitori, & quæ frequentior. Juſtificatio cambiorum, quando ſit neceſſaria, & an valeat pactum, ut ſtetur libris Mercatoris? *fol.* 123.

93 No:

Index Argumentorum.

93 Novitius durante anno probationis, quam perſonam ſubſtineat, vel Religioſam, & Eccleſiaſticam, aut ſæcularem, an retineat feudum, & ſubiiciatur Conſuetudinibus Neapolitanis, ut de bonis antiquis non poſſit diſponere, niſi de medietate? Expenduntur *D. Reg. Rovit.*, *Montanus*, *D. Reg. Latro*, *D. Reg. de Marin. & alii. fol.* 125.

94 Plures putà centum, vel ſupra, & uti ſinguli, quando repræſentent unam perſonam, & compelli valeant ad conſtituendum unum, vel duos procuratores? Recenſentur exempla, & refertur praxis, quam impugnare videntur *Angel. & Maſtrill.* & defenditur *Praſ. de Franchi dec.* 309. & ſtylus in concurſu creditorum. *fol.* 126.

95 Emptor ex conventione gerendo perſonam depoſitarii pretii rei emptæ, an excuſetur à mora, & à curſu fructuum recompenſativorum, ex *l. curabit*, *C. de action. empt.* exuendo perſonam emptoris, & induendo diverſam depoſitarii? *fol.* 128.

96 Duo officia, an quis ſimul, eodemque tempore habere poſſit. Tranſcribuntur verba *Divi Gregorii*. Recenſentur limitationes, & exempla rerum judicatarum. Officia ſeparata à parte rei non confunduntur, ex quo in una perſona repræſentantur, ſed conſiderantur de per ſe, ac ſi eſſent duæ perſonæ. *fol.* 128.

97 Præpoſito, cui ex indulto conceſſa eſt poteſtas conferendi beneficia, utrum competat ſimultanea collatio, vel ille cenſeatur ut unus, & pars homogenea de Capitulo? Specialis nominatio, quando intelligatur facta ratione præeminentiæ. Refertur *dec. Rota* 330. *p.* 12. *rec. fol.* 130.

98 Monacus an æquiparetur ſervo, vel filio, & hæreditas illi delata, an immediatè deferatur Monaſterio, vel Monaco? aſſignatur differentia inter Canoniſtas, & Civiliſtas, vel potiùs, ſeù variùs attendenda ſit opinio favorabilis Monaſterio, prout illi magis expedit. *fol.* 131.

99 Hæres gravatus, an proprio, & privato nomine, vel pro fideicommiſſario de pecunia hæreditaria cenſeatur exercere mercimonium, vel negotiationem? Diſtinguitur inter cauſam neceſſariam, & voluntariam. Quid de lucro negotiationis tutoria ex pecuniis pupilli? Quando tandem lucrum ſit fideicommiſſarii, an participet hæres pro induſtria? Explicatur æquitativa ratio in exercendo retractum, vel jus offerendi, ut incrementum rei ſpectet ad emptorē. *f.* 132.

100 In filia hærede matris, quæ acceptavit donationem omnium bonorum factam per patrem cum reſervatione uſusfructus, & quantitatis ad teſtandum, an inducta ſit confuſio actionum crediti dotium maternarum, filio ſecundi matrimonii exiſtente hærede in reſervatis, dum titulus donationis ſit particularis? Judicatum adverſus filiam refert *Fontanell.* & deciſionis fundamenta recenſentur. *fol.* 133.

101 Nemo creditoris, & debitoris perſona fungi poſſit, pluribus illuſtratur exemplis, & quando aditione fiat confuſio actionum, vel extinctio uſusfructus, & affertur differentia inter uſumfructuum, ſervitutes prædiales. An uſufructuarius omnium bonorum poſſit agere adverſus hæredem debitorem hæreditatis pro uſusfructu ejus, quod debet? *fol.* 134.

102 In muliere hærede viri, & creditrice, dotium adeunte ſimpliciter hæreditatem, an inducatur confuſio actionum, vel reviviſcant jura in caſu, quo evincatur bona per creditores? *Fontanella* totus eſt pro muliere. Et expenditur *Conſil. Roccus. fol.* 135.

103 Creditor an duobus libellis ſeparatis agere poſſit contra duos reos promittendi; Et è contrà plures rei credendi poſſint cogi ad agendum unico libello? Ad intellectum *text. in Auth. hoc ità, C. de duob. reis. fol.* 136.

104 Creditor vendens jure creditoris, ſi emat per interpoſitam perſonam, vel ſit nominatus ab emente pro perſona nominanda, an ſit tutus à jure offerendi, ſicut extraneus emens? *fol.* 137.

105 Mutuum receptum per præpoſitum alicui negotio, an referendum ſit ad negotii cauſam, & ſit obligatum negotium, vel teneatur præpoſitus de proprio? Diſtinguitur actus indifferens ab actu negotii per *Rotam Rom. fol.* 137.

106 Ceſſionarius jurium cum præſervativa, *dummodò ceſſio, &c.* poteſt moleſtare cedentem uti diverſus, & uti alius ex juribus diverſis anterioribus, & non ceſſis. Aliter in cedente, ne recipiat duplicatum valorem. Vicinus ſi uti creditor recipiat pretium rei contiguæ venditæ, an ſibi præjudicet in retractu competente ex alio jure, nempè vicinatis? Creditor recipiendo pretium rei venditæ pro uno credito, an poſſit moleſtare pro alio? Et quid ſi patiatur partem pretii liberari creditoribus poſterioribus? *fol.* 138.

107 Dans pecunias ad cambium, & pro implemento litterarum habens facultatem ſumendi pecunias ad cambium pro aliis, utrum accipere poſſit à ſemetipſo uti alio, ſive quolibet extraneo ob pluralitatem perſonarum formalium, quæ datur in una perſona materiali? Quid ſi facta eſſet expreſſio pretii, & plateæ, vel in procuratore generali, vel ſocio? Expenduntur *Turri*, *& D. Card. de Luca*. Cambia an ſint licita, ſi cambiens ſciat impotentiam recipientis pecuniam? *fol.* 139.

108 Princeps Supremus, ſi decedat in ditione alterius Regis, cui ob feuda eſt ſubjectus, an duci poſſit in funere cum inſigniis Regiis in ſignum ſui liberi dominii? Recenſentur exempla, &

qua-

qualiter in una perſona dantur plures repræſentationes, & non confundantur, prout neque in *Divinis*. *fol.* 140.

109 Plures tituli in unam perſonam perventi non confunduntur, ſed conſiderantur diſtincti, uti in diverſis perſonis, idque probatur in Divinis, & humanis, exemplificatur in Regibus, ut in alia ſcęna honoretur quis ut alius, & jura quę ſeparatim ſunt quęſita, integra ſerventur. *f.* 141.

110 Advocatus à pluribus annuatim ſalariatus, ſi contigerit, inter clientes oriri lites, an poſſit patrocinari pro uno adverſus alium, & quid de Clerico habente plura beneficia, inter quæ ſit lis? Diſtributionibus an privetur Sacerdos contra Eccleſiam patrocinando? *fol.* 142.

111 Separatio bonorum defuncti non habet locum in feudis, officiis, & juribus regalibus ad inſtantiam creditorum defuncti ſine aſſenſu, quia hæres in eis non eſt eadem perſona cum defuncto ob reſolutionem juris per mortem, & vi occultè novæ inveſtituræ novum jus efformatur in ſucceſſione feudi, & contrahentes ſequuntur fidem Domini aſſentientis. Undè creditores hæredis cum aſſenſu præferuntur creditoribus defuncti ſine aſſenſu. *fol.* 143.

112 M. Priores Eccleſiæ Melevitanæ, & aliarum Eccleſiarum, Bajulivi, Commendatarii Religionis Hieroſolymitanæ quam perſonam repræſentent, explicatur, & eorum dignitas, & juriſdictio, & Religio, ex quibus Ordinibus conſtituatur. Recenſentur M. Prior Caſtellæ, & Legionis, & aliorum Oppidorum Regni. *fol.* 143.

113 Emens feudum de pecunia, & contemplatione alterius, habenſque nudum nomen, an repræſentet perſonam illius, vel emptor, aut confidentiarius cenſeatur Baro? *D. Reg. de Marin. Card. de Luca*, & *alii* probant feudatarium eſſe ementem, & hanc eſſe praxim. At contrarium decidit *Rot. Rom.* penes *Bichium*, & an jure? *fol.* 145.

114 Officialis, & Aſſeſſor, an quis ſimul eſſe poſſit? *Cancer.* refellitur. Aſſeſſor an habeat juriſdictionem? Aſſeſſoris vocabulum ad æquivocationem tollendam explicatur. Peritus quando teneatur adhibere alium Peritum, & ſequi votum illius. An teneatur Officialis de culpa Aſſeſſoris. *fol.* 146.

115 Maritus, Pater, Prælatus, Tutor, & ſimiles perſonæ alienantes res à lege, vel Canone alienari prohibitas ex propria perſona, vel potiùs mulieris, filii, Eccleſiæ, vel pupilli poſſit vendicare? Adverſus *Fontanell.* & *Roxas* ſtant *Garzias, Gratian.* & *Præſ. de Franch.* & *alii*, & diſcutitur qualiter poſſet filius vendicare commoditatem fructuum ab emptore. *fol.* 147.

116 Officialis juriſdictionis criminalis, an poſſit cognoſcere Officialem civilis delinquentem uti alium, & extra officium in ſua juriſdictione? *Fontanella* refert Senatum inclinaſſe in opinionem negativam, quam impugnat per *Deciſiones Senatus Neapolitani*. Recenſentur hinc indè *Authores*, & exempla, & declaratur aſſertum illud, *par in parem non habet imperium*, & an criminalis ſit nobilior civili? *fol.* 149.

117 Regula, *poteſt quis ut alius, quod non poteſt ut ipſe*, declaratur, & examinantur corollariæ quæſtiones, utrum fidejuſſor poſſit uti alius emere pignus, vel nomen cenſuale, & exigere cenſus in futurum, de quo acriter diſſident *Cancer.* & *Fontanell.* *fol.* 150.

118 In venditione ſubhaſta Judex, quam perſonam repræſentet, an debitoris, vel creditoris, vel utrumque? De evictione teneatur debitor, & creditor ſe ſacere potiorem, & an ad reſtitutionem pretii, ſi evincatur res vendita per tertium ex cauſa dominii. Refelluntur *Caſtill.* & *alii*, & deciſiones, ac traditur praxis pro emente in ſolutione pretii. *fol.* 151.

119 Renunciatione hæreditati patris, vel aliis ſucceſſionibus facta per matrem pro ſe, & hæredibus, ſi illa prædecedat patri, an nepotes etiam hæredes matris admittantur ad ſucceſſionem ex propria perſona? Et quid ſi cum matertera concurrant? Refelluntur *Kellebenk*, & *Andreola*. Quid ſi renunciaret pro ſe, & filiis, non expreſse in caſu prædecedentiæ? Laudatur *Rota Romana*. Demum quid ſi renunciatio facta ſit ob dotem? Expenditur *Rota Romana*. *fol.* 152.

120 Judex, vel Aſſeſſor, an poſſit eſſe inſimul Advocatus? Cum licentia Regia num poſſit. Lectores an poſſit patrocinari. Optimi Advocati ſalarium, & palmarium, ad quam ſummam poſſit aſcendere, exempla recenſentur. *fol.* 154.

121 Procurator an dari poſſit in re propria ſine relatione inter procuratorem, & dominum? Laudantur jura aliquando ajentia. Ceſſionarius eſt inſimul principalis, & procurator. Primo modo, quando exercet directas actiones. Secundo modo, quando exercet utiles. Et an poſſit inſtituere directas, ſi cedens ſine hærede deceſſerit? Commendatur *Conſil. de Roſa*. *fol.* 155.

122 Filius hæres patris, an uti vicinus, vel uti filius poſſit retrahere domum à patre venditam? An cenſeatur revocare abſtentionem filius, qui per interpoſitam perſonam emat bona patris à creditoribus, & uti hæres conveniri poſſit. Vel potiùs emat uti extraneus: Expenditur *text. in l. ſi is, qui bonis, ff. de acquir. hæred.* Filius quando uti quilibet, vel uti hæres ſulvat debitum paternum, & explicita, vel implicita ſufficiat revocatio abſtentionis hæreditatis? *fol.* 156.

123 Hæres, & legatarius, an inſimul quis eſſe poſſit, & hæredi à ſemetipſo legari? uſe agitur, & quid ſi repudiavit hæreditatem, & alius non ſit inſtitutus hæres, vel adſit clauſula codicillaris,

vel

Index Argumentorum.

vel hæres decedat ante aditionem? Acrior quæſtio, ſi hæredi, & extraneo legetur, an collegatario acereſcat pars hęredis? Expenditur *text. in l. ſi quis Attio, ff. de uſufr. accreſc. fol.* 157. *&* 158.

124 Servo hæredis, an legari poſſit, cum domino acquiratur, & actio, & paſſio nequeant eſſe in eodem ſubjecto. Quid ſi legetur ſervo communi, ſcilicet hæredis, & Titii, an totum acquiratur Titio? Legante Teſtatore partem ſervi proprii, an legatarius inſolidum habeat ſervum? Filio hæredis legatum relictum, an valeat? Legatum ſervo proprio ſine libertate relictum, an valeat, vel impediat jus acereſcendi reſpectu extranei collegatarii? *fol.* 160.

125 Renunciatio facta per matrem pro ſe, & filiis, an noceat filiis ex propria perſona venientibus, ſi hæres ſint matris? Refellitur *Bellonus* negans. Renunciationem factam per matrem in caſu, quo filii ob ipſius prædecedentiam ex propria perſona veniant, filiis hæredibus non nocere tenet, idem *Bellonus*, at non jure. Promiſſio non contraveniendi renunciationi nec per ſe, nec per alium, an excludat hæredes ex propria perſona venientes? Promiſsio affirmativa de defendendo, ac de evictione obligat hæredes etiam venientes ex propria perſona. *fol.* 161.

126 Confuſio actionum fit, ſi creditor ſuccedit debitori, vel è contrà, & reviviſcunt actiones, quando principium formale aditionis diſſolvitur, idque declarat *Andreola*, refellens *Roder. de ann. reddit.* Reviviſcit jus emphiteuticum ob devolutionem rei emphiteuticæ ad Baronem feudo refutato. *fol.* 163.

127 Servo communi ab uno ex condominis ſtipulante non ſubſiſtit ſtipulatio pro eo rata, ſed an accreſcat condominis? Aliter in ultimis voluntatibus. Servo inſtituto hærede, ſi gravetur dominus fideicommiſſo, an detrahat trebellianicam? Servo communi inſtituto, ſi unus ex dominis repudiet, an acquiratur alteri? Quid tandem ſi legetur, & unus ex dominis repudiet? *fol.* 163.

128 Officia, ſivè beneficia ſeparata à parte rei non confunduntur, ex quo in una perſona repręſentantur, ſed conſiderantur duæ perſonæ. Dignitatem, & Canonicatus obtinentes ſejunctas habent voces, duplicem diſtributionem, & præſtant ſervitia inhærentia utrique dignitati, laudatur *Rota Romana*. *fol.* 164.

129 Cooptatus ad familiam, an ſit verus agnatus, & repræſentet ſe cognatum, & agnatum, ſeu unum de agnatis inſtar arrogati? Diſtinguit magiſtraliter *Bartolus*, reſpectu allicientis, & reſpectu aliorum. *fol.* 165.

130 Diſtributor eleæmoſynarum, an ſibi uti pauperi poſſit applicare partem. Epiſcopus, an poſſit ſecum diſpenſare in his, in quibus poteſt cum ſubſidiis, ità quoque Superior? An actum juriſdictionis in ſeipſo quis exercere valeat, dum excommunicatio, vel abſolutio ab ea diſtinctionem poſtulat perſonarum. *fol.* 165.

131 Subſtitui ſibimet idem inſtitutus, an poſſit? Recenſentur plura exempla ſubſtitutionis ejuſdem inſtituti ſibi ipſi factæ, præſertim ſi mutetur cauſa, & mutatio exemplificatur? *fol.* 166.

132 Venter inſtitutus cum Titio quot poſthumos repræſentet, & impediat, ne Titius poſſit petere totum? Partus non editus, an ſit in rebus humanis? Infirmet donationem à patre factam? Proſit patri ad tutelam? & alia ex *Caranza* traduntur. Ventrem facere partem pro tribus concluditur. *fol.* 167.

133 Jus accreſcendi de ſeipſo ad ſeipſum, an detur? Diſtinguitur in duas ſpecies jus accreſcendi in regulare, & proprium, & in irregulare, & improprium. Prima ſpecies requirit pluralitatem perſonarum. Altera an contineat formalem pluralitatem? Affirmat *Cagnolus*, à quo diſſidet *Bellonus*. Recenſentur exempla juris accreſcendi irregularis. *fol.* 168.

134 Idem ipſe, qui excluditur à ſucceſſione per caput unde liberi, admittitur ex alio capite, unde legitimi per ſucceſſorium edictum, & quando jus accreſcendi excludat ſucceſſorium edictum, & nepos excludat patruum. Demum nepotes ex filia, quæ renunciavit, & deceſſit poſt delatam hæreditatem excludantur etiam venientes ex propria perſona. *fol.* 169. *&* 170.

135 Plures rei conventi, an ſinguli poſſint eligere Arbitros, vel cogantur ad eligendum unum, nè ſuccumbat actor? Hinc inde ediſſeritur, & refertur deciſio. *fol.* 170.

136 Hæres gravatus, an proprio nomine poſſit emere bona fideicommiſſi adjudicata creditoribus fideicommittentis, ſi ille ordinavit ſolutionem debitorum ex fructibus, & empta bona, an reincidant in fideicommiſſum? Diſtinguitur an emptio nomine proprio, vel hæreditario, & præceptum de extinguendo Teſtatoris debita, an ſit per modum conſilii, vel potius in commodum fideicommiſſi? diſcutitur. *fol.* 171.

137 Primum, & ſecundum beneficium Actori conceſſum cum ſit commune reo convento, an iſte etiam deindè poſſit petere aliud primum, & ſecundum? Reſolvitur quod ſic, nam prima duo acceſſoriè, altera duo principaliter ſpectant, & quot beneficia per tres, aut plures perſonas privilegiatas peti poſſint? *fol.* 172.

138 Hæreditas jacens, an repręſentet defunctum, vel hæredem futurum? In pleriſque defunctum, & in pluribus hæredem futurum repræſentari, oſtenditur. Compromiſſum per curatorem hæreditatis defuncti conſanguinei, an peti poſsit? vel bona Clerici defuncti, an immunitatis privilegio potiantur à gabellis. *fol.* 172. *&* 173.

139 Exer-

Index Argumentorum.

139 Exercens plures artes, gerit plures perſonas, & à quo Iudice cognoſcendus? Diſtinguitur. Juriſdictio ſpecialiter uni conceſſa, an cenſeatur adempta alteri generalem habenti, ne dentur duo capita. *fol.* 174.

140 Contradiſtinctio perſonarum eſt in Judice induente ſe diverſas perſonas, ut privati per viam defenſionis vim vi repellendo armis ſuæ juriſdictionis. Conſervatoris privilegiorum jura expenduntur? Et induentis perſonam denunciatoris. An poſsit eſſe teſtis in cauſa appellationis, vel terminato judicio? *fol.* 175.

141 Arbitri, vel Arbitratores quam perſonam gerant, ediſſeritur. Diſtinguitur compromiſſum. Facultates compromiſsi voluntarii expenduntur, & formulæ recentes, & nonnullæ æquivocationes. *fol.* 176.

142 Nepotes, & liberi, qui repræſentationis jure ſuccedunt, an ex perſona propria, vel patris ſuccedant? Expenditur *gloſ. in §. cum filius, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* docens, ſubſtinere perſonam patris, notatur. Legitima eorum quanta ſit in bonis Avi, reſolvitur. *fol.* 178.

143 Pater dotando filiam, an propriam perſonam gerat, vel adminiſtratoris, ſi habeat bona adventitia ſub adminiſtratione? Refellitur *Merenda*. Quid ſi dicat, ſe dotare de paternis, & maternis, vel ſtipuletur renunciationem aliis bonis, aut ſi dicat ſe dotare pro omni eo, quod prætendere poteſt. Tutor, vel curator, an titulo non expreſſe in dotatione cenſeantur adminiſtratorio dotare titulo? *fol.* 179.

144 Hæres hæredis, an repræſentet mediatum defunctum in renunciatione, hypotheca bonorum hæredis? Filii non obſtante renunciatione hæreditati patris, vel matris ex propria perſona, an venire poſsint ad bona obventa parentibus binubis ex ſucceſsione immediata primi conjugis, ex diſpoſitione *l. fœmina, C. de 2. nupt.*? Et quid ſi renunciatio fuerit occaſione dotis filiæ traditæ? *fol.* 180.

145 Nepotes plures ex uno filio, an pro uno reputentur ad excuſationem à tutela? Hæſitatur num in capita ſuccedant Avo, & ſinguli proſint pro immunitate Avi à muneribus patrimonialibus ob numerum 12. liberorum. Reſolvitur oppoſitum in immunitate perſonali. Numerus pupillorum, an plures tutores faciat? *fol.* 181.

146 Tutrix nomine filii ſubſtinens judicium in aliquibus bonis, & ſuccumbens tempore, quo poſsidebat ea uti creditrix, an ratione notitiæ litis nequeat ex propriis juribus impedire executionem? *fol.* 182.

147 Emptor hæreditatis, an gerat perſonam tàm venditoris, quàm defuncti. An ſit propriè hæres, vel fictè ex contractu emptionis ſuccedens? Sitque neceſſaria ceſsio jurium, & actionum, & paſsivæ, an ſint ceſsibiles? An differat ab hærede gravato, & ab emptore bonorum particularium? *fol.* 182.

148 Fœmina ex maſculo, an gerat figuram maſculi? Diſtinguitur ſi vocatur generatio maſculina, vel ille de generatione maſculina, vel primogenitus maſculinus. Demum an neptis ex filio præmortui uti maſculus excludat fœminam? Duplex perſona qualiter evincat à ſeipſa. Mille homines nec ſint unus formalis. Reduplicetur quis ob Patrimonia ſita in diverſis Urbibus. *fol.* 184.

149 In primogenitura agnatitia pro conſervatione agnationis, an defectis maſculis omnibus ſuccedat fœmina, ideòque ſit duplex, & maſculum, & in ſubſidium fœminam agnatam repræſentans? Diſtinguitur excluſio fœminarum, an ſit principaliter, vel dependenter ab exiſtentia maſculorum, & an ratio ampliationis ad incluſionem fœminæ ſit præpotens, & an veniat fœmina potiſsimum ad impediendam libertatem bonorum? *fol.* 186.

150 Imperatoris plures dignitates recenſentur, ut totidem perſonas repræſentet, & Dux Sabaudiæ, & Mantuæ, an ſint feudatarii Imperatoris, & jura Imperii, an aliqui præſcripſerint, & eum hodie non recognoſcant, demum an Imperator ſit Dominus totius Orbis, vel per hyperbolem dicatur? *fol.* 193.

C O L L E C T A N E A.

Pluralitatem perſonarum in evincente à ſeipſo viva exemplificatio *Pauli de Caſtro*, & recenſentur decem caſus, in quibus is, qui directe nequit nomine proprio actum impugnare, uti duplex perſona valeat. Cumulantur plures concluſiones concernentes pluralitatem perſonarum in una materiali, & unitatem formalem in pluribus materialibus in ſpecie hæredis, Judicis, fidejuſſoris, teſtis, patris, procuratoris, ſucceſſoris, & aliarum perſonarum. Et Collectanea hæc triginta concluſiones congerit. *fol.* 193. & 194.

Finis Indicis Argumentorum.

TRA-

TRACTATUS DE PLURALITATE HOMINIS LEGALI.

D. CAROLI ANTONII DE LUCA.

Exordium Tituli, & Commendatio Materiæ.

SUMMARIUM.

1 *Homo ſecundum ſpeciem eſt multiplicabilis.*

2 *Perſona ſubſiſtens, nec de potentia Divina multiplicabilis.*

3 *Replicatio ejuſdem perſonæ localis virtute Divina poſſibilis, & qualiter.*

4 *In una perſona materiali in jure datur multiplicatio, & qualiter.*

5 *Arguitur in cōtrariū, quia ars imitatur naturā.*

6 *Expenditur* Text. in l. Si plures, ff. de pactis, *ubi impoſſibilem hanc pluralitatem probat.*

7 *Diſtinguitur, an habeatur reſpectus ad perſonam ratione perſonæ, aut officii, vel artis.*

8 *Una perſona repreſentare poteſt duas, ſi plures qualitates compatibiles concurrant.*

9 *Plures perſonæ poſſunt haberi loco unius.*

1 Sumptus homo, prout eſt ſpecies ſecundum Logicos, pluralitatem habet, cum prædicetur de multis, & multiplicari poſſit in individuis quampluribus per differentias individuales, quamvis habeat unitatem, verumtamen ſpecificam.

2 Unus, & idem homo numero juxtà Phiſicos, & Theologos, & unum, & individuum ſingulare, & determinatum multiplicari non poteſt, nec ſuſtinere vices plurium perſonarum, quia ſubſiſtentia reddit naturam incommunicabilem; undè in unico ſubjecto incompatibiles ſunt duæ ſubſiſtentiæ, prout etiam in unico ſubjecto ſubſiſtentia humana, & Divina, ideòque Verbum divinum naturam humanam exiſtentem, non verò ſubſiſtentem ultimo loco terminatam, & incommunicabilem aſſumpſit; quia natura humana ultimo loco completa in ratione perſonæ per ſubſiſtentiam creatam eſt incompatibilis cum perſona Divina perſonaliter ſubſiſtente; quamvis mediet per potentiam abſolutam unio hypoſtatica; Unde Theologus Divina ſcientia ductus aſſerit, quod in Chriſto Domino noſtro fuit natura humana cum Divina exiſtens, & non ſubſiſtens, & ab intrinſeco eſt impoſſibilis talis unio inter duas naturas ſubſiſtentes, & ultimo loco completas in ratione perſonæ, quo reſpectu eſt incommunicabilis ut quo, & ut quod.

3 Aut agitur de replicatione locali unius, ejuſ-

eiuſdemque perſonæ reſpectu ad plura ubi, & virtute divina poteſt una, eademque res, ne dum ſpritualis, ſed etiam unum, & idem corpus tàm per præſentiam diverſi generis, quàm per conſimilem præſentiam circumſcriptivam replicari in pluribus locis; quoad præſentiam diverſi generis eſt dogma fidei de præſentia Chriſti in Euchariſtia, idem enim ipſe Chriſtus ſecundum corpus, & animam, eſt verè, & realitèr præſens in Sacramento, & in quotquot hoſtiis conſecrantur, & in omni vino conſecrato in cunctis terræ Regionibus quantumvis remotis, & ſimul etiam eſt in Cœlo. Et quoad præſentiam extenſivam eſt valdè frequens *Suarez, Berarm., & aliorum opinio*, ut de apparitionibus Chriſti Domini, quæ de facto contigerunt poſt glorioſam ejus Aſcenſionem, & de S. Ambroſio, & S. Antonio dicitur.

4 In una eadem perſona materiali in jure tamen datur reduplicatio, & multiplicatio ob perſonarum formalium reduplicationem; Ob quam unus, & idem fingitur diverſus homo, & unus teſtator ſubſtinet vices duorum. Dantur duo hæredes inſolidum. In eodem ſubjecto datur actio, & paſſio. Ob diverſitatem reſpectuum denegatur compenſatio. Creditor in actione perſonali vincit anteriorem hypothecarium. Quis poteſt ſolvere ſibi ipſi, & eſſe mandans, & mandatarius. Si concurrant in una perſona duarum perſonarum jura, habetur, ac ſi eſſent plures perſonæ. Quis ſibi ipſi authoritatem præſtat. Et ob præfatam diverſitatis perſonarum formalium multiplicationem, quæ incompoſſibilia, & incompatibilia aſpiciuntur, poſſibilia, & compatibilia redduntur pro diverſitate reſpectuum in teſtatore, hærede, concurſu creditorum, compenſatione, cambiis, ſocietate, & cæteris, ut apud *Merlin. de pign. lib. 4. quæſt. 13. Salgad. in laberynt. credit. part. 1. cap. 9. ex num. 48. & part. 2. cap. 12. ex num. 68. Anna conſ. 4. Reg. Rovit. deciſ. 45. Buratt. deciſ. 603. Rota deciſ. 130. part. 9. rec. D. Card. de Luca lib. de credito diſc. 8. num. 8. & diſc. 11. num. 2.* de qua materia in jure innumera habentur loca, & ex dicta diverſitate unius, & ejuſdem materialis perſonæ innumeri reſolvuntur ferè caſus. Propterea operæ pretium duxi diſperſam hanc rem colligere, & de viribus hujus reduplicationis unius, & ejuſdem perſonæ agere, & ſingulas quæſtiones pertractare.

5 Dices: ars imitatur naturam: ſed per naturam, imò neque de potentia Divina fieri poteſt reduplicatio perſonæ, ergò neq; per artem, *l. Arrogato, §. Non tantùm, ff. de adopt.* ubi adoptans debet eſſe major ætate adoptato, nec minor ætate poteſt adoptare majorem ætate.

6 Stringunt verba *Text. in l. Si plures, ff. de pact.* ibi difficilè eſt, ut unus homo duorum vicem ſubſtineat, & *Gloſſ. verb. Difficilè exponis*, id eſt impoſſibile, idemque probant *l. fin. in princip. C. de poſtul. cap. Singula 89. diſtinct.* ubi etiam *Gloſſ. 1. cap. 1. & 2. cauſa 4. & quæſt. 4. cap. Presbyteros 16. quæſt. 1. cap. Inſuper*, & ibi *Gloſſ. fin. de teſtib.* prout ibi procurator, & teſtis non poteſt eſſe Monachus in cauſa Monaſterii.

7 Diſtinguendo reſpondent *Gloſſ. in d. l. Si plures*, & ibi *Bart. Fulgoſ. & Alex.* quod aut habeatur reſpectus ad perſonam ratione perſonæ, aut ratione officii, vel artis, ut hoc ſecundo caſu poſſit ſubſtinere quis vicem plurium ſecus primo caſu.

8 Reſpondent *Alii*, quod ſi in una perſona concurrant duæ qualitates compatibiles inter ſe, quarum altera, non extinguit alteram, poteſt una perſona repræſentare duas, & tunc judicatur de illa perſona, ut de duabus, *Roman. conſil. 422. Addit. ad Bart. in l. Cum quædam, ff. de adminiſtrat. tut. Montan. controv. 68. num. 5.*

9 E' contrariò, plures poſſunt haberi loco unius, ut duo argentarii, vel duo rei ſtipulandi habentur loco unius, & ſi pupillus ſit creditor alicujus, & habeat plures tutores, iſti ſunt loco unius, ut *Gloſſ. in d. l. Plures.* Plures hæredes ſunt loco unius, & plures collectivè vocati, *l. Planè, §. 1. ff. de leg. 1.* latè *Bellon. cap. 5. quæſt. 44. num. 1. & ſeqq.* Nunc ſigillatim agitur de perſonis, quæ vicem plurium in una ſubſtinent.

ARGUMENTUM:

In teſtatore milite reduplicatio perſonæ oſtenditur. Milites an debeant eſſe in expeditione belli? Jus accreſcendi inter hæredes, quando competat. Nautæ, & remiges claſſis navalis an dictum privilegium habeant. Et quid de Clericis, & Advocatis?

SUMMARIUM.

1 *Miles teſtando fungitur vice duarum perſonarum.*

2 *Jus accreſcendi ceſſat in teſtamento militis, prout ſi eſſent diverſi teſtatores.*

3 *In pupillari ſubſtitutione facta per militem idem ſtatuitur.*

4 *Onera non communicantur inter hæredes milites inſtitutos.*

5 *Unus, & idem hæres in rebus diſtinctis inſtitu-*

tus

tus à milite an conſideretur, ac ſi eſſet à diverſis inſtitutus?

6 *An jus accreſcendi locum habeat, ſi in fundo inſtitutus, vel in quantitate cohærede non dato?*

7 *Quibus militibus competat privilegium teſtandi jure militari?*

8 *Teſtamentum poſterius militis an rumpat primum?*

9 *Inter hæredes conjunctos, an ſit locus juri accreſcendi.*

CAP. I.

1 VNitas, & identitas perſonæ materialis adeſt in milite teſtatore, qui tamen per juris diſpoſitionem habetur pro perſonis, & rebus diverſis, quando patrimonia diſtinxit, putà unum inſtituit in Caſtrenſibus, alterum in Paganicis, quia fictione juris perinde habetur, ac ſi plures eſſent teſtatores, & hæreditates diverſæ, *l. duorum, ff. de oper. libert. Cujac. in l. 7. de reg. juris.*

2 Conſequenter ceſſat jus accreſcendi in teſtamento militis, qui patrimonia diſtinxit, *Bart. in l. ultima, num. 3. ff. de acquirend. hæredit. Bellon. de jur. accreſcend. cap. 10. quæſt. 24. num. 19.* quia fictio idem operari debet, quod veritas; unde ſicut ſi duo eſſent teſtatores, ceſſaret jus accreſcendi, ità etiam ceſſare debet in propoſito, in quo licet teſtator ſit unus natura, finguntur tamen plures ex juris cenſura, ità *Bald. in l. 1. C. de teſtam. milit.* & miles ſi de uno patrimonio diſpoſuerit, putà de Caſtrenſibus, tunc Paganica non pertinebunt ad inſtitutum, ſed ad venientes ab inteſtato, & ſi duos inſtituit diſtinctos hæredes, ſi alteruter deficit, non tamen patrimonium illud aſſignatum alteri accreſcet, ſed advenientes ab inteſtato, cum utraque bona diverſæ hominum hæreditates conſiderentur, *Bald. in l. 1. C. de teſtam. milit.* ubi illius *text.* ſummarium ità concedit. *Inſtitutionem trahit ad ſe inſtitutionem in hæreditatibus æquè principalibus*, ità *Bellon. ubi ſupra* rejecta, *gloſſ. C. de teſtam. milit.* ut oſtendi in *Gratian. cap. 276.*

3 Adeòque verum eſt, ut ceſſet jus accreſcendi, ne dum ſi diſtinctio patrimoniorum fuerit facta in ipſa inſtitutione, verum etiam in pupillari ſubſtitutione; unde ſi miles impuberi filio, quem habet in poteſtate, ſubſtituat aliquem in Paganicis, non accreſcent ei Caſtrenſia, nec è contrà, ſed ad leguimos pupilli hæredes pertinebunt, ſive de iis non fuerit à milite diſpoſitum caſu, quo pupillus in pupillari ætate moreretur, ſive fuerit diſpoſitum, & poſteà defecerint, ità *Bellon. d. cap. 10. quæſt. 24. num. 65. & 108.* ubi etiam quod pupillariter ſubſtituerit in re certa, vel quota, quia non trahetur ſubſtitutio ad vniverſum.

4 Imò nec ulla æris alieni, aut nominum debitorum communio conſideranda; nam ad æs alienum, quod in Caſtris eſt contractum, is ſolus tenetur, qui Caſtrenſium rerum hæres inſtitutus eſt, extra verò Caſtra contracto, Paganicarum rerum hæres, *l. ſi certarum, §. 1. ff. de milit. teſtam.* In tantùm ut ſi debitor alteri hæredi obligatus velit compenſare, quod ab alio debetur, non ſit audiendus, *l. ſi cum militis, ff. de compenſat. num. 47 & 53.* ubi reſtringit, ſi bona caſtrenſia, vel Paganica non ſufficiant æri alieno, quod contractum eſt.

5 Difficultas eſt, quando miles inſtituat aliquem in Paganicis, deindè eumdem in diverſo, vel eodem teſtamento inſtituat in Caſtrenſibus, an is fungatur vice duarum perſonarum, & poſſit unum patrimonium amplecti, & aliud repudiare? Affirmat *Bart. in l. ultima, num. 3. ff. de acquirend. hæredit.* nam quando duo jura concurrunt in perſonam unius, perinde habetur, ac ſi concurrerent in perſonam diverſorum, *l. Tutorem, verſ. diſcreta, ff. quibus, ut indignis*. Sed quando miles inſtituit unum in Caſtrenſibus, alterum verò in Paganicis, quo caſu jura concurrunt in perſonam diverſorum, non datur jus accreſcendi de uno patrimonio ad aliud, ità pariter, ſi duo jura concurrunt in perſonam unius, ità *Bellon. n. 67.*

6 Ampliat *Bellon. num. 72.* ſi bonorum diſtinctio facta fuerit non ſub nomine Caſtrenſium, & Paganicorum, ſed ſub alio, putà, quia miles certum inſtituat hæredem bonorum paternorum, alium verò maternorum, vel unum inſtituat prædiorum ruſticorum, alium verò urbanorum, vel unum bonorum Italicorum, alium verò Provincialium, ità poſt alios *Bellon. num. 98. & ſeqq.* Benè verum eſt, quod *gloſſ. in l. ſimiles unum, verb. creditor, ff. de milit. teſtam. Clarus §. Teſtamentum, quæſt. 26. Graſſus, Mantica, & Alii* relati per eundem *Bellonum num. 76. & 77.* contrarium volunt, ſcilicet, quod ſi miles inſtituat unum in re certa, putà fundo, vel certa quantitate, putà centum, & de reſiduo non diſponat, totam hæreditatem inſtituto accreſcere, ità ſimiliter ſi miles non diſtinxit patrimonia, ſed rerum, aut unciarum mentionem fecerit, de qua re videndus *Bellon. d. num. 70.*

Quinimò etiam ſi miles in parte Caſtrenſium unum inſtituat, & neminem in alia parte, & ità ſimiliter ſi unum in certa parte inſtituat, & neminem in alia parte, *Bellon. num. 106.*

7 Privilegium teſtandi jure militari, an competat ſolum exiſtentibus in expeditione belli, vel etiam ſtationariis? fuſè dixi in *Gratian, cap. 312. num. 8. & ſeqq.* ubi locum habere, tradidi, nedum ſi in ipſo actu certaminis miles moriatur ex vulneribus dimicando acceptis, verum etiam in Caſtris à fronte inimicorum, vel ubicumque extra bellum, vel caſtra in propinquiorem locum ſe contulit curandæ valetudinis cauſa, vel ſe reficiendi, aut in Regni præſidio ſit ad præliandum ſemper paratus. Et quamvis milites noſtri temporis non gaudeant privilegiis militum, juxtà *Reg. de Ponte, & Reg. Latro deciſ.* 102. procedit, ſi domi ſint, & in Civitatibus deliteſcant, & eorum negotiis incumbant.

8 In teſtamento militis inter hæredes conjunctos re, & verbis, aut verbis tantùm, vel re an locum habeat jus accreſcendi? Affirmat *Bellon, cap. 2. quæſt. 2. num. 50. & cap. 19. quæſt. 24. num. 9.* nam hoc jus accreſcendi provenit ex voluntate defuncti, non ex diſpoſitione juris.

9 Milites ſunt, qui militiæ navali incumbunt, & remiges, juxtà *l. unic. ff. de bonorum poſſeſſ. ex teſtam. milit*, dum ſcribit *Navarchos, & Tetrarchos claſſium jure militari poſſe teſtari, nulla dubitatio eſt, in claſſibus omnes Remiges, & Nautæ milites ſunt, item milites vigiles ſunt, & jure militari eos teſtari poſſe.* Nautæ enim regunt navem, ſine qua milites pugnare nequeunt. Idem de Præfectis militum, quorum eſt primum officium imperare.

Militantes propriis ſtipendiis, ſi in numero militum deſcripti ſint, gaudent *Odd. de compendioſ. part. 5. præmiſſ. 4. verſ. Aut non concurrunt.* Et hi omnes decedere poſſunt pro parte teſtati, & pro parte inteſtati.

Remiges illi gaudent, qui non in pœnam delicti, nec voluntariè, ſed jubente Principe, & ob publicam utilitatem huic muneri vacant, *Merenda lib. 6. controv. cap. 8. num. 13.* Etſi *Odd. ubi ſup.* contrarium pro remigibus indiſtinctè cenſeat.

An privilegia conceſſa militibus trahi poſſint ad milites cœleſtis, vel togatæ militiæ? Negativam opinionem probat *Merend. à num.* 16. ubi probat, quod ſecundum paganos debeant teſtamentum condere; undè nec poſſent decedere pro parte teſtati, & pro parte inteſtati, & quia privilegia militibus conceſſa ceſſant cum poſt annum à teſtamento condito à militia milites diſceſſerunt; undè dicta privilegia non conveniunt militibus cœleſtis, vel togatæ militiæ, & ſic teſtando non poſſunt repræſentare plures perſonas. At ego in filiofamilias Clerico, vel Doctore aliter cenſeo, dum poteſt teſtari de peculio quaſi Caſtrenſe, in quo habetur pro patrefamilias, & in adventitiis pro filiofamilias. Rectius dic, quod hujuſmodi perſonæ non teſtantur ut milites, ut ceſſet jus accreſcendi, ſed teſtantur ut Pagani in Caſtrenſibus.

ARGUMENTUM.

Inſtituens hæredem Eccleſiam, vel ad pias cauſas in certo fundo, vel in certa parte hæreditatis, an inſtitutio trahatur ad totum, vel potius decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, prout miles, & repræſentet plures perſonas? nova quæſtio, & quid ſi cohæres repudiaverit, vel defecerit utrum habeat locum jus accreſcendi. Expenduntur *Andreol., D. Card. de Luca, & Bellonus.* Et quid in teſtamento inter liberos.

SUMMARIUM.

1 *Teſtamentum ad pias cauſas diſpenſatur à lege, prout illud militis.*

2 *Legata profana in teſtamento ad pias cauſas non ſollemni, an accreſcant piæ cauſæ?*

3 *Pia cauſa in certa re inſtituta, cohærede non data, an accreſcat tota hæreditas?*

4 *Diſtinctio* Bellon. *inter hæreditates, & legata.*

5 *Teſtamentum inter liberos æquiparatur teſtamento ad pias cauſas, ut pater poſſit decedere cum duplici hærede.*

6 *Jus accreſcendi ex mera ſubtilitate juris non habet locum in hujuſcemodi teſtamentis.*

7 *Intellectus* l. Interdum, §. 1. ff. de hæred. inſtit.

8 *Senſus* Authoris.

CAP. II.

1 SUccedanea eſt quæſtio, à teſtamento jure militari, ad teſtamentum ad pias cauſas, quia ſicut miles diſpenſatur à lege à ſollemnitatibus juris communis, ut in *l. Milites, & in l. Militibus, ff. de milit. teſtam.* ibi: *Faciant enim milites teſtamenta quomodo volent, quomodo poterunt, ſufficiet ad ſuorum bonorum faciendam diviſionem nuda eorum voluntas,* ut *Paul. Rub. de teſtam. cap. 24. n. 74. & ſeqq.* ità etiam teſtamentum ad pias cauſas diſpenſatur à lege, *Andreol. contr. 331. num.* 8.

2 Deveniendo ad quæſtionem, utrum Eccleſiæ, vel piæ cauſæ inſtitutæ accreſcat to-

ta hæreditas, ne teſtator videatur decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus? Partem negativam ſuadet, quod traditur de legatis profanis in teſtamento ad pias cauſas condito, ut illa legata non accreſcant piæ cauſæ, ſed venientibus ab inteſtato, ut ſentit *Andreol. in controv. 346. num. 32.* ibi: *Et ideò poſſet probabiliter prætendi, quod illa legata non accreſcerent piæ cauſæ hæredi inſtitutæ, ſed ſpectarent ad hæredes venientes ab inteſtato, ut voluerunt Bald. in l. Servum num. 7. & ibi Caſtr. num. 8. C. qui teſtam. fac. poſſ. nam pia cauſa tunc capit jure ſpeciali ex quadam diſpenſatione, ideò non recipit jus accreſcendi, l. Mulieri, & Titio, ff. de condit. & demonſtr. Bald. & alii in l. Re conjuncti, ff. de leg. 3.*

3 Idem ſentire videtur *Card. de Luca de teſtam. diſc. 188. num. 9.* ibi: *Tum etiam quia, ut ſupr. diſc. 108. & alibi advertitur, ac etiam in ſua propria materia de teſtamentis, pia cauſa non ſubjacet diſpoſitioni, ac ſubtilitatibus juris civilis circa dictam prohibitionem duplicis hæredis, ſed in ea attenditur ſola veritas naturalis.*

4 Diſtinguit *Bellon. de jur. accreſc. cap. 7. quæſt. 51. num. 12.* inter legata, & hæreditatem, his verbis: *Itàque ſi pia cauſa fuerit inſtituta, & aliquid cauſa non piæ relictum, ſiquidem id ſit legatum, aut fideicommiſſum, non capietur à vocato, neque deferetur Fiſco, ſed manebit in hæreditate, & per conſequens ad ipſammet piam cauſam, ut hæredem inſtitutam permanebit ſecundum ea, quæ ſupra diximus. Quod ſi ſit hæreditas, ut quia cauſa non pia fuerit ex parte hæres inſtituta, ità demum piæ cauſæ accreſcet, ſi jus accreſcendi ex conjunctione proveniat. Cæterum ſi ex ea cauſa ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, prout evenit, aut hæredes ſunt omninò disjuncti, ut oſtendimus cap. 3. quæſt. 2. num. 6. magis eſt, ut non accreſcat, ſicut demonſtravimus cap. 5. quæſt. 41. num. 10. & dicemus etiam cap. 10. quæſt. 9. num. 3. ſcilicèt, quia cum ratio prædicta ceſſet in hujuſmodi teſtamento, ut poteſt, in quo non eſt abſurdum, quem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, ut diximus cap. 5. quæſt. 41. num. 14. Conſequens eſt, ut ipſum jus accreſcendi ceſſare debeat.*

5 Idem *Bellon. cap. 5. quæſt. 11.* æquiparat teſtamento ad pias cauſas, teſtamentum inter liberos, & in hujuſmodi teſtamento receptum ſit, poſſe quem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, *Dec. in l. Jus noſtrum, ff. de reg. jur. num. 8. Cagnol. in rubr. C. quand. non pet. part. num. 12. Tiraquell. de privil. piæ cauſæ privil. 13. ideò fit, ut in iis jus accreſcendi ceſſet, qui omnimodò disjuncti ſunt,* ità *Bellon. d. num. 14.* ubi refert beneverum diſſidentem, *Bald. in l. 1. num. 8. C. de Sacroſ. Eccleſ.* & alios plures.

6 Tota ratio eſt, quia in his teſtamentis attenditur voluntas teſtatoris, & tunc jus accreſcendi locum habeat, quando illud oritur ex voluntate teſtatoris, ſcilicet inter conjunctos re, & verbis, vel verbis tantùm, aut re. Secus ſi ex mera ſubtilitate juris, ut latè *Bellon. cap. 2. quæſt. 2. num. 51.* ubi quod jus accreſcendi, quod habet locum in hæreditatibus teſtamentariis non ex vi conjunctionis, ſed ne detur abſurditas, quod teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ut tunc verius ſit, tale jus ex mera juris poteſtate, non etiam ex tacito judicio defuncti provenire, *Imol. in l. 1. §. Ex fundo, num. 41. ff. de hær. inſtit.*

7 Nec obſtat *l. Interdum, §. 1. ff. de hær. inſtit.* ubi quod hæredes inſtituti videntur in portione deficiente ſcripta: Quia illa verba non ſunt referenda ad cauſam, ſeu modum vocationis, ſed ad rem, & effectum.

8 Hæc omnia benè procedunt, quando teſtator deceſſerit cum teſtamento imperfecto, valido tamen de jure ſpeciali, quia aperte conſtet de voluntate illius, nempè voluiſſe jure ſpeciali diſpoſitionem facere. Aliter ego ſentirem, ſi jure communis teſtari voluerit, *l. Si quis eum, ff. de condit. & demonſtrat.*

ARGUMENTUM.

A milite arguitur ad Feudatarium, & in teſtando finguntur in eo duo teſtatores, & etiam plures perſonę formales in una materiali? Poſſidens plura feuda in diverſis ditionibus non poteſt conveniri pro negotiis unius in loco alterius, nec in domicilio? Et differentiæ inter feudatarium, & militem in teſtando? Rem exornat *D. Card. de Luca.*

SUMMARIUM.

1 *Baro dicitur miles, habens diſtincta patrimonia.*
2 *Baro reputatur duplex homo, imò multiplex.*
3 *Expenditur* D. Card. de Luca *ad ornatum.*
4 *Baro poſſidens plura feuda pro negotiis unius, an poſſit conveniri extrà illud feudum.*
5 *Feudatarius decedit cum duplici hærede, duplicis ſcilicèt ſpeciei.*
6 *Feudum ex pacto eſt diſtinctum patrimonium, ſi eſt antiquum.*
7 *Feudũ ex pacto novum eſt idem cum hæreditario.*
8 *Onera alia ſunt feudi, alia feudalia.*
9 D. Reg. D. Carolus Calà *laudatur.*

10 *Re-*

10 *Reſciſſio contractus cenſualis ſuper feudo fit cum utroque hærede.*

11 *Differentia inter militem, & feudatarium teſtantem.*

C A P. III.

1 **B**Aro dicitur miles; *cap. Si quis miles de feud. ſine culpa non amittend. Maſtrill. deciſ.* 200. *num.* 52. *Giurb. deciſ.* 118. *num.* 7. qui alios cumulat *D. Nicol. Ricc. de renunciat. parag. art.* 4. *num.* 16.

Dum habet patrimonia, unum in allodialibus, aliud verò in feudalibus, *l. Si certarum, §. Julianus, ff. de milit. teſtam. Bald. conſil.* 309. *num.* 4. *lib.* 1. *Randen. conſil.* 1. *num.* 142. *lib.* 2. *Salgad. in labyr. cred. part.* 2. *cap.* 22. *n.* 22. *n.* 99. *Giurb. de feud. §.* 2. *gloſſ.* 7. *n.* 16.

2 Reputatur propterea Baro duplex homo, & duas formaliter diſtinctas repræſentat perſonas, unam ſcilicèt propriam, & particularem complectentem proprium patrimonium, ac bona ad ejus liberam diſpoſitionem pertinentia, ſeù allodialia. Alteram verò adminiſtratoris feudi, cujus tanquam muti hominis vicem gerit, *Afflict. deciſ.* 325. *num.* 24. *Giurb. deciſ.* 50. *num.* 5. & *in tract. de feud. §.* 2. *gloſſ.* 118. *num.* 21. latè *Salgad. part.* 2. *cap.* 22. *num.* 79. 80. & 92. *D. Card. de Luca de feud. diſc.* 89. *num.* 23. & *Salgad. num.* 99. dicit verum illud axioma, quod feudum agit, loquitur, patitur, cum feudo fertur ſententia, & contra feudum, & non attenditur Imago, ſed ſubſtantia *D. Roſa conſult.* 9. *num.* 36.

3 Amplia, ut ſi plura, ac diſtincta feuda diverſis comprehenſa inveſtituris poſſideat Baro, plures alias perſonas pro feudorum pluralitate repræſentet, *Giurb. obſ.* 28. *n.* 16. & *ſeqq.* & 36. *D. Altim. ad Reg. Rovit. conſ.* 91. *lib.* 2. *n.* 8. *D. Nicol. Ricc. ubi ſupr. n.* 21.

4 Comprobat *D. Card. de Luc. lib. de juriſdict. diſc.* 90. *num.* 4. his verbis: *Quemadmodum igitur ex iis, quæ habentur in Romana contributionis de Columna in ſua materia ſub tit. de feud. diſc.* 22. *etiam feudatarius ejuſdem Principatus, ſeù ditionis reputatur duplex homo, duplex patrimonium, ſeù duplicem hæredem habens omninò diverſum, feudale ſcilicèt, & allodiale, ſeù militare, & paganicum juxtà eam duplicis patrimonii diſtinctionem, quam in jure communi habemus, cum feudatarii milites dicantur. Ità fortius Principes vel inferiores Domini poſſidentes plures Principatus, vel reſpectivè plura feuda, ſeù dominia in diverſis Provinciis, ſeù ditionibus, & ex diverſis titulis, ſeù fontibus plures dicuntur repræſentare perſonas, diverſaque haberet patrimonia Univerſitatem conſtituentia, nullamque connexionem inter ſe habentia, ità ut inter ea non obſtante unicitate perſonæ omnia poſſidentis rectè detur actio, & paſſio, ſeù aliter incompatibiles concurſus, quia tot finguntur perſonæ formales, quot ſunt dominia ob illam intellectualem plurium perſonarum formalium diviſionem, quæ in una, eademque perſona materiali in jure paſſim datur, ex deductis in propoſito plurium Majoratuum per Salgad. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 48. & *part.* 2. *cap.* 12. *num.* 68. & *ſeqq.* & *in Romana Contributionis de Ceſiis ſub tit. de feud. ad Bull. Baron. diſc.* 89.

4 Subjungendo idem *Cardin. de Luca*, ut quodlibet dominium, ſeù quilibet Principatus conſtituat Univerſitatem de per ſe ſtantem independentem ab altera, & conſequenter Baro plurium poſſeſſor pro rebus ad unam ſpectantibus non dicatur ſubditus illius Principis, vel fori, cujus eſt ſubditus ratione alterius dominii, ſeù Principatus, ità docente communi praxi, & obſervantia nedum juridica, ſed etiam humana ob inpracticabilitatem, quoniam magnum eſſet inconveniens omninò in practicabile, ut e. g. Magnus Comeſtabilis Columna, qui eſt originarius, & domiciliarius Urbis, plura poſſidet Caſtra, & domicilia in temporali ditione Eccleſiæ, necnon in Regno Neapolitano, ac etiam in altero Siciliæ citra, & alibi pro ſingulorum dominiorum, & patrimoniorum hujuſmodi negotiis activis, & paſſivis, quæ in ſingulis reſpectivè per illos Ærarios, Gubernatores, & Miniſtros geruntur, poſſet in Urbe tanquam ejus domiciliarius, ſeù in Curia apprehenſus conveniri.

Et quamvis ex parte actoris inculcari poſſet, quod ità eſſet amittere creditum, ſuaſque actiones, ex quo non haberet, qui juſtitiam miniſtraret, dum idem debitor in ea ditione eſt Princeps. Nihilominus minus probabilis eſt oppoſitio, quoniam in quibuſcumque Principibus Superiorem non recognoſcentibus jura activa, & paſſiva cum privatis habentibus eadem intraret ratio omninò neglecta, dum ab ipſiſmet deputantur Officiales, Judices, & Magiſtratus juſtitiam in cauſa proprii Fiſci miniſtrantes, ità *De Luca, ubi ſupra*. Vel poſſet conveniri coram Domino feudi pro negotiis illius.

5 Feudatarius ad inſtar militis poteſt relinquere duos hæredes, unum in feudalibus, alterum in allodialibus, ità *Bald. in Auth. ceſſante num.* 4. *C. de legit. hæred.* quem laudat *Præſ. de Franchis deciſ.* 1. *in fine, Reg. Lanar. conſil.* 80. *num.* 18. *Reg. de Ponte cum tit. de aſſenſib. ſuper dot. §.* 3. *num.* 6. Quia fungitur vice duorum teſtatorum, & poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, juxtà *l. Si duobus, ff. de milit. teſtam.* fusè *Larath. in theor. feud. p.* 9. *dilucid.* 73. *num.* 23.

Digitized by Google

num. 23. inteſtatus ſcilicèt in feudalibus, & teſtatus in allodialibus,& è contrà. Et proinde ſicut miles, ſi inſtituit unum in Paganicis, & alterum in Caſtrenſibus, inter ipſos non eſt locus juri accreſcendi, nam reputantur, ut duæ hæreditates, ità etiam in feudatario,ut dixi *obſ.1.ad Præſ.de Franch.*

6 In feudo ex pacto, & providentia antiquo ſecurè procedit opinio, ut diſtinctum patrimonium cenſeatur ab allodiali, quia onera inter hæredes non communicantur, *cap.1. tit. an agnatus, Frecc. de ſubfund.different.* 13. *in fin. Cammer. in cap.* 1. *quæſt.* 22. *num.*155. ſed ſoluuntur ſolum per hæredem in allodialibus, & in feudis hæreditariis,niſi ſint onera feudi intrinſeca, de quibus tamen dicemus infrà.

7 Quoad onera hæreditaria aliud eſt in feudo ex pacto, & providentia novo, quia reputatur feudum hæreditarium, & quilibet hæres contribuit ad onera communia pro rata, & valore bonorum, *De Franch. deciſ.* 1.*num.* 24. & ibi *Ego in obſervat. & deciſ.*159. latè *D. Altom. dicto conſil.* 91. *Reg. Rovit., Reg.Galeot. controv.* 21. *&* 22. *lib.* 2. *Ego in tractat.de linea art.*7.*n.*135.

8 Difficultas eſt, an dicta contributio fiat, quando onera ſunt feudi, nam duæ ſpecies onerum dantur, alia ſunt onera feudi, alia ſunt onera feudalia, ſeù alia ſunt onera feudi intrinſeca. Alia extrinſeca, onera feudi dicuntur debita legalia, quæ habent initium neceſſarium, prout vita militia, paragium, adhoa, ut *Frecc. different.*13. *in fine, Iſern. in d. cap.* 1. Onera feudatarii dicuntur, quæ non à lege, ſed facto hominis originem habent, ut in *d. cap.* 1. Ad prima onera feudi ſolum remanere obligatum ſucceſſorem in feudo ex pacto, & providentia, vel hæreditario voluit *Albert.Brun. conſil.* 104.

9 Illuminavit tamen hanc materiam *D. Reg. D. Carolus Calà* tutando jura Fiſci uti Advocatus tunc temporis illius adverſus ea, quæ Epiſcopus *de Afflict.* ſcripſit pro Dom. D.Emanuele Carrafa, ut ex *allegat.* per me tranſcripta in *d.art.*7.*de linea n.* 138.

Caſus controverſus fuit in S.C. an onus ſolvendi annuum cenſuum impoſitum ſuper feudo, ſpectet ad primogenitum ſucceſſorem in feudo, vel etiam ad hæredem in allodialibus? *Præſ. de Franch. deciſ.* 159. judicatum refert locum eſſe contributo, quia obligatio annuæ ſolutionis reſpicit perſonam debitoris, quæ repræſentatur per utrumque hæredem, præſertim dum promiſſio ſolutionis de propria pecunia debitoris fit, & cum pacto de affrancando, *Reg. de Marin. reſolut.*162.*lib.*1. *Reg. Galeot.lib.*2. *controv.*22.

10 Hinc reſciſſio contractus venditionis annui cenſus ſuper feudo facienda erit cum utroque hærede tàm in feudalibus, quàm in burgenſaticis, & ità in contingentia facti judicatum fuit; nam reſpectu contributionis onerum facit unum corpus cum allodio feudum hæreditarium, & quo ad alia procedit æquiparatio militis, & feudatarii, ut dixi in *d.obſerv.*1. *n.*25.

11 Ad tollendam æquivocationem licet miles, & feudatarii comparentur, ut poſſit uterque decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus; id etenim ſolùm procedit in feudalibus, & in allodialibus diverſo modo à milite, quia feudatarius, ſi inſtituat in re certa, vel in quota hæreditatis allodialis aliquem hæredem, tunc inſtitutio trahetur ad univerſam hæreditatem allodialium, aliter ac ſi in milite in feudis autem inſtitui debet proximus ſucceſſor, ſecus feudatarius decedet inteſtatus, ut *De Franch. deciſ.*1. & feudatarius, ſi habeat plura feuda, poterit decedere teſtatus in uno, ſi inſtituerit hæredem proximum ſucceſſorem, & inteſtatus in alio, ſi inſtituerit extraneum; Alia res erit, an poſſit feudatarius gravare ſucceſſorem in feudo, ut latè *Præſ.de Franch.ubi ſupra*, & *Ego in obſervat.*

ARGUMENTUM.

Pater filio hæredi inſtituto pupillariter ſubſtituendo, an fungatur vice duorum teſtatorum. Ingens quæſtio in materia Conſuetudinaria,Statutaria, & Feudali, ſi Neapolitanus per ſubſtitutionem pupillarē excludat proximiores à portione Conſuetudinaria; Et quid ſi pater ſit Clericus, qui non ligatur activè,nec paſſivè à Cōſuetudine? Denique an pater virtute gratiæ poſſit hæredem in feudis filium inſtituendo per ſubſtitutionem pupillarem diſponere de feudis ad beneficium proximioris maſculi de familia? Controverſia inſignis per præſtantiſſimos Advocatos nuperrimè diſputata. An ſubſtitutio pupillaris bifrontem naturam gerat?

SUMMARIUM.

1 *IN patre ſubſtituente pupillariter concurrunt jus proprium, & paternum, ideòque fingantur duæ perſonæ.*

2 *Ha-*

2 *Heres patris ſuccedit in bonis patris, non filii, ſed ſubſtitutus pupillaris ſuccedit filio. Ergo duo teſtatores.*

3 *Pater ſubſtituendo pupillariter repræſentat filium. Ergo filius teſtatur.*

4 *Statuto vocante aliquos in caſu obitus ſine filiis, & teſtamento, per pupillarem excluduntur à ſtatuto vocati.*

5 *Pater poteſt nominare ſucceſſorem filio in officio habenti facultatem, ſubſtituendo pupillariter.*

6 *Alienatione permiſſa filio per ſtatutum, patri permittitur per ſubſtitutionem pupillarem.*

7 *Barbatus viriliter ſubſtinet pupillarẽ ſubſtitutionẽ eſſe propriè teſtamentũ filii cõtra* Giurbam, *qui noviter ſe defendit adverſus eum.*

8 *Pater ſubſtituens pupillariter non teſtatur nomine filii, cum excludat matrem, ergo non teſtatur filius.*

9 *Subſtitutio pupillaris dicitur pars, & ſequela teſtamenti paterni.*

10 *Cohæres filii instituti ſubſtitutus ei eſt hæres neceſſarius filio, quia teſtator unus ſit.*

11 *Biſrontem naturam gerit pupillaris ſubſtitutio.*

12 *Media ſententia diſtinguens.*

13 *Cive Neapolitano ſubſtituente pupillariter filio, an is dicetur decedere teſtatus? Diſtinguuntur bona, & caſus.*

14 *Pater Clericus ſubſtituendo pupillariter, an excludat proximiores à portione Conſuetudinaria, ac ſi ipſe eſſet teſtator, & non filius?*

15 *Feudatarius an poſſit in Regno vigore gratiæ excludere fœminam, & diſponere ad beneficium maſculi de familia per pupillarem ſubſtitutionem, ac ſi potuiſſet filius?*

CAP. IV.

1 IN patre filium hæredem instituente, & pupillariter ei ſubſtituente, an fingantur duo teſtatores? nobilis, & fructuoſa quæſtio in re Conſuetudinaria, Statutaria, & Feudali. Partem affirmativam ſuadet, nam quando in perſona unius concurrunt duo jura, tunc illa duas perſonas repræſentat, & habetur, ac ſi in perſonam diverſorum concurrerent, *l. Tutorem, verſ. diſcretis, ff. de his quib. ut indign. l. 1. §. Si cohæredem meum, l. Si pupillus, §. Si ego in fine, & l. Nesennius, §. 1. & 2. ff. ad l. Falcid.* Sed in patre duo jura concurrunt, aliud proprium, quo instituit hæredem filium, alterum patrium in ſubſtituendo pupillariter, quod jus eſt ſpeciale, & privilegiatum exercendo facultatem filio competentem, ſi is ſui juris effectus fuiſſet, *l. Papinianus, §. Sed nec impuberis, ff. de inoff. teſtam.* Igitur in patre fingendæ ſunt duæ perſonæ, ità ratiocinatur *Montan. de regal. §. fin. num. 13.* ibi: *Sed ex diſpoſitione in perſona patris concurrunt hæ duæ facultates, ſcilicet, ſibi facere teſtamentum, & filio improberi, hæc duo jura diſtincta concurrentia in eadem perſona ſic ſe habent, ac ſi eſſent in diverſis perſonis.*

2 Præterea, quia hæres patris ſuccedit tantùm in bonis patris, ſed ſubſtitutus pupillo ſuccedit, nedum in bonis à patre obventis, verum etiam in bonis filio undecumque obventis; ergo ſubſtitutio pupillaris eſt verum, & reale teſtamentum pupilli, quoad materiam, effectum, & finem, nempè reſpectu hæredum, & hæreditatum patris, & filii, *Bar. in l. Patris, & filii, num. 2. ff. de vulgar. Alograd. conſil. 91. num. 29. lib. 1. Barboſ. in d. l. Patris, & filii, num. 2. & 9. Menoch. conſ. 124. num.* 16. & re vera ſunt duo teſtamenta, quia ſubeſt juris, & rerum diverſitas, & pupillus verè teſtatus decedit, *l. Sed ſi plures, §. Si ex aſſe, ff. de vulg.* Undè pupillaris ſubſtitutio, plerumque dicitur teſtamentum filii, & ſubſtitutio pupillaris à Jureconſultis tabulæ pupillares vocantur. Et quamvis aliquando dicatur patris teſtamentum in *l. Tabulis, ff. de ſtatu liber.* Id tamen intelligitur, ut ſit teſtamentum, quod pater non ſibi, ſed filiofamilias facit, ità *Cujac. in d. l. Tabulis lib. 2. defin. Papinian.* Vel dicatur teſtamentum patris, & filii ob conjunctionem perſonarum, ut *Paul. de Caſtr. in d. l. Papinianus, §. Sed neque impuberis, n. 1.*

3 Ad hæc, quod fit à perſona repræſentante, videtur fieri à perſona repræſentata, *l. Titia, §. Si ea conditione*, ubi *Bald. ff. de leg. 2.* & qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur. Sed pater in ſubſtituendo pupillariter repræſentat perſonam filii. Ergo dicitur teſtamentum filii, perindè enim filius hæredem habet, ac ſi ipſe ſibi feciſſet teſtamentum, *§. Igitur, Inſtit. de pupill.* quia nam alia ratione patri conceſſum eſt, ut poſſit teſtamentum facere filio impuberi, niſi quod ea ætas judicio, & propè modo ſenſu penitùs carere intelligatur, ità *Faber in rational. ad d. §. Sed neque impuberis*. Confirmatur, nam per dictam ſubſtitutionem pupillus decedit teſtatus.

4 Ulterius nam valet pater faciendo teſtamentum filio per pupillarem ſubſtitutionem repellere, nedum legitimos hæredes filii, ſed etiam illos, qui ex providentia majorum, vel Statuto, aut Conſuetudine vocati ſunt in caſu obitus filii ſine liberis, & abſque teſtamento, ſicut ſi filius teſtatus eſſet, *Pariſ. conſil. 15. num. 5. lib. 3. Pret. de interpetr. ult. volunt. lib. 3. dub. 3. col. 2. num. 7. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 444. num. 2. Barry de ſucceſſ. lib. 17. tit. an conditio poſſit impleri pro parte num. 7. Jacob. de S. Georg. de homag. p. 2. n. 27. in tom. 10. tractat. fol. 178.* ex ſollemni *conſil. 8. Bartoli* in terminis Statuti Tudertini, in quo ſtat *Polid. Ripa obſ. 51. num. 5.*

5 In

5 In terminis fortioribus Officiorum Regalium ſtrictiorem naturam habentium, ſi filius impubes Regale Officium habeat, cum facultate nominandi ſucceſſorem, poſſe patrem per hanc ſubſtitutionem dare illi ſucceſſorem in officio, utendo facultate filio competente, ſi is capax, & teſtatus eſſet, *Montan. de regal. offic. num. 45. Caldas de nominat. emphit. lib. 2. ordin. lib. 4. tit. 46. quæſt. 4. lib. 2. quæſt. 4. num. 4.* ibi: *Quoniam pater, de quo agimus, tanquam emphiteuta nominat filium ad emphiteuſim, quam habet, tanquam pater verò jure patriæ poteſtatis pro filio teſtatur, qua ratione teſtamentum pupilli cenſetur.* Hinc fit, ut omnia in pupillari ſubſtituzione procedant, proinde ac ſi pupillus in adulta ætate conſtitutus ſibimet teſtamentum feciſſet, ut probat *Angel. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 7. art. 3. num. 94.* dicitur enim teſtamentum patris, & filii, *l. patris, & filii*, ubi *DD. ff. de vulg.*

6 Accedit, quod licet patri eſſet interdicta alienatio, quæ tamen permiſſa eſſet filio, tunc poſſet pater de re ipſa diſponere, quia filius diſponere videtur, *Bald. conſil. 422. lib. 5.* Et ſi mater prohibita eſſet ſuccedere, niſi ex teſtamento filii, tunc per ſubſtitutionem pupillarem factam ſuccederet mater, *Bald. conſil. 216. lib. 3. & conſil. 42. Barboſ. in l. 2. n. 149. ff. de vulgar.* quia vox patris dicitur vox filii.

7 Hanc opinionem viriliter ſubſtinet *Barbat. de diviſ. fruct. par. 2. cap. 3. à n. 248.* ut ſubſtitutio pupillaris ſit proprie teſtamentum filii, & redarguit *Giurbam deciſ. 11.* contrarium volentem ex *§. qua ratione, verſ. igitur, inſtit. de vulgar.* ibi: *Tanquam ſi ipſe filius*, ob dictionem, *tanquam*, improprietatis notam per *gloſ. in cap. ſolitæ, verb. tanquam*, & ibi *Felin. de major. & obed. Tuſc. lit. D. concluſ. 481. num. 1.* At *Barbatus* reſpondet, dictionem illam non eſſe improprietatis, ſed veritatis expreſſivam, ut in *l. 1. C. de de hæred. inſtitut.* quantum diceret, *ac ſi*, cujus natura facere relationem cum omnibus qualitatibus, & conditionibus. Beneverum *Giurb. obſ. 72. à num. 18.* adverſus *Barbatum* nominatim ſe defendit.

8 Arguitur è contrariò. Nomine alterius aliquid faciens non poteſt pluſquam ille, cujus nomine facit, *l. Minor in fin. ff. de procur.* Sed pupillus non poteſt præterire matrem, ſi ipſe teſtetur, & tamen pater poteſt excludere matrem etiam à legitima, *cap. ſi pater de teſtam. in 6.* Ergo pater ſubſtituendo non repræſentat filium, & per conſequens non teſtatur filius, ſed eſt teſtator pater, ità arguit in *l. Papinianus, n. 2. ff. de inoff. teſtam.*

9 Inſuper ſubſtitutio pupillaris dicitur pars, & ſequela paterni teſtamenti inſtar codicillorum, ità habetur ex *l. 11. ff. quemadm. teſtam. aper.* ibi: *Sicut codicilli pars intelliguntur teſtamenti, ità ſecundæ tabulæ principalium tabularum partem obtinere videntur*, idem habetur in *l. qui plures, §. ult. ff. de vulgar.* ibi: *Sed plerique in diverſa ſunt opinione, quia & pupillares tabulæ pars ſunt prioris teſtamenti, quo jure utimur*; ità etiam *Napodan. in Conſuetud. Si filiusfamilias, num. 7.*

10 Argumentum quoque ſubminiſtrat, *l. 3. ff. de vulg.* ubi Ulpianus ait: *Conſtat enim unum eſſe teſtamentum, licet ſint duæ hæreditates, uſque adeò ut quos quis ſibi fecit, neceſſarios eidem filio etiam faciat, & poſthumum ſuum filio impuberi poſſit quis ſubſtituere.* Idem ſcriptum eſt in *l. Sed ſi plures, §. Quod poſſum eod. tit.* Quod equidem fieri non poſſet, ſi pupillaris ſubſtitutio eſſet diverſum teſtamentum ab illo patris, ità argumentatur Ugo *Donell. lib. 6. comment. cap. 27.*

11 Geminam, bifrontemque naturam gerere pupillarem ſubſtitutionem, ait *Gloſſ. in d. l. Papinianus, §. Sed neque impuberis*, ibi: *Quaſi revoluto mantello ea pupillaris ſubſtitutio modo patris teſtamentum, modo filii intelligitur, quaſi geminam, bifrontemque naturam gerat, quo magis ſubſtitutio pupillaris conſervetur, tantus eſt favor ipſius.*

12 Mediam ſententiam alii tenent, ut ſubſtitutio pupillaris tunc dicatur teſtamentum patris, cum militat favor pupilli, ubi agitur de ſubſtinenda pupillari ſubſtitutione, cum alias ſubſtineri non poteſt, ità *Bald. in l. 1. num. 1. C. de teſtam. milit. Bellon. de jur. accreſc. cap. 9. 37. num. 6. & 46.* Undè quod patri ex privilegio tribuitur in ſuis bonis, permittitur etiam in bonis filii, *l. In fraudem, §. Miles, ff. de milit. teſtam. Cephal. in l. Centurio, num. 34. ff. de vulgar.*

13 Conducit articulus in ſpecie *Conſuetud. Neap. ſi aliquis moriens, & Conſuetud. filius fam.* quibus permittitur filio teſtari de bonis maternis pro medietate, & altera medietas debetur proximioribus matris. Si contingat, quod filius ſit impubes, & teſtari non poſſit, an pater valeat per pupillarem ſubſtitutionem excludere proximiores matris? *Napod. in d. Conſuetud. filiusfamilias num. 7.* arguendo pro utraque parte, an unus ſit teſtator, ſcilicet pater, vel duo teſtatores, quia duæ hæreditates, & bona materna ſubſtitutus à pupillo capiat. Demum concludit juxtà humaniorem ſententiam, ut proximiores admittantur ad medietatem, de qua non poterat diſponere filius, & illam medietatem liberam habeat ſubſtitutus, de qua poterat diſponere filius, & deciſum teſtatur *Afflict. deciſ. 310.* & amplexatus eſt *Præſ. de Franchis deciſ. 195.* in cauſa ſibi compromiſſa.

Digitized by Google

Procedit, ſi bona ſint antiqua, nam in bonis à ſe ipſo quæſitis pater per ſubſtitutionem pupillarem excludit proximiores, dum Conſuetudo loquitur, ubi diſponitur de bonis antiquis, *Reg. de Marin. reſolut. 129. lib. 2. num. 2. Montan. controv. 68. num. 7.* & hoc caſu pater cenſetur teſtator.

Sed video ſe involuere *Montanum* in hac re, quia primo loco tenet ſubſtitutum pupillarem excludere proximiores, & matrem in bonis à patre obventis, poſteà proſequitur his verbis: *In bonis à patre obventis filio, cui ſubſtituit, excluditur mater alia ratione, de qua ſupra, ſed obſtat huic Conſuetudini, quod dum Napodan. in d. gloſſ. poſſunt poſt relata argumenta prædicta, & declarationem ad d. cap. Si pater reſpectu legitimæ matri debitæ in bonis pupillo obventis aliundè, quam à patre, qui ſubſtituit: dicit in fine. Sed præmiſſis non obſtantibus humanior videtur eſſe ſententia, ut proximiores prædicti admittantur ad medietatem tantùm, tanquam ſi ipſe filius ſibi hæredem inſtituiſſet: ergo proximiores hi admittentur ad medietatem omnium bonorum pupillo obventorum ſivè à patre, qui ſubſtituit, ſivè ab aliis agnatis, & cognatis, & ſic concordat gloſſ. cum alia gloſſ. in Conſuetud. Si aliquis moriens, in verb. medietatem, verſ. Quæro ergo, dum dicit ſubſtitutum pupillariter non excludere agnatos, & cognatos, niſi quoad medietatem, de qua poſſent diſponere, ſi eſſent majores, & teſtarentur.*

Pro ſequela, & conſequentia *Montani* poteſt formari inſtantia, nam poſito, quod pater ſubſtituat in bonis à ſe ipſo acquiſitis, de quibus liberam habet diſpoſitionem, tunc hujuſcemodi bona ex ſucceſſione patris obventa filio reſpectu filii dicuntur bona antiqua, de quibus filius non poteſt teſtari, niſi uſque ad medietatem, & altera medietas ſpectabit ad proximiores ex parte patris, ſed juxtà *Napodan. & Gloſſ. ubi ſupra,* per ſubſtitutionem pupillarem non excluduntur proximiores, nam habetur, ac ſi ipſe filius teſtaretur; ergo ſuccederent proximiores tàm in bonis antiquis, quàm ab ipſo patre acquiſitis.

Quidquid tamen ſcribat *Montan.* teneo per ſubſtitutum pupillarem excludi proximiores in bonis à patre ipſo acquiſitis, de quibus habebat liberam diſpoſitionem, quem caſum indubitabilem eſſe ait *Reg. de Marin. d. n. 2.* & noviſſime tenet *Dom. Panſut. in controv. 5.* beneverum hanc varietatem *Montan.* non indicat.

In materia conſuetudinis in bonis antiquis proximiores non excludi per ſubſtitutum pupillarem à portione conſuetudinaria, quę dicitur legitima conſuetudinaria, nihilominùs excludi matrem, quaſi jus matris debilius ſit, & in aſſignando rationem hujus diſcriminis ſe torquent Conſuetudiniſtæ, ut *Montan. d. num. 8.*

14 Subintrat cæterum difficultas, quando concurrunt mater, & proximiores, nam proximiores cum non poſſint excludi per pupillarem ſubſtitutionem à medietate bonorum antiquorum, & ideò poſſent evertere pupillarem, qua everſa reducitur res ad cauſam inteſtati, & cum ſumus ab inteſtato, mater omnes excludit proximiores. Undè ſequitur, quod integra medietas matri debeatur, ut pulchrè *Reg. de Marin. d. reſolut. 129. per totam,* præſertìm *num. 12.* & ſcripſi *in tract. de linea art. 3. num. 39.* dum licet conſuetudo locum habeat in ſucceſſione ab inteſtato, ut ſcilicèt matre exiſtente in medio, tunc ceſſat conſuetudo, & ſuccedat mater, quamvis per ſubſtitutionem pupillarem ſimus in cauſa teſtamenti, veruntamen proximiores evertendo ſubſtitutionem, res redigitur ad cauſam inteſtati.

Potior difficultas eſt quando pater, qui ſubſtituit pupillariter in bonis antiquis ſit Clericus, qui non ligatur diſpoſitione conſuetudinum, nec activè, nec paſſivè, utrum excludantur proximiores, ac ſi pater teſtaretur. Humaniorem putò ſententiam juxtà *Napodanum* proximiores non excludi à medietate bonorum antiquorum, prout non potuiſſet excludi à filio laico teſtante, ſi major ætate fuiſſet, latè *lib. 2. de linea art. 75.*

15 Acerrima difficultas eſt, an hodiè ſubſtitutio pupillaris poſſit fieri in feudis etiam titulatis ad beneficium maſculi de familia, ſtante gratia concedente facultatem excludendi fœminam præcedentem maſculum ipſum, & diſponendi ad favorem illius maſculi de familia, ut per *Pragm. 33. de feudis.* Caſus evenit in teſtamento Illuſtris Ducis Andriæ D. Fabritii Carrafà, qui inſtituit ejus filium infantem D. Carolum Comitem Ruborum in omnibus ejus bonis burgenſaticis, & feudalibus etiam titulatis, diſponens deinde: *Che morendo, quod abſit, detto Conte mio figlio in pupillari ætate quandocumq; ſenza figli in detti miei beni così burgenſatici, come feudali, ſucceda, e debbia ſuccedere il Sig. D. Ettore Carrafa mio cariſſimo Zio, tanto maggiormente, che la Sig. D. Emilia Carrafa Ducheſſa di Madaluni mia ſorella nelli ſuoi capitoli matrimoniali hà promeſſa di renunciare.*

Pro D. Æmilia ediſſerebatur, gratiam intelligendam de prima diſpoſitione, & de feudatario, cui non maſculus, ſeu fœmina immediatè ſuccederet tempore diſpoſitionis, & conceſſum feudatariis, ut de feudis ſuis diſponant, ex verbis: *Che di loro feudi, e ſtati poſſano tàm inter vivos, quàm in actu ultimæ voluntatis diſponere.* Et paulò inferiùs

in

Digitized by Google

in beneficio di quel maſcolo delle loro famiglie, quale nel tempo della diſpoſizione ſuccederia. Unde attributum ex feudatariis, ut ſibi ipſis eligunt ſucceſſores, non hæredi pupillo, neque de bonis illius, ità *Montan. de Regal. §. fin. num.* 7. ubi tradit non poſſe feudatarium ex gratia inſtituere maſculum proximiorem, omiſſa fœmina, quæ illum præcedebat, & eidem maſculo ſubſtituere alium maſculum, quia gratia, inquit, reſtricta eſt ad diſpoſitionem in proximè ſucceſſurum maſculum.

Propenſius dum aſſenſus ſuper dicta facultate diſponendi, non intelligitur de ſubſtitutione, ut eſt ſollemnis *deciſ.* 153. *Præſ. de Franch.* quam ſequuntur *Dom. Præſ. Merlin. controv.* 9. *lib.* 2. *Staiban. reſol.* 61. & alii, quos *Ego in obſerv.* 153. *de Franch.* Hinc nec in ſubſtitutione vulgari, quæ eſt directa ſubſtitutio, prout pupillaris, locum habeat dicta gratia, ut *Reg. de Marin. lib.* 1 *reſol.* 126. *n.* 76. & deciſum refert in *reſol.* 219. *num.* 4. *lib.* 2. Quidquid tentaverit *Reg. Latr. conſult.* 76.

Rurſus, quia ſi feudatarius vigore gratiæ non poteſt ſubſtituere jure proprio, ergo neque uti pater jure patrio pro pupillo, cum ſubſtitutio pupillaris ſit teſtamentum patris, præſertim quia ſubſtitutio pupillaris eſt diſpoſitio exorbitans à regulis communibus, ut *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 25. *num.* 5. & 6. ubi quod pupillaris ſubſtitutio eſt pars, & ſequela teſtamenti paterni.

Omnem hinc indè Domini præſtantiſſimi Advocati moverunt lapidem, & eorum motiva, & fundamenta, *Ego* collegi *in tract. de lineg. artic.* 6. *à n.* 46. *per totum*, undè ne traſcribam de papyro in papyrum, ibi traditis me remitto, & res fauſtum exitum habuit pro D. Hectore, qui mediante decreto præambuli M. C. per S. C. junctis Aulis confirmato poſſeſſionem ſtatus habuit rejectis nullitatibus adverſus decretum propoſitis. Decretum præambuli interpoſitum fuit die 2. Decembris 1672. Decretum autem confirmationis, & rejectionis nullitatum die 13. Novembris 1673.

ARGUMENTUM.

Teſtator civis Neapolitanus, an repræſentet duos teſtatores, unum in medietate libera bonorum antiquorum, alterum in portione conſuetudinaria in bonis antiquis inſtar militis. Nova dubitatio an Neapolitanus reſpectu portionis Conſuetudinariæ etiam ſi teſtetur ad beneficium proximioris decedat inteſtatus? & quid ſi renunciaſſet, & renunciatarius inſtituerit renunciantem? Expenduntur *Conſil. Roccus Dom. Reg. de Marin.* & *alii*. Onera hæreditaria qualiter dividantur inter hæredem extraneum, & proximiores? Expenduntur *Præſ. de Franch. deciſ.* 280. & recens S.C. deciſio.

SUMMARIUM.

1 *Neapolitano in medietate bonorum antiquorum ſuccedunt proximiores de linea, à qua bona obvenerunt, & attenditur linea, non gradus.*
2 *Neapolitanus inſtar militis decedit cum diſtincto patrimonio.*
3 *An decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus?*
4 *Neapolitanus an ſemper decedat inteſtabilis quoad portionem Conſuetudinariam, etiam ſi inſtituat proximiorem de linea?*
5 *Pro inteſtabilitate expenduntur* Dom. Reg. de Marin. & Conſ. Roccus.
6 *Quid ſi proximior renunciaſſet, & deindè inſtitueretur, an in fraudem conjunctorum valeret inſtitutio?*
7 *Adverſus renunciantem recenſentur* Authores, *& exempla.*
8 *Pro renunciante hærede inſtituto reſolvitur.*
9 *Inſtitutio in perſonam renunciantis quando ſit in fraudem, & non valeat.*
10 *Quid ſi revocaretur teſtamentum conditum in favorem renunciantis?*
11 *Debita hæreditaria per ultimum morientem contracta, an ſpectent etiam ad proximiorem pro ſua rata?*
12 *Refertur deciſio recens contra proximiorem.*
13 *Opinio* Authoris.

CAP. V.

1 Conſuetudo Neapolis diſtinguit conjunctos à conjunctis in ſucceſſione, vocat enim conjunctos ex parte patris ad bona paterna, & obventa ex linea patris, & etiam ad bona quæſita per defunctum; proximiores verò ex parte matris vocat ad bona materna, & obventa defuncto ex linea materna, ex qua diſtinctione bonorum conjunctus ex latere matris, licet remotioris gradus præfertur in bonis maternis conjuncto ex latere patris, licet proximioris gradus, *gloſ.* 1. *in conſuetud. ſi quis, vel*

Digitized by Google

vel ſi qua, verſ. ſed quæro, quæ prærogativa eſt potentior, n.191. Montan. in controv. 1. n. 31. dixi *in tractatu de linea art. 3. num.* 8. Idque procedit in ſucceſſione ab inteſtato. In ſucceſſione autem ex teſtamento poteſt teſtator diſponere de bonis antiquis de medietate, in altera verò medietate eſt inteſtabilis, & ſuccedunt proximiores juxtà præfatam diſtinctionem bonorum ſervata prærogativę lineæ, à qua bona venerunt, & de bonis à ſe acquiſitis poteſt Civis liberè teſtari.

2 Secundum præfatam diſtinctionem bonorum teſtator decedit cum duplici hærede, uno in bonis liberis, alio in bonis virtute conſuetudinis proximioribus debitis, & ob diſtinctionem patrimoniorum duas repræſentat perſonas inſtar militis, ſi enim præterierit proximiores, tunc valebit teſtamentum quo ad bona libera, & quo ad medietatem bonorum antiquorum decedet inteſtatus, & ſic pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ità *Napodan. in conſuetud. & ſi teſtator, num.* 26. & 27. ibi: *Et ſic nota, quod talis teſtator poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus virtute hujus conſuetudinis, ſic etiam miles virtute legis, ff. de vulg. & pupillari, l. ſi pluris, §. ad ſubſtitutum.*

3 Benè verum eſt, quod *Scipio Bucinus in commento ad d. conſuetudinem ſi teſtator, lit.C.* argumentatur in contrarium, quod impoſſibile ſit, quod in illa medietate ſuccedatur ab inteſtato, dum ſtante teſtamento ceſſat cauſa inteſtati. Nihilominùs concludit, durum eſſe contra ſtimulum calcitrare, & tenere contra *Napodanum*, dicens, quod inteſtatus decedat reſpectu medietatis, licet quo ad alia decedat teſtatus, ut idem eſt vigore ſtatuti, nam poteſt quis decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, nam pro rebus ſitis in territorio ſtatuti decedit inteſtatus, in aliis extra territorium ſervabitur teſtamentum, juxtà *Bald. conſil. 245. lib. 1. dub.* 3. & quod Civis Neapolis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, latè probavi in *tract. de linea art. 3. n.*40. & repugnantia tollitur ob reduplicationem perſonæ, ut in milite, juxtà *Napodan.*

4 Noviter contingit dubitari, an quoad medietatem proximioribus debitam, quis ſemper decedere dicatur inteſtatus, quod inſtituerit proximiores ſervata forma conſuetudinis? Ratio dubitandi eſt, quia Neapolitanus eſt inteſtabilis, quoad portionem conſuetudinariam, valet enim argumentum à negatione potentiæ ad actum, ſcilicet, ſi non poteſt teſtari, ergo decedit inteſtatus, & propoſitio illa, qua dicitur inteſtabilis Neapolitanus, expreſsè firmatur per *Caput. ſuper conſuetud. fol. 22. num.* 24. ibi: *Ità ut quemadmodum mulier reſpectu filiorum, ità pater, vel proximus reſpectu filiorum; vel agnatorum habere dici poſſe manus ligatas, & os clauſum, & arbitrium refrenatum in ſola quantitate inter ſe differentes, ut mulier de novem partibus, maſculus, & alii pro medietate arctentur in diſpoſitione.*

5 Conveniunt tradita per *Reg. de Marin. lib. 2. reſol. 129. num.* 8. ibi: *Secunda concluſio eſt Neapolitanum cum bonis antiquis decedentem condito teſtamento non poſſe cenſeri teſtatum deceſſiſſe, niſi in medietate tantùm dictorum bonorum, ex quo reliquo inteſtatus decedere dicitur ſivè ſuperſint filii, ſivè agnati, qui in medietate ab inteſtato ſuccedere dicuntur.*

Conferunt etiam tradita per *Conſ. Rocc. reſp. 71. num.* 21. de reſervante ſibi ſucceſſionem alicujus ab inteſtato tantùm, ut iſte admittatur adhuc ad medietatem iſtam, licet defunctus condiderit teſtamentum, ibi: *Agimus etiam de cauſa inteſtati, quia reſpectu medietatis bonorum antiquorum, inteſtatus mortuus fuit Marcellus.*

6 Si vera eſſet ſupradicta opinio, ſuboritur difficultas, quando proximior renunciaſſet portioni conſuetudinariæ, & non obſtante renunciatione inſtitutus fuiſſet à renunciatario, utrum valida fuerit inſtitutio in præjudicium aliorum proximorum, quibus per renunciationem, & per abdicationem ſe de medio renunciantis defertur vigore conſuetudinis medietas conſuetudinaria? Adverſus renunciantem arguitur, quia dum Neapolitanus ſemper decedit inteſtatus etiam condito teſtamento, ergo ſi deceſſit inteſtatus renunciatarius, per conſequens excluditur renuncians, & ſuccedit conjunctus ſucceſſor in gradu poſt eum.

Facit, quod cum per renunciationem aperta ſit ſucceſſio in medietate conſuetudinaria ſucceſſori in gradu, non poterit tolli jus quæſitum per renunciationem ex inſtitutione.

7 Controverſia eſt in materia conſuetudinum, an poſſit filius inſtituere hæderes deſcendentes, qui renunciaverunt ipſius ſucceſſioni, & fraudare proximiores conjunctos? Pro conjunctis, ut in eorum fraudem diſpoſitio vires non habeat, videntur tenere relati per *Capyc. deciſ. 210. in fine, Reg. de Pont. conſil. 61. n. 73. Ann. conſil. 2. n.* 16. *Reg. Galeot. ad Camill. de Medic. conſil. 11. num.* 29. *Piſanellus in Conſuetut. ſi quis, vel ſi qua, ſub lit. B.* ibi: *Et prædicta ſanè intelligas, niſi matrimonium eſſes contractum,* alla nova manera, *quia tunc nec ab inteſtato, nec ex teſtamento conſideratur pater, vel mater, ità quod teſtando non poſſet fraudare conjunctos, prout poſſet, quando ceſſaret novus uſus, & ità me exiſtente Advocato fuit declaratum per S. C. in teſtamento Jo: Antonii de Jannario inſtituta D. Joannella*

Ort-

Orilia avia paterna, quæ erat maritata ſecundum novum uſum, de quo in deciſ.Capye. 210.

8 Sub Judice nunc eſt præſens articulus inter ſororem, quæ renunciavit hæredem inſtitutam à fratre, & inter remotiorem in gradu conjunctam, cui poſt ſororem defertur medietàs, & pro ſorore ſtat *Stefanus de Gaet.ad Conſuetud.filiusfam.in ſua apoſtilla incip.licet ergo num.36. lit. A.* cujus verba ſunt hæc: *Licet ergò hodie Neapolitanus ſoleat apponere pactum in Inſtrumento dotali, quod ſi filius naſcetur, & quandocumque ab inteſtato decederet, quod revertatur ad dotantem, nec pater ei ſuccedat, tamen bonum conſilium eſt, quod dum filius efficitur pubes, pater faciat ipſum teſtari, & ſe hæredem inſtitui in bis bonis maternis, quia per hoc ſuccedet ipſe pater, & ceſſabit diſpoſitio pacti prædicti*. Et ità judicatum tradit *in ſequent. Apoſtill.* ſub die 24. Decembris 1545. in cauſa inter Hieronymum, & Ferdinandum ejus privignum, Actuario Balſamo, quę deciſio apparet *in dec.38.Minad.ante num. 5. verſ.fuit deciſum,* ubi inſtituto patre, dicit deciſum in beneficium patris, & deciſionis meminit, *Minad. in Conſtit.Regni in alia quibus, num.*108. & uti rem indubitatam, vult *Præſ.de Franch. deciſ.452. n. 3. & 22.* & noviſſimè abundanter *D.Panſut.in controv.19.n.17.& per tot.* quia renunciatione per renunciantem facta, non ſe coarctat renunciatarius, quin liberè poſſit teſtari, *Alex.conſil.122.Cavaler.deciſ.256. & l.off.de adim.legat.*

9 Opinio contraria procederet, quando renuncians inſtitutus gravaretur ſuper portione conſuetudinaria, nam cenſeretur facta inſtitutio in fraudem conjunctorum, & per renunciationem, & inſtitutionem hujuſmodi daretur modus in fraudem conſuetudinis, & proximiorum in ultima voluntate diſponendi, & inſtitutio non eſt cum effectu, & ità intelligenda deciſio relata per *Piſanellum*, juxtà *Minad.deciſ.* 38. & colligitur ex *Capye.deciſ.*210.ità *Panſut.num.*35.

10 Teſtamentum ad favorem renunciantis conditum, ſi deinde revocatur, non ſuccedit renuncians, ſed rumpitur, & ſuccedent proximiores, quibus poſt renunciantem defertur medietas Conſuetudinaria, ità *Præſ.de Franch.dec.*552.

Renunciatio pariter non extenditur ad ſucceſſionem per contractum, ut per donationem inter vivos, *Afflict.dec.350.in princ.* ubi ſic determinatum per S. C. tradit, nimirum, ut ſi filia, dote accepta, renunciaſſet ſucceſſioni ex teſtamento, & ab inteſtato, illius renunciatio non extenderetur ad actũ ſucceſſionis inter vivos, ex *reg. tex. in cap. cum inter de renunc.*

11 Ob diſtinctionem patrimonii ratione Conſuetudinis prædictæ, modo quæritur, an debita ab ultimo moriente contracta ſint deducenda ex medietate libera, de qua Neapolitanus poterat diſponere, vel de toto patrimonio, dum Conſuetudo prohibet diſpoſitionem per ultimam voluntatem, & non per actum inter vivos?

Diſtinguendum eſt, aut debita ſunt contracta à primo acquiſitore bonorum, & tunc indiſtinctè deducuntur ex omnibus bonis antiquis, & de eo, quod ſupereſt datur agnatis medietas, *Capye.dec.*191.

Aut onera ſunt contracta ab ultimo moriente, ex tunc ſubdiſtinguitur, aut ultimus moriens vendidit annuos introitus ſuper bonis antiquis, & generaliter, ſuper aliis, ut moris eſt, licet cum pactu de retrovendendo, promiſſione ſolutionis in pecunia, & deducenda eſt ex toto patrimonio, quia ſicut in vita poterit alienare, ità & totum patrimonium afficere, & obligare, ut probat, & deciſum in S. C. teſtatur *Præſ. de Franch.dec.*280.

Aut debita ſunt alio modo contracta, & deducenda erunt de medietate, de qua poterat deponere, & in ſubſidium deducenda ex bonis antiquis, ità *Molſeſ. in Conſuetud. Neap. par.1. quæſt. 2. num. 45. Reg. de Marin. lib.2.reſolut.236.n.5.Amat.conſil.43.in fin. & conſil.47.num.11.& conſil.74.num.47.Montan. controv. 1. num. 68. ego in obſerv.280.de Franch.& obſervat.607.num.13.*

Ducitur *Montan.* ex eo, quod Conſuetudo ad literam tangit qualitatem bonorum, prout obvenerunt morienti, ità ea pervenire debeant ad proximiores, ex *Conſuet. & ſi teſtator, verb.obvenientibus*, quod habet relationem ad bona obventa ab agnatis.

E' contrariò adducitur, quod Neapolitanus habet liberam in vita poteſtatem diſponendi per actum inter vivos, igitur deducenda eſſe ex toto patrimonio, quia alias non haberet liberam facultatem, ità *Napod.ſuper dicta Conſuet.verb.diſponere.*

12 Argumentum ſtrictius eſt, quia ſi portio conſuetudinaria eſſet legitima de jure naturæ filiis debita, non prohibetur pater alienare, & æs alienum contrahere, ſed ſolum de eo, quod ſupereſt deducto ære alieno tempore mortis illa debetur, *l.non uſque adeò, ff.ſi quis à patrono fuer.manum.l.1. ff.ſi quid in fraud. patron.* Et ità annis elapſis judicatum per S. C. in favorem Vener. Monaſterium Sancti Auguſtini de Neap. hæredis Rocchi Baſilii, ut dixi in *tract. de linea legal. lib. 2. art. 77.* Licet *Præſ.de Franch. d. dec.*258. indeciſum reliquerit articulum.

13 Cæterum ego contrarium ſemper teneo ex eo, quod filius gravatus fideicommiſſo univerſali, ſi habuerit licentiam diſponendi de

Digitized by Google

de medietate hæreditatis, in caſu quo alienaverit, tunc imputare tenetur alienationem in legitimam, & non in medietatem, de qua habebat licentiam diſponendi, *Ripa in l.in quartum, num.108. ad l. falcid. Peregr. de fideicomm.art. 39. n. 11. Ludoviſ. deciſ. 65. Merlin.de legit.lib.2.tit.2.q.5.*

ARGUMENTUM.

Hæres ſimplex per ſeparationem bonorum petitam per creditores defuncti eſt diverſa perſona à defuncto. Recenſentur ſeparationis bonorum effectus, ac etiam inventarii. Hæres gravatus quo ad fideicommiſſarium univerſalem qualiter ſubſtineat duas perſonas, ne confundantur ſuæ actiones; Compenſatio de debito hæreditatis, an opponantur contra hæredem proprio nomine creditorem? declarantur *Gratianus*, & *Gaitus*. Mala fides defuncti quando impediat præſcriptionem in hærede, & identificetur, vel diverſus ſit hæres à defuncto dilucidatur.

SUMMARIUM.

1 *Creditores defuncti per ſeparationem bonorum diverſam reddunt perſonam hæredis & vincunt creditores ejuſdem.*

2 *Inventarium reduplicat perſonam hæredis ad effectum impediendi extinctionem actionum.*

3 *Separatio an poſſit peti per creditores defuncti?*

4 *Separatione petita an creditores defuncti poſſint moleſtare hæredem.*

5 *Aditio an annulletur per ſeparationem.*

6 *Hypotheca pro creditoribus defuncti habet virtutem ſeparationis.*

7 *In feudalibus an habeat locum ſeparatio.*

8 *Hæres gravatus quo ad fideicommiſſarium univerſalem ſubſtinet duas perſonas, ne confundantur ſuæ actiones.*

9 *Compenſatio non appponitur contra hæredem proprio nomine creditorem de debito hæreditatis.*

10 *Declarantur* Gratianus, Gaitus, & alii *reſpectu hæredis ſimplicis.*

11 *Hæres an poſſit ratione ſui tituli præſcribere, non obſtante mala fide defuncti.*

CAP. VI.

1 Adita hæreditate bona defuncti, & hæredis efficiuntur unum patrimonium ipſius hæredis, *l. debitor, C. de pact.*, & ideò creditores defuncti, & hæredis conſiderantur ſine diſtinctione; & quamvis hęres, & defunctus ſint plures materialiter; tamen unica perſona formaliter cenſetur, undè confuſis, & commixtis bonis, quia deſinit eſſe hæreditas, & hęc efficitur patrimonium hæredis, qui adivit; Tamen in concurſu creditorum defuncti, etiam chirographariorum, & in ſola actione perſonali, & creditorum hæredis hypothecariorum, & anteriorum, & privilegiatorum, creditores defuncti vincunt illos hæredis per beneficium ſeparationis bonorum, per quod hæres fingitur, ac ſi hæreditatem non adiviſſet, & habetur, ac ſi bona ipſi hæredi acquiſita non eſſent, neque effecta de ejus dominio, *l.debitor, verſ. non adita, ff.de ſeparat.* & per conſequens repræſentat duas perſonas, *l. 1. §. ſciendum, ff. de ſeparat.bonorum, Præſ.de Franch.deciſ.246. Salgad.in labyr.credit.part.1.cap. 9. Card. de Luca lib.de credit.diſcurſ.27.n.2.*

Unus etiam poteſt eſſe hæres plurium, putà quatuor, aut quinque perſonarum, & licet materialiter ſit unus, tamen in eademmet perſona materiali per ſeparationem dabitur plurium perſonarum formalitas, & intrabit diſtinctio creditorum, ut creditores unius hæreditatis, etiam in actione perſonali, & ex cauſa lucrativa vincant hypothecarios hæredis etiam anteriores, neque teneantur iſtos recipere in concurſu.

In Pagano etenim licet non detur duplex patrimonium, neque licet duplicem diverſum hæredem inſolidum habere, ut *Merlin. de pign.lib.4. q.13. Salgad. cap.9. q.1.* nihilominus creditores defuncti per impetrationem beneficii ſeparationis duplex patrimonium conſtituunt, *Salyc.l.1.num. 2. ff. de bonis auth.Judic.poſſid.*

2 Separatio bonorum operatur idem, quod inventarium, *Surd. deciſ. 310. n. 2. Præſ. de Franch.ubi ſupra in fine*, & ſicut confectio inventarii operatur in perſona hæredis, ut fungatur vice duarum perſonarum, ut *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.7.gl.2.part.8.num.49.* Hæres enim beneficiatus reputatur homo omnimodò diverſus, ac potius tamquam adminiſtrator hæreditatis, quam verus hæres; adeò ut non ſolum ceſſat actionum confuſio, ſed intrent actio, & paſſio, ita *Cardin.de Luca diſcurſ. 34.num.7.* ita etiam erit per ſeparationem.

Turbat materiam ſeparationis, *tex.in d.l.1.§.ſciendum*, ubi negari videtur ſepara-

tio

tio tamquam impoſſibilis, ibi: *Confuſis enim bonis, & mixtis. Separatio impetrari non poterit*. At reſponderunt, quod illa ſeparatio eſt impoſſibilis juxtà *text.* quando triticum hæreditatis commixtum eſt cum rritico hæredis, ut explicat *gl.* ibi, & *Theſaur. q.foren.55.lib.3.n.7.Salgad.part.cap.9.n.22.*

3 Separatio an poſſit quandocumque peti per creditores defuncti? Et ex *text.in d.l.1.§. quod autem, ff.de ſeparat.* habetur non poſſe niſi intra quinquennium. Et quamvis *Theſaurus, & Salgad. num. 45.* intelligant *text.* reſpectu hæredis, & non creditorum. Hanc opinionem ego refello in *obſervat. 246. Praeſ. de Franch. num. 5.* nam hæres tenetur conficere inventarium infra tres menſes, quibus elapſis nullum habet beneficium ſeparationis, ſed ſolùm modo creditores.

4 Difficultas eſt, quando ſeparatio petita fuit per creditores defuncti, & deindè hæreditas non fuit reperta ſufficiens, an poſſint creditores ipſi redire ad bona hæredis, dum iſtis ſemel ſeparatis non poteſt amplius variari, & negat *Capon. de pact. n. 18. ex d. §. triendum, & l.creditores, ff.eodem.*

5 Benè verum eſt, quod per ſeparationem non annullatur aditio facta per hæredem, ſed facta diſcuſſione bonorum, & ſatisfactis creditoribus defuncti in eo, quod remanet, ſatisfiunt creditores hæredis, *d.l.1. §.Sciendum*, & proindè ſeparationis effectus non eſt perpetuus, ſed temporalis, nam finita diſcuſſione, iterum bona commiſcentur, & unicum remanet patrimonium, *l.ſed ſi plures, §. filio, ff. de vulg.* ſed quia bona venduntur, quaſi defuncti, & non hæredis, ideò dicit *gloſa*, quod hæreditas habetur pro non adita, juxtà *text. in l.debitor, verſ. non adita, & in l. quoties, ff. eodem*, & declarat *Angel. in l. ſi creditores, ff. eodem, Amicangel. quæſt. feud. 18. num. 75.* Obſcurè tamen loquitur *Amicangel. d. num. 76.* illis verbis: *E' contrà ſatisfactis creditoribus hæredis, id quod remanet, tribuitur creditoribus defuncti, l. debitor, ubi Angel. ff. eodem. Obſcurè inquam loquitur, dum prius ſolvi debet creditoribus defuncti de bonis illius, & de eo, quod remanet creditoribus hæredis.*

6 Creditores defuncti, ſi habent hypothecam, non egent auxilio ſeparationis, nam hypotheca habet eundem effectum, *Merlin. de pign. lib. 4. quæſt. 35. num. 9.* & dixi in *obſervat.246.*

7 In feudalibus an habeat locum ſeparatio bonorum? pluries deciſum fuit, quod non, ſcilicèt, quod creditor hæredis cum aſſenſu ſit præferendus creditoribus defuncti abſque aſſenſu, quia in feudis non habet locum titulus de ſeparatione bonorum, *Ann. allegat. 30. Lodovr. allegat. 83. Reg. Latr. deciſ. 34. num. 7.* licet *Amicangel. cum aliis* repugnat pro creditoribus defuncti.

8 Hæres gravatus etiam non confecto inventario reputatur adminiſtrator potius, quam verus hæres in ordine ad fideicommiſſarium univerſalem tantùm ſequuto caſu reſtitutionis hæreditatis, & reſolutionis tituli hæreditarti remanent ſalvæ actiones, ſeu excitantur, & omnia redeunt ad ſuum initium ob cauſam redactam ad non cauſam, & non eſt admittenda aliqua imaginaria ſolutio, quæ apta ſit operari effectum hypothecæ extinctiuum, quoties hæreditas, ejuſque bona ſunt penès hæredes irrevocabiliter, *Affiict. deciſ. 237. Reg. de Pont. conſ. 143. Card. de Luca de credit. diſcurſ. 36. n. 22.* ubi quod aliter reſpectu creditorum, vel legatorum, aut fideicommiſſorum particularium.

9 Verum eſt, quod ſimplex hæres identificatur cum perſona defuncti, atque unum patrimonium cum altero omninò confunditur, ac efficitur unum, & idem. Secus ſi non ſit hæres irrevocabilis, ſed reſtitutionis onere gravatus, vel hæres beneficiatus, ità *Card. de Luca d. diſcurſ. 36. à num. 22. uſque ad 25.*

10 Creditor nomine proprio, & debitor nomine hæreditatis, ſi petat ſuum creditum non poteſt ſibi opponi compenſatio, ità *Graſſ. de except.c.16. Gratian. diſcept. 148. Gait. de credit. cap. 4. q. 7. num. 359.* ibi: *Velim tamen prædicta intelligas, dummodò compenſationem petens, aut ille contra quem opponitur compenſatio non repræſentat duas perſonas, veluti ſi fuerit creditor nomine proprio, & debitor nomine hæreditatis, vel ſocietatis.*

Intelligentiæ allatæ per *Gaitum* addenda eſt altera intelligentia, ut creditum proprium non ſit compenſandum cum debito hæreditario, quando agitur cum hærede cum beneficio legis, & inventarii, quia iſte repræſentat duas perſonas. Aliter ſi agatur de hærede ſimplici, tunc ceſſante inventarii beneficio vere efficitur in omnibus una eadem perſona cum defuncto, *Faber C. de compenſat. def. 9. Amat. reſolut. 17. num. 21.*

11 Mala fides defuncti tranſit in hæredem, & impedit præſcriptionem in perſonam hæredis, & ſicut debitor principalis non præſcribit, ità nec hæres, qui tenetur exonerare conſcientiam defuncti, ità ut neque ex perſona propria, & ex ſe ipſo inchoare præſcriptionem, *Gabriel de præſcript. concluſ. 5. Felin. in cap. ſi diligenti de præſcript. num. 6.*

Difficultas eſt in hærede beneficiato, nam is cenſetur adminiſtrator, & per beneficium inventarii eſt duplex perſona formalis,

lis, & in hoc caſu videtur negandum, quia non debet eſſe in lucro, & teneatur ad omnia, ad quæ tenebatur defunctus. Nihilominus, ſi hæres habeat aliquem verum, vel bonæ fidei putativum titulum ex perſona propria independenter à defuncto in hoc caſu cum defunctus, & hæres cenſeantur duæ perſonæ diverſæ, quatenus tamen vires hæreditariæ non ſuppetant hæredem poſſe præſeribere, tradit *Card. de Luca lib. de credit. diſcurſ. 131. n. 27.*

ARGUMENTUM.

Compenſatio an procedat, quando creditum, & debitum non pertinent ad unam, & eandem perſonam tàm materialiter, quàm formaliter, ut ſi poſſeſſor primogenituræ depoſitaverit fructus illius pro multiplico, juxtà præceptum Inſtitutoris, & viceverſa ſit debitor ex proprio debito ejuſdem depoſitarii, an iſto defecto, à creditoribus decocti conventus opponat compenſationem, cum duplex, & diverſa adſit perſona formalis, & de debito proprio cum credito primogenituræ ob mixturam juris tertium videatur neganda compenſatio. Refertur deciſio.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſor primogenituræ deponens fructus illius pro multiplico de ordine teſtatoris, ſi debitor ſit depoſitarii nomine proprio conventus à creditoribus depoſitarii, an opponat compenſationem.*

2 *Compenſatio admittitur ex æquitate ob inſufficientiam debitoris.*

3 *Compenſatio procedit, ſi debitum, & creditum pertinent ad eandem perſonam materialiter, & formaliter unam ſecus formaliter diverſam.*

4 *Debitum proprium non compenſatur cum debito majoratus.*

5 *Ob diverſitatem perſonarum; & mixturam juris tertii ceſſat compenſatio.*

6 *Animus compenſandi an excludatur, ſi partitæ non ponantur è conſpectu illarum crediti, ſed in computo ſeparato?*

7 *Refertur deciſio.*

CAP. VII.

1 Poſſeſſor primogenituræ Petrus habens onus ab Inſtitutore adjectum inveſtiendi, ac multiplicandi medietatem fructuum, tàm pro multiplico, quàm pro negotiis propriis utebatur Banco cujuſdam Campſoris, cum duplici tamen diſtincto computo, uno ſcilicet proprio, qui vulgò inter negotiatores dicitur, *computus currens*, & altero pro multiplico, ſeù primogenitura præfata, qui dicitur, *computus ſeparatus*, vulgò *conto à parte*. Campſore defecto Franciſcus creditor hypothecarius Campſoris cum ageret contra Petrum poſſeſſorem primogenituræ, tamquam debitorem debitoris pro ea quantitate, in qua nomine proprio in ejus computo currenti remanebat debitor Campſoris. Excipiebat Petrus reus conventus de compenſatione cum eo, in quo erat creditor in altero computo ſeparato primogenituræ.

2 Fundamentum rei conventi erat, quod ex mercatorum uſu, ſeù æquitate, ubi alias creditori non remanet conſultum, admittenda ſit compenſatio, quamvis nulla oppoſitio, vel declaratio accedat, id ſuadente æquitate ob ceſſantem reintegrationem, ſtante inſufficientia debitoris, ut *Rota in deciſ. 183. p. 9. recent. Card. de Luca lib. de credit. diſcurſ. 46. n. 15.*

3 Pro creditore adducitur procedere compenſationem quando debitum, & creditum proveniunt ex diverſa cauſa, ſed pertinent ad eandem perſonam, quæ materialiter, & formaliter ſit unica. Secus autem ubi in eadem perſona materiali intret reduplicatio diverſarum perſonarum formalium pro diverſitate jurium, ſeù reſpectuum, ut in præſenti, dum poſſeſſor primogenituræ materialiter licet ſit unus, & idem, ac etiam commodum utriuſque patrimonii ſit quoque proprium, adeò ut in ſenſu naturali, & de facto ſit una eadem perſona. Nihilominus ex diſpoſitione, ſeù ratione juris pro effectus diverſitate reputatur diverſus homo cum verificatione incompatibilis concurſus actionis, & paſſionis in eodem ſubjecto, dum idem poteſt eſſe ſui ipſius debitor, & creditor, emptor, & venditor, mandans, & mandatarius.

4 Prout ex debito alieno ad creditum proprium, vel è converſo juris regula eſt compenſationem non admitti, *l. in rem ſuam, ff. de compenſat. l. ejus, C. eodem, Ludoviſ. deciſ. 366. n. 2. Merlin. deciſ. 783. num. 3.* 5
Ità dicendum eſt, ubi quamvis creditum, & debitum ſit ejuſdem perſonæ materialis, attamen formaliter eſt duplex, ac diverſa, ut in terminis punctualibus debiti proprii

non

Digitized by Google

non compenſabilis cum credito majoratus ab eodem poſſeſſi, firmant *Valenzuol. conſil. 157. num. 78. Fontanell. deciſ. 465. n. 21. in fine, Salgad. labyr. par. 2. cap. 7. n. 31. & cap. 22. n. 97. cum ſeqq.*

Stringit, quod ſi rerum eventus eſſet in oppoſitum, ut ſcilicèt non defeciſſet Campſor, ſed obiiſſet Petrus reus conventus non ſolvendo debitor Campſoris in debito privato currenti, ſucceſſor autem primogenituræ peteret à Campſore ſummam, in qua ipſa primogenitura in ejus computo ſeparato creditrix erat ex cauſa depoſiti remanentis ad effectum inveſtiendi, & multiplicandi, non potuiſſet ipſe Campſor hujuſmodi compenſationem allegare, ut in ſpecie advertitur per *Valenzuol. Salgad. & alios, ubi ſupra*. Ità in præſenti caſu converſo cum eadem ſit in omnibus ratio.

5 Adeſt enim omnimoda diverſitas perſonarum, & mixtura juris tertii, quoniam perſona majoratus vivens ſub adminiſtratione poſſeſſoris aſſimilatur pupillo viventi ſub Tutore, vel Eccleſiæ viventi ſub Prælato, ideòque eſt diverſitas perſonarum, & primogenitura, prout feudum dicitur homo ſurdus, & mutus, & alia membra impedita habens, qui operatur, & audit, loquitur, & agit per organum poſſeſſoris tanquam ejus miniſtri, & adminiſtratoris, & propterea ſicut creditum pupilli compenſabile non eſt cum credito Tutoris, & è contrà ſic à pari. Quemadmodum debitum proprium non eſt compenſabile cum credito ſociali, ſive de illo unius negotii, vel patrimonii cum altero diverſi negotii, ſeù patrimonii, & è contrà, quamvis utrumque ab eodem homine exerceatur, *Paul. de Caſtr. conſ. 285. num. 3. lib. 1. Gratian. diſcep. 948. Salgad. ubi ſupr. Rota deciſ. 47. num. 11. poſt Merlin. de pign.* ob mixturam enim juris, ſeù intereſſe tertii intereſſati in fideicommiſſo, vel majoratu, aut ſocietate, *Altogr. conſil. 59. num. 29. lib. 1. Ludoviſ. & Gratian. ubi ſupr.*

Punctus conſiſtebat, quia Petrus conventus ſine vinculo inveſtimenti depoſitaverat pecuniam, quare poterat eam liberè levare, & cantabat creditum ad diſpoſitionem ejuſdem deponentis, & conſequenter, prout poterat libere reſtitui, & ſolvi, eadem ratione potuit compenſari cum ſit ficta ſolutio.

6 Ceſſabat tamen in facto motivum prædictum, quia non adfuit animus compenſandi, qui colligitur ex compenſitione partitarum e conſpectu, ſed in alio computo ſeparato primogenituræ fuit creatus creditor.

7 Partes rei conventi pro excluſione compẽſationis defendente, tunc temporis Advocato Dom. de Luca nunc Eminentiſſimo Cardinali introducta per appellationem à Theſaurario cauſa in Camera coram Palutio ſub die 30. Januarii 1653. pro compenſatione ad fovorem creditoris prodiit reſolutio, ut ipſe refert *in lib. de credito diſcurſ. 47. num. 1.*

Fundamentum erat, quod ſi Campſor, qui fecit cedulam bancariam cum conſueta facultate ponendi ſub cambiis principalem, cum quo in vim cedulæ aliquam ſummam ſolvere cogitur, habeat in ejus banco pecuniam ejuſdem principalis depoſitam in computo ſeparato, adeò ut reputetur negotium omninò diverſum, cum tunc pecunia dicatur ſtare potiùs jure depoſiti, juxtà *Bald. in l. incendium, n. 2. C. ſi cert. pet. Gratian. diſcept. 174. n. 1.* Attamen ex quadam æquitate, quæ urgere videtur contra volentem exigere uſuras, dum naturaliter, ac de facto habet æquivalentiam debitoris in manibus ad ejus liberum uſum, liberamque diſpoſitionem, fit compenſatio ipſo jure, ut pluries deciſum refert idem *Card. de Luca n. 10.* & hic dicebatur caſus, dum ſi non intrabat ratio impediendi curſum uſurarum, intrabat tamen altera ratio æquitatis, quod ſcilicet alias denegata compenſatione conſultum non remanebat ob deficientiam debitoris.

ARGUMENTUM.

Habens plures ſocietates, & negotiationes repræſentat plures perſonas, & contractus intuitu unius non influit in alium, nec confunduntur creditores ſocietatum, neque illi cum creditoribus, quibus proprio nomine debet ſocius. Creditores unius negotiationis vincunt anteriores etiam privilegiatos alterius, & illi ſocietates vincunt creditores hypothecarios anteriores perſonæ ipſius ſocii. An aliud ſit reſpectu capitalis poſiti in ſocietate? Variavit *Rota Romana*, & ſenſus *Dom. Cardin. de Luca* ediſſeritur fusè de compenſatione, an hæc poſſit opponi contra creditorem patrimonii per adminiſtratorem, vel ſocium de eo, quod proprio nomine ſibi debetur. Demum an confundantur creditores di-

verſarum negotiationum, vel detur diverſitas patrimonium in pagano, quando crediderunt intuitu negotiationum in diſtinctis locis?

SUMMARIUM.

1 *Socii, & negotiatores repræſentant plures perſonas, & vis differentia debiti ſocialis à proprio.*

2 *Creditor unius ſocietatis non eſt creditor alterius, quamvis ſit idem ſocius.*

3 *Creditor unius ſocietatis vincit anteriorem alterius.*

4 *Creditor ſocietatis vincit anteriorem creditorem privatum ſocii.*

5 *Ob pluralitatem perſonæ formalis datur actio, & paſſio in eodem ſubjecto.*

6 *Craditor hypothecarius anterior perſonæ ſocii an præferatur in capitali ſocietatis creditori ejuſdem ſocietatis?* Rotæ Rom. *variatio.*

7 *Pro creditore poſteriore diſcurſus* D. Card. de Luca.

8 *Creditores negotiationum unius loci an confundantur cum illis aliorum locorum?*

9 *Adminiſtratores repræſentant plures perſonas, & an compenſent creditum proprium cum debito adminiſtrationis?*

CAP. VIII.

1 Habens plures ſocietates, & negotiationes plures repræſentat perſonas, ſuam ſcilicet, & ſocietatis, ſeu negotiationis, & ideò contrahens intuitu, & contemplatione perſonæ illius, tunc contractus ipſe nihil influit in ſocietatem, & adminiſtrationem, vel negotiationem, ſed unumquodque diſtinctam, & ſeparatam habet rationem, ſicut procedit diverſa, & ſeparata cauſa, unde creditores unius negotiationis non confunduntur cum credituribus, & contractibus alterius negotiationis, & ſocietatis, ſed judicantur, ac ſi à diverſis perſonis celebrarentur, *Alex. conſ.* 139. *lib.* 5. *Cuman. conſil.* 171. *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap.* 9. *gloſ.* 7. *n.* 12. & differentia eſt inter debitum ſociale, & debitum proprium alicujus ſocii, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *p.* 2. *à num.* 53. *Gratian. diſcept.* 948.

Hinc *Mugon. dec. Lucenſ.* 1. *num.* 26. in hæc inquit: *Nos autem verſamur extra hanc difficultatem, quoniam hæ ſocietates non habebant eadem nomina, nec comprehendebant eaſdem perſonas, & propterea cenſetur diverſa, nam licet quis ſocius ſit in una, atque altera ſocietate, ſi tamen in una ex ea adſit alter, qui non ſit in alia, facit differre unam ſocietatem ab altera.*

2 Atque ideò ex diverſitate negotiationum, & ſocietatum reſultat, quod unius creditores alterius negotiationis creditores eſſe non poſſunt, nec ſocii unius ſint obligati ad debitum alterius, *l. procurator*, *§. plures*, *ff. de tributor.* Cujus verba ſunt. *Si plures habuit ſervus creditores, ſed quoſdam in mercibus certis: an omnes in eiſdem confundendi erunt, & omnes in tributum vocandi? utputà duas negotiationes exercebat, nempè ſagariam, & linteariam, & ſeparatos habuit creditores, putò ſeparatos eos in tributum vocari, unuſquiſque enim eorum merci magis, quam ipſi credidit.*

3 Ex quibus exoritur concluſio, ut creditores ex cauſa unius negotiationis, vel patrimonii vincant creditores anteriores, & privilegiatos alterius negotii, & patrimonii, quoniam finguntur duo debitores diſtincti, perinde ac ſi eſſent duæ diverſæ perſonæ juxtà eam pluralitate perſonarũ, quæ in una, eademq; perſona materiali pro reſpectuum diverſitate, tàm in creditore, quàm in debitore paſſim in jure datur, *Paul. de Caſtr. conſil.* 285. *lib.* 5. *Reg. Rovit. deciſ.* 45. *n.* 3. *Salgad. in labyr. credit. p.* 1. *c.* 9. *ex n.* 48.

4 Ex diſtinctione perſonarum, vel negotiarum derivatur, ut ſcilicèt creditores ſocietatis, vel negotii ſocialis vincunt, quamvis ſint poſteriores alios creditores anteriores cujuslibet ex ſociis privato nomine in bonis, ac effectibus negotii ſocialis, *Migon. ubi ſup. Buratt. dec.* 514. *Salgad. ubi ſup. Cardin. de Luca lib. de Credit. diſc.* 11. *per tot. Anna alleg.* 20. *n.* 17. *Nozuerol. alleg.* 11. *num.* 48. *Conſil. Roccus reſp.* 86. *tom.* 2. ubi ità refert judicatum per S. R. C. & decīſum refert *Thor. tom.* 2. *verb. creditor.* Et creditores ſocii non poſſunt concurrere cum creditoribus ſocietatis in rebus ad ſocietatem pertinentibus, *Fontanell. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *par.* 2. *n.* 51.

5 Propter diverſitatem negotiorum, & duplicem omninò perſonam formalem, quam una, eademque perſona conſtituit, unam ſcilicèt propriam, & privatam in ſuo aſſe, vel patrimonio, & alteram in negotio ſociali paſſim datur inter has perſonas citra incompatibilitatem actio, & paſſio, ut quis ſit debitor, vel creditor ſui ipſius, emptor, & venditor, mandans, & mandatarius, eo modo, quo traditur in hærede gravato, vel beneficiato, *Card. de Luca d. diſc.* 11. *num.* 18.

De plano procedit, ut creditores ſocii non poſſint concurrere cum creditoribus ſocietatis in rebus ad ſocietatem pertinentibus, ſi debitum hypothecarium ſit contractum poſt ſocietatem, nam creditor ſocii anterior nequit plus prætendere, quam id, quod ſocius ejus debitor habet deducto ære alieno, undè ante omnia facienda eſt partitio ſocietatis, & poſtea videre, quid re-

ma-

maneat ſocio obligato, *Merlin. de pign. lib. 4. q. 41. n. 23.*

6 Difficultas eſt, an procedat in illo capitali, quod jam poſt contractas hypothecas debitor in negotio uſuali poſuerat; cum illud ſic jam affectum erat creditoribus, in quorum præjudicium id agere non potuit? Ad favorem creditorum poſteriorum negotii ſocialis in ipſis bonis ſocialibus, atque ad ipſum negotium pertinentibus contra dotem judicavit *Rota apud Buratt. dec. 514.* cum aliis deductis per *Merlin. de pign. lib. 4. quæſt. 41. n. 23.* & per *Gratian. diſcept. 946.* ubi dicta deciſio regiſtratur. Quamvis ipſe ex *n.* 8. occaſione diſputationis ſuper nova audientia, ſeù deciſionis reviſione contrarium latè probet, quod etiam agnovit *Rotam* coram eodem *Buratt. deciſ. 719.* ex eſt ratione tàm per *Gratian.* quàm per *Merlin.* à *n.* 29. quod non potuit vir jam debitor dotis in iſtius præjudicium ponere in ſocietate bona hypothecæ dotali jam affecta, quod pro creditoribus ſocialibus ſit recipienda concluſio in lucris ex ipſo ſociali negotio obventis, utporè ſub negotio ſociali cadentibus.

7 Expenſa utraque deciſione, primam veriorem putat *D. Card. de Luca lib. de dote diſc. 166. n. 65.* quoties ageretur de pecunia numerata, ſeù mercibus uſualibus, quæ bona fide in negotio ſociali poſitæ eſſent ex libertatis favore, ſeù commercii ratione, ob quam in foro uſu receptum eſt, non dari anteriori creditori avocationem pecuniæ per debitorem bona fide ſolutæ poſteriori, ſivè denegari hypothecariam, vel aliam actionem rei perſequutoriam ad merces, aliaſq; res uſuales per debitorem bona fide diſtractas, quamvis de ſtricto jure unum, vel alterum competere deberet. Quemadmodum enim diſtractis in tertium iſtis mercibus, vel bonis uſualibus, aut ſoluta pecunia numerata, nullum jus, nullaque actio competeret, ſic à pari, cum iſta videatur ſpecies alienationis factæ ipſi negotio uſuali, cujus fidem, ſeù capitale in eo poſitum negotiantes, & alii ſequuntur, non reflectendo ad perſonas, tanquam per ſpeciem fidei publicę, cujus ratione, ac publici commercii favore multa ex æquitate admittenda ſunt, quæ alias de rigore, ac ſtricto jure denegarentur.

8 Celebris eſt quæſtio, quando debitor diverſas negotiationes habet, apothecas, ſeù tabernas in diverſis locis, vel provinciis, an creditores unius provinciæ ad merces ejus præferantur aliis alterius provinciæ etiam anterioribus, qui in alia provincia contraxerunt? Pro anterioribus, tenet *Raphael Cuman. in l. Privilegia, num. 9. ff. de privileg. credit.* qui aſſerit ſe cum *Fulgoſ.* ità conſuluiſſe, quia æs alienum reſpicit univerſum debitoris patrimonium, ità *Mantic. de tac. lib. 11. tit. 23. ex num. 32. tom. 1.* Et *ad d. l. Procurator, §. Si plures reſpondet*, ut loquatur in ſervo. Contrarium volunt *Stracca de decoct. part. ult. ex num. 20. Magon. deciſ. Lucenſ. 1. & alii, Decian. conſil. 109. num. 29.* & bi defendunt, quod quando debitor habet in diverſis locis, aut provinciis diverſas negotiationes, & apothecas, & creditores contraxerunt intuitu diſtinctæ negotiationis, tunc debeat fieri ſeparatio mercium cujuslibet apothecæ, ut ſingulis creditoribus ſatisfiat, ità ut creditores unius præferantur in mercibus ejuſdem, & ipſis ſatisfactis in reliquo ſatisfiant alii, & hanc opinionem in judicando amplexandam, tradit *Salgad. par. 2. cap. 13. n. 74.* & ſi prima in puncto juris ſit verior.

9 De adminiſtratore concurſus puta, aut aliorum bonorum quæritur, ſi à creditore patrimonii, quod adminiſtrat, conventus ſit, an poſſit opponere compenſationem alterius debiti proprii, quod ſibi ex perſona propria debet creditor concurſus, vel patrimonii? Negandum videtur ex *text. in l. id quod, ff. de compenſ.* ubi ſi tutor petat, quod pupillorum nomine debetur per aliquem, non poteſt obiici compenſatio ejus pecuniæ, quam ipſe tutor ſuo nomine debet, *Catill. num. 4. contr. cap. 40. num. 85. Amat. reſol. 17. num. 3. Valenzuol. num. 89. ubi ſup.* Reddentes rationem, quia adminiſtrator repræſentat duas perſonas, propriam, & adminiſtrationis, quæ non confunduntur, & perſona adminiſtratoris differt à propria, *Salgad. p. 3. cap. 6. §. unico, n. 15.* Et de credito proprio ad debitum adminiſtrationis, & ſic alienum excludatur compenſatio, *Fontanell. ubi ſup. n. 62.*

Conſtans tamen reſolutio eſt, debitorem conventum poſſe creditori agenti opponere compenſationem crediti alieni, ſi habeat jura ceſſa in ſuum commodum contra agentem, per *l. qui, C. de compenſat. Medic. de compenſat. p. 1. q. 11. num. 2. Amat. num. 6.*

Rationem aſſignat *Amat.* quia ſequuto titulo ceſſionis creditum non dicitur jam alienum, ſed proprium, & ad proprium commodum compenſatur, licet non proprio, ſed diverſo nomine, nempè ceſſionario debitori opponendi compenſationem pertineat, *Salgad. p. 1. cap. 9. n. 68.*

ARGUMENTUM.

Duorum jura, quando in unam perſonam deveniunt, an hæc repræſentet duas perſonas? Exornatur *text. in*

l. ſi mihi, & tibi, ff. de legat. 1. & *text. in l. liberto, ff. de bon. libert.* Utrum hæres legatarii poſſit repudiare legatum in præjudicium creditorum legatarii? Refellitur intellectus *D. Gizzii*. An interdum habeat duplex legatum? Et duæ cauſæ lucrativæ concurrant in eodem ſubjecto. Perſona, in quam devenit jus alterius, an habeat duas voces, & duplicem diſtributionem, dum intereſſentia eſt una. Legata capta Fratribus Prædicatoribus, & Priori Biblia, an iſte debeat habere ambo legata?

SUMMARIUM.

1 *Duo jura, ſi deveniant in unum, an iſte judicetur, ut de diverſis perſonis?*
2 *Titio, & Sejo re eadem legata, & relinquatur Sejus hæres à Titio, an Sejus poſſit agnoſcere, vel repudiare partem Titii?*
3 *Hæres legatarii an poſſit repudiare legatum in fraudem creditorum legatarii?*
4 *Opinio diſtinguens.*
5 *Hæres quando conſequatur duplex legatum.*
6 *Duas voces, & diſtributiones an quis ex propria, & defuncti perſona habere valeat?*
7 *Legata cappa Fratribus, & Priori Biblia, an is habeat utrumque legatum?*

CAP. IX.

1 Duorum jura quoties concurrunt in perſona unius, idem de eo judicatur, quod de diverſis perſonis, ſicut duo habentes ipſa jura, *l. tutorem, ff. de his, quibus ut indign.* ubi *Bart. Abb. in cap. cum olim, n. 2, de ſent. & re judic. cap. ex literis de probat, Bell. de jur. accreſcendi, cap. 7. quæſt. 41. num. 61.*

2 Unde ſi teſtator Titio, & Sejo rem eandem legaverit, & poſt diem legati cedentem Sejus deceſſerit, relicto hærede Titio collegatario, poterit iſte Seji portionem jure hæreditario, ſeù ut tranſmiſſarius obtinere, & ad ejus libitum hæreditatem repudiare, & portionem aliam jure accreſcendi, tamquam conjunctus obtinere, *l. ſi mihi, & tibi, ff. de legat. 1.* nam ſi diverſæ eſſent perſonæ, poſſet ſine dubio quilibet ex legatariis, vel agnoſcere partem ſuam, & hoc modo excludere jus accreſcendi, vel repudiare partem ſuam, & facere locum juri accreſcendi, ergo id ipſum facere poterit legatarius, qui in alterius quoque legatarii jus ſucceſſit, ità argumentatur, *Bellon. n. 61.*

An legatarius jure hæreditario partem, an ex jure accreſcendi conſequatur, utilitas eſt duplex, una propter onera, quæ non præſtantur ab eo, qui venit per jus non decreſcendi, & interdum ab eo, qui per jus accreſcendi, ut conſiderant *gl. in d. l. ſi mihi, & tibi*, & ibi *Bart. num. 2. Caſtrenſ. n. 3.* Altera utilitas eſt, quia ſi uti tranſmiſſarius conſequatur partem ex cauſa hæreditaria, faciet hæreditatem ſui defuncti majorem, & pro rata ipſius tenebitur creditoribus reſpondere, non obſtante, quod conficiat inventarium. Dum illa portio computabitur in hæreditate ſui defuncti, in qua non computaretur pars repudiata, ità declarant *Bart. & Caſtren. ubi ſup. Bellon. ubi ſupr, num. 67.*

3 Dices: hanc repudiationem cedere in præjudicium creditorum, ideòque ea non obſtante, debebit pars repudiata in hæreditate computari, *l. liberto 80. ff. de bonis libert,* Quia hæres debitoris non poteſt in præjudicium creditorum defuncti legatum repudiare, ut *Cuman. & alii in l. quæ autem, ff. quæ in fraudem credit. Cyriac. contr. 47. n. 9. Larrea deciſ. 55. num. 9.* ut latè ſcripſi in *obſervat. 101. Præſ. de Franch. num. 22.* exploſo *Gizz. in obſervat. ad deciſ. Reg. Latr. 8. n. 29.*

4 Occurritur facilè objectioni, quia aliud eſt ſi hæres debitoris repudiet ad ſui commodum, licet ad incommodum creditorum defuncti, ità *Alex. conſil. 113. lib. 3. Surd. conſil. 300. Covar. in cap. Raynaldus, §. 3. n. 10. de teſtam. per text. in d. l. mihi, & tibi*, ut in puncto dixi *in d. obſerv. 101. num. 22. Bellon. d. quæſt. 41. num. 68. & ſeq.* Et ità dicendum, quidquid opinetur, *Merenda lib. 4. controv. 37.* qui negat hoc caſu hypothecariam creditoribus defuncti.

5 Docet præterea *Paul, de Caſtr. in d. l. ſi mihi, & tibi*, quod ſi fuiſſet relictum legatum cuilibet inſolidum, ut unus habeat rem, alter æſtimationem, juxtà *tex. in l. ſi pluribus 32. ff. de legat. 1.* tunc enim ſi fuiſſet conſequutus rem ex perſona ſua legatarius, poſſet ex perſona defuncti conſequi æſtimationem, & ità *Bart. in d. l. ſi pluribus*. Idem ſi fuiſſet eadem res legata mihi in teſtamento unius, & Titio in teſtamento alterius, quia ſi fuiſſem conſequutus ex meo legato rem ab hærede mei teſtatoris, poſſum conſequi æſtimationem uti hæres Titii ab hærede ſui teſtatoris, non obſtante regula de duabus cauſis lucrativis non valentibus concurrere in eadem perſona. Quia hoc caſu locum non habet, cum habet originem ex per-

perſonis diverſarum, *l. ſi ſervus legatus, §. 1. ff. de legat. 1.*

6 Simile eſt, quod ſi duo jura concurrant in eadem perſona, quorum quodlibet producit jus vocis dandæ, debet talis perſona habere duas voces, quia cenſentur jura diverſorum, argumento *d. cap. ex literis, & l. ſi conſul. ff. de adopt. Abb. in d. cap. cum olim. num. 2.* idem indiſtributionibus quotidianis, quando ratione cujusque jurium debentur ipſæ diſtributiones, quia iſte fungitur vice duarum, ita *Abb. ubi ſup.* unde ait contingiſſe caſum in Eccleſia Florentina, in qua Theſauraria erat nova dignitas in Eccleſia, & ex ſpeciali diſpoſitione Theſaurarius, licet non Canonicus debebat habere vocem in capitulo, & diſtributiones quotidianas, ſicut quilibet Canonicus, demum vacante Theſauraria, quidam Canonicus fuit aſſumptus ad Theſaurariam, & ex conſuetudine, vel diſpoſitione poſſidebat ſimul Theſaurariam, & Canonicatum. Querebatur an deberet habere vocem in Capitulo, & diſtributionem duplicem? Conſuluit *Jo: Andreas*, quod licet æquiſſimum eſſet, quod nullus in uno corpore, vel collegio duas voces haberet, ſuo jure, id eſt jure ſui unici capitis vocis naturalis, vel oris: tamen ubi conſuetudo Eccleſiæ non apparet, cui ſtaretur in hoc, ex quo utrique illorum debetur vox, & diſtributio licite duplicem vocem, & duplicem diſtributiones propter duo jura habebit, & ſecurè id in ſuffragus. Aliter *Jo: Andreas* ſentit in diſtributionibus, quia dantur ratione ſervitii perſonalis interreſſenti in divinis, qui autem in divinis non poteſt intereſſe ut plus, cum non ſit niſi unus, & ſentit pro uno, licet habeat plures dignitates, nam ſi duo haberent illas duas dignitates, & unus intereſſet, alii non intereſſenti nihil daretur, *Bart.* tamen *Bald. & Card. Zabarell.* tradunt conſuluiſſe contra *Jo: Andream*, ut concurrentibus duobus juribus in eadem perſona, deberet iſta uti duplici voce, & recipere duplicem portionem. Amplectitur hanc opinionem *Abb. n. 6.* ſi diſtributiones dentur Præpoſito, vel Dignitati ratione alterius juris, quam ſervitii; quia decor Eccleſiæ ſit habere Præpoſitum, & verum eſt dicere iſtum inter fuiſſe divinis, ut Canonicum, & Præpoſitum, & de iis videndus *Abb. in d. cap. cum olim,* & ibi *Franc. de Aret. lit. C.* contra *Abbatem*.

7 Convenit, quod ſi quis legat Fratribus Prædicatoribus, cuilibet unam cappam, Priori Bibliam, Prior debet habere & cappã tanquam Frater, & Bibliam tanquam Prior, ità *Bart. in l. ſi ſervus communis, ff. de ſtipulat. ſer. Cyn. in l. cum quæſtio, C. de legat.* Secus tamen ſi clauſula generalis fuiſſet ſequuta, ut ſi dixiſſet, lego Priori unam Bibliam; & cuilibet Fratrum unam cappam, quia tunc videtur excepiſſe Priorem à numero Fratrum, & clauſula generalis non eſt ſerenda ad eum, cui eſt ſpecialiter proviſum, *l. ſanctio legum, ff. de pœn.*

ARGUMENTUM.

Legatus, Epiſcopus, & alii recenſentur repræſentantes duas perſonas. Agitur de contractu cambii, *con la ricorſa*, an ſit licitus? An Procurator Campſoris poſſit eſſe Procurator Campſarii, & repræſentare utrûque, & quæ ſit praxis, & quid in foro interno. Et ſenſus *Authoris*.

SUMMARIUM.

1 *Legatus, Epiſcopus, & Alii repræſentantes duas perſonas recenſentur.*
2 *Procurator Campſoris in cambiis an poſſit eſſe Campſarii procurator.*
3 *Diſtinguuntur duo caſus.*
4 *Cambium, an ſit ſiccum, ſi Campſor ſciat Campſarium non habere pecuniam in loco deſtinato.*
5 *Modus cambiendi frequens refertur.*
6 *In cambio ſufficit adeſſe virtualem ſolutionem.*
7 *Plures fictiones permittuntur in cambiis.*
8 *Si literæ reverſuræ ſunt inanes, an cambium ſit illicitum?*
9 *Cambium, an ſit illicitum, ſi literæ non mittantur?*

CAP. X.

1 Unam perſonam fungi officio plurium, novum non eſt in jure, ut pluries dictum, prout in Legato, Ambaſciatore, Epiſcopo, Rege, & aliis, quam pluribus relatis per *Everar. in ejus locis loco de tanquam*. Legatus enim repræſentat perſonam Summi Pontificis, & ſui Principis, Epiſcopus repræſentat Eccleſiam, & Rex ſuum Regnum, prout feudatarius ſua feuda.

2 In cambio Correſpondentem Campſoris poſſe etiam repræſentare Campſarium, ſcripſerunt *Rot. Gen. deciſ. 1. 2. & 32. Menoch. conſil. 196. n. 3. Navar. conſil. 31. Azor. Inſtit. moral. part. 3. tit. 10. de camb. q. 2. verſ. in hac re.*

3 Pro intelligentia diſtinguendum eſt, primò, an Campſor dans pecunias ad cambium Neapoli ſolvendam in proximis nundinis Mediolani, ſi Campſarius accipiens pe-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

pecuniam, non habeat eam Mediolani, vel amicum correſpondentem, ſeu Procuratorem, poſſit Campſor exhibere Campſario ſuum Factorem, qui in Civitate Mediolani exiſtens pro eo ſatisfaciat?

Convenit inter omnes (excepto *Mercato lib.4. de camb. cap. 7.*) poſſe tuta conſcientia Campſorem exhibere ſuum Factorem, qui cambio in loco illi præfixo non ex pecunia ejuſdem Campſoris, ſed ex ſua, vel aliena, hoc eſt ab alio accepta perſolvat. Ratio hujus eſt, quia ad cambium reale, & verum illud tantum deſideratur, ut pecunia v. g. in Neapoli accepta actu, & re ipſa ſolvatur in Civitate Mediolani, ubi fit cambium, hoc autem nomine Campſarii verè, ac re ipſa præſtat factor Campſoris, ergo hujuſmodi cambium tenet *P. Fauſt. tit. de camb. diſput. 2. q. 3.*

Tota difficultas conſiſtit, an tale cambium ſit licitum in caſu, quo facto Campſoria cambium ex ejuſdem Campſoris pecuniis perſolvatur?

Sotus lib. 6. de juſtit. quæſt. 10. art. 1. Rebell. part. 2. de obligat. lib. 11. q. 6. & *Mercatus ubi ſup.* illud abſolutè, & omninò damnant tanquam fictum, & ſimulatum mutuum, quia perindè hoc cambium ſe habet, ac ſi Neapoli mutuo daret Campſor Campſario, ut hic ſolveret quoque totidem cum lucro ex mutuo dato, ideòque videtur quoddam mutuum palliatum per occultationem unius perſonæ, præterea videntur duæ fictiones, nempe una perſona repræſentans Campſorem, eademque repræſentat Campſarium.

4 Siccum, & illicitum videtur cambium, dum Campſor ſcit Campſarium non habere pecuniam, neque Corriſpondentem in Civitate Mediolani, ubi pecunia eſt ſolvenda, *Caet. in opuſc. de camb. cap. 1. Roder. de ann. reddit. lib. 3. quæſt. 5. num. 17. Rebell. de obligat. p. 2. lib. 1. quæſt. 6. n. 10.* qui dicit in utroque foro feneratitium eſſe cenſendum cambium, quando aliquis accipit hic pecuniam ſolvendam in nundinis, putà Placentiæ, ubi nullum ipſum Campſarium habere conſtat, & quod eſt obligatus Campſor ad diligentiam adhibendam, quando probabiliter dubitat de Campſario, an habeat verè animum ibi ſolvendi, *Salas de contrat. tit. de camb. dub. 14. num. 1.* ubi quod hoc eſt etiam definitum per *Bull. S. Pii V. in anno 1614.* & aliam in anno 1670. *Layman lib. 3. de juſtit. tract. 4. cap. 19. in fine*; aliter enim committeret uſuram mentalem.

5 Hic modus cambiendi, ut Campſor creditor ſolvat ſibimet ipſi, & quod quis à ſe ipſo exigat, eſt in uſu in tota Italia, & in hoc cambio vertatur tota ferè nummulariorum ars, & negotiatio, quæ non gratia commercium fit, ſed quæſtus, & lucri; ac noſtro ſæculo inter mercatores uſitatiſſimus eſt, & ab Italis vocatur cambium, *con la ricorſa*, ac idem eſt modus ſolvendi ſibi ipſi, & nihil aliud importat, quam cambire in ſe ipſo; & eſt frequens, tanquam utile, tum propter proviſiones, tum propter expeditionem, & celerem exequutionem, ita *Navar. d. conſil. 31.* aliqua ex prædictis congerens, *Covar. de camb. in prælud. quæſt. 3. Bonînſegna de camb. cap. 4. Ioan. Azor. inſtit. moral. citatis lib. & part. cap. 8. & cap. 9. quæſt. 2. Rota Genuenſ. deciſ. 32.* & omnes latiſſime relati per *Scacciam d. quæſt. 5. n. 83. verſ. primus modus cum ſeqq.* & per *Molfeſ. d. cap. 7. num. 45. & ſeq.* & originem trahere hoc cambium à re ipſa, docet idem *Scacc. d. quæſt. 5. num. 85.* jure autem communi expreſſe cavetur; quem à ſe ipſo poſſe exigere, diverſas perſonas diverſis reſpectibus repræſentare, ad *text. in l. tribus, ff. de judic. cap. ex literis de probat.* ubi omnes *l. ſingularia, ff. ſi certum petatur*, ubi dicitur, quod igitur in duabus perſonis recipitur, hoc in eadem perſona recipiendum eſt, & quod quis à ſe ipſo exigere valeat, probat *text. l. qui ſine, ff. de negot. geſt.* & infinitis aliis pluribus firmat. *Molfeſ. d. cap. 7. num. 51.* ubi ſic deciſum Romæ noviſſime in terminis refert ità *Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. n. 1392. uſque ad 1400.*

6 In cambio ſufficit adeſſe virtualem ſolutionem, nam Correſpondens Campſoris ſibimet ipſi ſolvit de mandato benè verum Campſarii, ut ſolvat pecuniam cambiatam cum lucro Campſori, ut *Gait. ubi ſup. num. 1447.*

7 Nec refert in hoc cambio plures fictiones adeſſe, quia in cambiis admittantur plures fictiones, ſic natura negotii exigente; eo quod contractus hic celeritatem deſiderat, & ſicut Campſarius pecuniam ab alio accipere poteſt pro diſſolutione primi cambii, ità ab eodem Campſore, utilius enim eſt debitori, & ipſi Campſario, quia liberatur onere inveniendi alium Campſorem, & fictiones in commercio cambiorum non ſunt reprehendendæ, quia non fictio inficit contractum, ſed injuſtitia, quæ fictione palliatur, ità *Gait. num. 1455. Leotard. de uſuris quæſt. 26. num. 10.*

8 Nec obſtabit dicere hoc cambium illicitum, eo quia uterque contrahens ſciat literas cambii reverſuras eſſe inanes, quia Campſor ſciat Campſarium non habere pecuniam in loco deſtinato, nam juxtà *Gaitum n. 1459.* hæc mala mens punienda venit à Deo, & non in foro exteriori, in quo ſatis eſt, quod ex geſtis non reſultet injuſtitia inter Contrahentes, quia juſtum, vel injuſtum in foro externo non in bonitate, de

præ-

Digitized by Google

pravitate mentium, ſed in rerum, & operum externorum æqualitate, & inæqualitate conſiſtit, ità poſt *Gaitum, & alios Reg. Latro deciſ.106.n.14.*

9 Quod autem Campſor poſſit mittere literas ad proprium factorem, quibus mediantibus pecunia ſua, vel aliena factor ille cambium ab ipſo Campſore collatum perſolvat, debito illo per alias literas ad eundem Campſorem rurſum remiſſo, tenet *Fauſt. ubi ſupr.* quod enim per alios præſtare poſſumus in contractibus, licebit etiam per nos ipſos ſimiliter præſtare, idque practicari in foro externo, tradunt *Gait. Reg. Latr. & alii*, & quoad forum internum videndus eſt idem *Leotard. d. quæſt. 26. per totam*, & adhuc in foro externo quando Campſor ſcit Campſarium non habere pecuniam in loco deſtinato, nec poſſe ſperare, & quando literæ non mittuntur, undè videatur mutuum palliatum, & uſurarium juxtà *Amat. reſolut.27.n.18. Trullench. ad præcept. Decalogi lib.7.c.22.dub.5.n.3.* late dicam in ſequenti *Capitulo.*

ARGUMENTUM.

Procurator ad cambiandum conſtitutus, an fungi poſſit vice mandatarii, & crediroris; & faultas data ſumendi cambium à ſemetipſo, an valeat? *Rota Roman.* admittit ſtylum hujus cambii. Quidquid in puncto juris cenſeat *Turri de cambiis*. Delaratur cambium, *con la ricorſa*, diſtinctum à continuato. Diſtinctiones *Card. de Lugo*, & *P. Giballini*. Species cambii ſicci indicantur.

SUMMARIUM.

1 *PRocurator ad cambiandum, qualiter duas perſonas repræſentet.*
2 *Cambiandi facultas à ſemetipſo, an colligatur ex verbis æquipollentibus.*
3 *Verba* Rotæ Rom. *transſcribuntur.*
4 *Cambium continuatum, &* con la ricorſa, *declarantur.*
5 *Super juſtitia dictorum cambiorum, diſtinctio* Cardin. de Lugo, *&* Giballini.
6 *Cambium pro pluribus nundinis illicitum.*
7 *Cambium ſiccum indicatur.*

CAP. XI.

1 PRocurator ad cambiandum conſtitutus, an duplicis perſonæ mandatarii, ſcilicèt, & creditoris pecunias ad cambium aſſignatas vice fungatur, eaſque proinde liceat à ſemetipſo accipere? Negandum videtur, quia in generali mandato non cenſetur incluſa perſona loquentis, *l. ſi mandavero tibi, §. ſi centum, ff. mand. Bal. in l. ſi is cui, n. 2. C. de furt.* pluries *Rota, ut in dec. 141. n. 12. par. 11. rec.*

2 Contrarium verius eſt, quoties Domini voluntas concurrit, ſivè expreſſa, vel tacita verbis æquipollentibus, ut *Scaccia de camb. §. 3. gloſ. 2. num.25. Rota dec. 32. & 33.* poſt *Turre de camb. & d. dec. 141. n. 21.* ubi tranſcribuntur verba ſequentia pro æquipollentibus. *Etiam quod dictæ pecuniæ eſſent per eoſdem hæredes in quibusvis Nundinis, Plateis, ac Mundi partibus tractæ*, ex quibus perneceſſe ait *Rota* inferri, quod hæredes pecunias trahere poſſeot ad Nundinas, eaſque à ſemetipſis ſucceſſivè cambiare.

3 Rurſus eadem *Rota in deciſ. 198. d. p. 11. rec. num. 4.* firmat poſſe Campſorem juxtà literas ſibimet ſolvere ex inveterato ſtylo Mercatorum, ut *Turre de camb. diſp. 1. quæſt. 15. per tot.* per *Azor. Inſtit. moral. par. 3. lib. 10. de camb. cap. 9. quæſt. 2.* & deindè proſequitur. *Nec abhorret à jure communi, quo licet eadem perſona non poſſit repræſentare vices duarum perſonarum, quando habetur reſpectus perſonæ ad perſonam, poteſt tamen quando conſideratur perſona ratione officii, quia cum poſſit plura officia exercere, nihil prohibet, quin hoc nomine plures perſonas repræſentet l. Stychum 95. §. aditio, ff. de ſolut. l. 1. §. fin. ff. depoſ. l. fiſtulas, §. fundum, ff. de contrah. empt. Surd. conſil. 7. n. 32. & 33. Puteus deciſ. 270. num. 2. lib. 1. in correct. Et hic eſt caſus præſens, quia Balbus ſolvit tanquam procurator Dominorum de Siris, & recepit tanquam procurator Fiſci ſcribentis.* Et concurrente facultate data ſumendi, vel tunc faciendi cambium à ſemetipſo, non improbatur hic modus cambiendi, & duplicis perſonæ repræſentatio, creditoris, ſcilicèt, & debitoris, ità ut quis ſibimet ipſi ſolvere valeat, ad *text. in d. l. fiſcales, & l. debitor meus*, & ibi *gloſ. ff. de negot. geſt. Cardin. de Lugo de juſtit. & jur. diſp. 28. ſect. 7. num. 86. Merlin. deciſ. 636. Turre de camb. diſp. 1. quæſt. 15. n. 13.* ubi quod ſtylus cambiendi cum ſemetipſo apud Mercatores, adeò inolevit, ut tota cambiorum praxis eo deficiente ſubverteretur. Licet prope finem contrariam opinionem ipſe in puncto juris veriorem exiſtimat, & de ſtylo Mercatorum, *Rota d. dec. 413. rec. n. 16.*

4 Cambium cum ſemetipſo contractum, communi *Doctorum* calculo admiſſum, continuatum nuncupatur juxtà *Duard. de camb. quæſt. 32. num. 6.* Non autem *cum recurſa*, quod tunc contrahitur, quoties debitor Correſpon-

reſponſali deſtitutus, ac modo diſſolvendi cambium in Nundinis ob initio cum creditore convenit, vel poſtmodum recurrit ad ipſum, ut ſuo correſponſali ſcribat, ad hoc, ut literas acceptet, ac debitum mediante ſolutione ſibimetipſi peragenda extinguat, illudque remittat ſucceſſive ſub cambiis, juxtà normam relatam per *Leotard. ubi ſupr. in princ.& Card.de Lugo n.76.Rota d.dec.413.num.20.*

5 Circa juſtitiam dicti cambii *continuati*, & *con la ricorſa*, diſtinguunt *Card.de Lugo n.87. & Giballin. de uſur. lib.5.cap.1.artic.9.§.2.ad fin.* Vel enim Correſponſalis proprias obtinet pecunias, vel alienas, ex quibus literarum ſolutio ſaltem virtualiter fieri valeat, & tunc debet cambium ſubſtineri. Vel Campſor penès eundemmet Correſponſalem pecunias detinet, vel nomina debitorum exigibilia in nundinis habet, & tali caſu etiam licitum reputetur cambium, quod ex pecuniis, ſeù nominibus debitorum virtualis ſolutio literarum contingere poteſt, necnon novum cambium conſtitui. Aut denique Campſor, & Correſponſalis effectibus, & pecuniis carent, nihilque aliud habent in nundinis, præterquam primi cambii remiſſam, & tunc tale cambium omninò improbetur, & diſtinctionem refert *Rota d. dec.413.num.22. & ſeq.*

6 Cambium pro pluribus nundinis ab initio contractum illicitum eſt, ex quo debitor cogitur pecunias ſub uſuris poſt primas quoque nundinas retinere, *Rota d. dec.413.n.4.* ubi refertur, ità pluries judicatum.

7 Siccum dicitur cambium juxtà *Juſtinianum de continuat.camb.diſp.4.num.2.Molfeſ. in ſumma tract.12.cap.7.num.* 100.ac *Duard.§.2. q.9.num.2.* ſi tranſmittatur ad loca, in quibus literarum ſolutio contingere nequit, nec pecuniarum pretia taxantur, & refert *Rota d. dec.413.num.7.& dec.234.n.8. par. 13. rec.* & *Rota dec.45.ad fin. par. 4. tom. 2. rec.* & *Turre diſp.1.quæſt.* 28. *n.* 10. ubi de cambiis illicitis tranſmiſſis ad loca, ubi taxatio peragi non ſolet.

ARGUMENTUM.

Una perſona uti repræſentans utrumque contrahentem, an poſſit celebrare contractum cambii? Filiusfamilias, idemque Conſul poteſt ſe dare in adoptionem apud ſemetipſum Servus communis unica verborum conceptione ſtipulatur pro pluribus Dominis. Tutor duorum pupillorum, ſi unus eorum convenit alterum, an poſſit autorizare ambobus. Una perſona ſubſtinet vices plurium, ſi habetur reſpectus ad perſonam ratione officii. Expenduntur plura jura per opinione ajente. E' contrariò arguitur, quod oppoſita relativè, & duorum conſenſus contrahentium verificari nequeant in uno ſubjecto. Emptor, & venditor, Procurator ſponſi, & ſponſæ, idem eſſe non valeat. Et qualiter *Turri de cambiis* occurrat juribus contrariis, & ſenſus *Authoris*.

SUMMARIUM.

1 *Una perſona uti repraſentans perſonas contrahentium, an celebrare valeat cambium?*
2 *Adoptandus, & Conſul ſimul ſe dare poteſt in adoptionem apud ſemetipſum.*
3 *Unus ſervus plurium unica verborum conceptione acquirit omnibus Dominis.*
4 *Idem tutor duorum Pupillorum, an autorizet eis ad invicem litigantibus?*
5 *Avus de jure civili contrahit nuptias inter nepotem ex uno filio, & neptem ex alio.*
6 *Emptor fundi, ſi relinquantur Tutor Pupillo à venditore poteſt ſibi tradere poſſeſſionem.*
7 *Una perſona ſubſtinet plurium vices, ſi habetur reſpectus ad perſonam ratione officii.*
8 *Tutor an poſſit emere rem Pupilli?*
9 *Cambium conſumatur ſolutionibus, & quis poteſt ſolvere ſibi ipſi.*
10 *Refertur ſtylus cambii in repraſentatione plurium perſonarum.*
11 *In cambio ex una parte datur pecunia ſub nomine pretii, ex alia nomine appretiati.*
12 *Idem nequit eſſe emptor, & venditor; Procurator ſponſi, & ſponſa.*
13 *Occurritur juribus contrariis per* Turri de cambiis.
14 *Contrarium ſentit* Author.

C A P. XII.

1 UNa, eademque perſona in contractu cambii, an poſſit plurium vices ſubſtinere, & hujuſmodi contractum perficere, ſub diverſa facultate, ſeù formalitate, referendo perſonam utriuſque contrahentis? Nunc inquirendum.

2 Probatur poſſe ex eo, quod ſi idem ſit Conſul, vel Præſes, & filiusfamilias poteſt

ſit

rit ſeipſum emancipare, vel in adoptionem dare apud ſeipſum uti Conſulem, vel Præſidem, *l. ſi Conſul, C. de adopt. l. 2. ff. de off. Præſid.* Ergo eadem illa perſona, quæ Procurator Titii, & Mævii poterit nomine Titii dare, & uti Procurator Mævii accipere. Ergo una, eademque perſona, quatenus plures repræſentat, poterit cambium celebrare, dum tantum duæ perſonæ exiguntur ad ſubſtantiandum contractum cambii, ſicut in reliquis contractibus ultro, citroque obligatoriis, & ſi vulgò dicitur pluribus perſonis opus eſſe, id intelligitur reſpectu adimplimenti, non reſpectu ſubſtantiæ.

3 Secundò, quia plurium Dominorum ſervus ſtipulando nomine utriuſque Domini in tantum perſonam uniuſque Domini refert, ut vi ejuſdem ſtipulationis, utrique acquirat, perindè ac ſi in diverſa conceptione verborum ſigillatim pro utroq; fuiſſet ſtipulatus, *l. 1. §. communis, ff. de ſtipulat. ſer.* Ergo multò magis duorum Procurator poterit in eodem actu eorundem perſonam referendo celebrare contractum Cambii.

4 Tertiò, quia Tutor unus, & idem plurium pupillorum, poteſt una, eademque auctoritate auctorizare pupillo judicium accipienti, & pupillò judicium moventi, *l. accipientis 15. ff. de auct. tut.* & id quidem in uno, eodemque judicio, in quo alter pupillorum eſt reus, alter verò eſt actor, *gloſ. ibi in 3. lectura*, ergo nihil impedit, unum eundem Procuratorem duorum poſſe Cambium celebrare.

5 Quartò, de jure Cæſareo, ſi habeam in poteſtate nepotem ex filio, & neptem ex alio filio nuptias inter eos, me ſolo auctore contrahere poſſum, *l. ſi nepotem, ff. de rit. nupt.* & ſic referendo maris, & fœminæ perſonam nuptiarum contractum celebrare: Ergo pari ratione referens vigore mandati utriuſque contrahentis perſonam poterit Cambium celebrare.

6 Quintò, emptor fundi, qui ejus poſſeſſionem nondum adeptus ſuit, ſi efficiatur Tutor pupilli ejus, apud quem eſt fundus emptus, poteſt ſibi ipſi poſſeſſionem dicti fundi tradere, *l. fiſtulas 78. §. fundum, ff. de contrahend. empt.* & ſic in re ſua pupillo autorizare, *gl.* & ibi *Bart. d. §. fundum*. Quod nihil aliud eſt, niſi prout ſubſtinet perſonam propriam emptoris, rem ſibi debitam à pupillo conſequi, prout refert pupilli perſonam, rem debitam tradere. Ergo, eadem ratione poterit una eadem perſona, prout refert propriam, & ſe ipſum, prout refert alienã, medio mandato Cambium celebrare.

7 Sextò, quando quæritur: an una perſona poſſit ſubſtinere duplicem qualitatem, aut plurium vices, eſt diſtinguendum. Quod aut habetur reſpectus ad perſonam ratione perſonæ, & tunc eſt impoſſibile, *l. ſi plures, ff. de pact.* aut habetur reſpectus ad perſonam ratione officii, & tunc utique poteſt una plurium vices ſubſtinere, *gl. in l. ſi plures, ff. de pact.* ibi *Bart. Fulgoſ.* At quando in Cambio una eadem perſona fungeretur vice diverſorum vigore mandati, habetur reſpectus ad perſonam ratione officii putà Procuratoris, ergo poterit in Cambio eadem perſona plurium vices ſubſtinere.

8 Septimò, Tutor poteſt emere, dummodò adſit bona fides, rem pupilli, ſi quæ diſtrahitur, *l. cum ipſe, ff. de contrahend. empt.* nõ ſolum alio Contutore, ſed etiam ipſomet autorizante, *arg. l. non exiſtimo, ff. de adminiſtr. tut. l. pupillus, §. ſanè, ff. de auct. tut. l. fin. ff. de ritu nupt. l. donatio ſinè, §. in conſcribendis, C. de donat. gl. d. l. cum ipſe, C. de contrahen. empt. verb. in 3. ſolutione*, idque etiam habet locum in omni officio publico, & privato, *gl. d. l. cum ipſe*. Unde generaliter deducitur quod, quando concurrunt in perſona unius jura plurium perſonarum, habetur, ac ſi eſſent plures perſonæ, *Cyn. l. cum ipſe, C. de contrahend. empt. Lap. in alleg. 99. num. 2.* Ergo Titius ex propria perſona, & ex perſona ejus, cujus eſt Procurator, poterit Cambium celebrare cum ipſo, & jus ad ipſum ſpectans ex propria perſona, & ad alium ex mandato procuræ concurrant, & id ipſum facere poterit tanquam duorum Procurator inter illos eoſdem duos, quorum jura in ipſum pervenerunt vigore mandatorum.

9 Octavò, quia totum Cambii miniſterium, & exequutio tàm in loco celebrati contractus, quàm etiam in loco deſtinatæ ſolutionis verſatur in ſolutionibus pecuniarum, quibus ſolutionibus perfectis, ac conſumatis omnes ſciunt conſumatum fuiſſe contractum Cambii. At certum eſt per unam eandem perſonam ſolutionem fieri ſibi ipſi poſſe reſpectu diverſarum perſonarum, *l. ſed cum 96. §. aditio, ff. de ſolut. l. 1. §. fin. ff. de poſit. l. ſi quod poſſeſſor, §. ſed ſi ipſi, ff. de petit. hæred. l. ſi ei, §. fin. ff. de evict. l. quærebatur, ff. ad l. falcid.* & ibi *DD.* Unde emanavit frequens ille uſus mercatorum ſibimet ipſi ſolvendi, tanquam juri conformis approbatus, *Bellon. conſil. 32. num. 4.* Quæ ſolutio expeditur per taliter ſibi ipſi ſolventem per quandam ſcripturæ privatæ directionem in libris mercatorum, *l. qui ſine, ff. de neg. geſt. l. quòties, §. non tantum de admin. tut.* per ſcripturæ directionem ſolutio probatur, *Caſtrenſ. l. ſi cum, ff. de pact. Socin. conſil. 37. n. 19. vol. 4.* Cum igitur habeamus ſolutionem ſibi ipſi fieri poſſe, in qua abſque dubio taliter ſolvens, fungitur offi-

cio duarum perſonarum, quæ ſolutio principaliter expeditur ex parte utriuſque contrahentis in contractu Cambii, omninò videtur dicendum, unam eandem perſonam poſſe utriuſque contrahentis in Cambio perſonam ſubſtinere.

10 Nonò, hanc eandem ſententiam convincere videtur communis ille ſtylus mercatorum, qui paſſim, & optima fide inter illos uniformis ſervatur, nullò contradicente, cambiandi, ſcilicèt in ſe ipſo, & à ſe ipſo in eadem ſumma, ſeu majori, & alia hujuſmodi: quibus expreſsè involuitur unam, eandem perſonam poſſe plurium vices ſubſtinere in Cambii celebratione. Quem ſtylum, ſi quis in dubium revocaret, cum ſanè inter mercatores nullo pacto revocetur, eſſet ſubvertere omnem praxim Cambiorum.

11 Pro majori declaratione præſentis quæſtionis animadvertendum eſt. Dupliciter poſſe unam eandem perſonam in eodem contractu Cambii celebrando ſub formalitate plurium conſiderari: Primò modo, ità ut perſona illa, de qua eſt mentio, ex propria perſona nihil agat, ſed ſolum repræſentando duas diverſas perſonas. Secundò, ita ut perſona propria ſui ipſius functionem agat in contractu una cum alia per eundem repræſentata. Et hac ipſum dupliciter contingit, ipſa, ſcilicèt, perſona propria acquirente, vel diſtraente, licèt namque in contractu Cambii ex parte unius contrahentis veniat pecunia ſub nomine pretii, ex parte alterius nomine appretiati, rectè dicimus, enim, qui primo dat, ſub nomine pretii ad cambium acquirere, qui verò recipit, diſtrahere rem, ſcilicèt appretiatam in aliò loco, ſcilicet deſtinatæ ſolutionis.

Dicendum primo nunquam, & ſic in nullo ex dictis caſibus poſſe unam eandem perſonam plurium vices in contrahendo Cambio ſubſtinere. Quia non ſolum, ut inquit *Paulus Jureconſultus in l. ſi plures, ff. de pact.* Difficile ut unus homo duorum vices ſubſtineat, ſed etiam auctore eodem *Jure Conſulto in l. 1. ff. rer. permut.* Sicut aliud eſt vendere, aliud emere, ita alius emptor, alius venditor eſſe debet. Neque enim unus, & idem poteſt fungi officio emptoris, & venditoris, *gloſ. in l. 1. ff. de rer. permut. verb. venditor.* Jura enim expreſsè tradunt *l. pupillus, §. item ipſe, ff. de auct. tut.* Tutorem non poſſe fungi officio emptoris, & venditoris. Quia ut ait *gl. l. pupillus, §. item ipſe, ff. de auct. tut.* hæc ſunt correlativa emptor, & venditor, alius debet eſſe emptor, alius venditor. Ideo inter ementem, & vendentem debet eſſe diverſitas, *Bart. l. pupillus, §. item ipſe, ff. de auct. tut. Bald. l. unica, num. 5. C. ſi ſervus extero.* Quia imò in ſpecie hac cautum habemus in Procuratore, qui in Judiciis diviſoriis non poteſt ſubſtinere partes utriuſque ad diviſionem, *l. licet 42. §. ſi plures, ff. de proc.* ibi *gl. Bald. Bart.* & cæteri, quia ut inquit *Bald. d. §. ſi plures in princ.* non poſſe eſſe, quem procuratorem ſponſi, & ſponſæ, in contrahendo matrimonio, niſi quia inter procuratorem ſpondentis, & requirentis debet eſſe diſtinctio perſonalis. Et ſanè, ſi conſenſus neceſſariò requiſitus in quocumque contractu ultro, citroque obligatio, ſine quò nulla conventio nec eſſe, nec intelligi poteſt, nihil aliud eſt, quam ſimul ſenſus, *Bald. l. ab eo, num. 2. C. quemadm. & quando Jud.* & quædam animorum copula, *Bald. in cap. cum conſuetudinis num. 6. de conſuetud.* Undè dixit idem *Bald. l. in vendentis in fine, C. de contrah. empt.* contractus conſiſtere ex copulato extremo, id eſt ex copula, ſeu conjunctione voluntatum, non autem ex voluntatibus tempore disjunctis. Quomodo poteſt intelligi nedum fieri, ut meus conſenſus, qui unus ſum, & idem, licet plurium perſonarum officium geram, mihi ipſi conſentiam. Nec dicendum alium eſſe conſenſum Titii, quatenus Titius eſt; & uti Titius nomine proprio contrahit: alium verò eſſe conſenſum ejuſdem, uti ratione Mævii. Nam Procurator, dum nomine Titii contrahit, verè, & propriè conſenſu ipſiuſmet utitur ad contractum illum celebrandum, licet alieno nomine, ſuper quo ſubſtantiatur contractus, ut optimè declarat *Caſtrenſ. l. multum, C. ſi quis alteri, vel tibi,* & propterea inſufficienter effingitur mente, hic duplex conſenſus, qui ad contractum exigitur neceſſarius, cum unus ſolus, & idem eſt Titii conſenſus ſub quavis formalitate, & multiplicitate conſideretur.

12 Pręterea nihil magis jura abhorrent, in eodem ſubjecto remanere actiones activas, & quam paſſivas etiam ſub ſpecie diverſarum perſonarum in tantum, ut ſimul, ac coincidere in eadem perſona per ſucceſſionis medium, ſtatim confunduntur, & tolluntur ipſo jure, *l. Stichum, §. aditio, ff. de ſolut.* Cum igitur contractus cambii ſit ultro, citroque obligatorius, & ad inſtar emptionis, & venditionis, dicendum eſt, unam, & eandem perſonam non poſſe plurium vices in celebrando contractum cambii ſubſtinere, & ità ex his hanc opinionem defendit *Turr. de cambiis diſput. 1. q. 15. per tot.*

13 Occurrit *Turri* objectionibus, & ad *d. l. ſi Conſul,* reſpondet, quod non ſit incompatibile, ut quis apud ſemetipſum ſe in adoptionem det alteri, ſi ipſe Prætor, vel Conſul ſit, dum non ſumus in correlativis, & ad invicem oppoſitis.

Ad

Ad *d. l. 1. §. Communis*, reſponder, quod caſus ſtipulationis ſervi communis differt à noſtris terminis de obligatione activa, & paſſiva vi ejuſdem contractus per unam, & eandem perſonam initi.

Ad *text. in d. l. Accipientis*, plures dantur lecturæ. Prima eſt, quando unus pupillus conveniebatur à Sempronio de uno bove, & alius pupillus agebat contra eundem Sempronium de domo, de quibus pupillis unus, & idem erat tutor, quæ lectura, ſi eſt vera, quia hic actus eſt reſpectu diverſorum judiciorum, nihil ad caſum noſtrum, qui conſiſtit in terminis ejuſdem contractus correſpectivi geſti per unam, eandemque perſonam. Secunda lectura eſt, ac magis approbata, ut licet tutor pupillis auctoretur, tamen in ipſius perſona actiones, & judicia non radicantur, ſed in perſonis pupillorum, & propterea ceſſat ratio incompatibilitatis contrariorum in eodem ſubjecto, licet ſub diverſa formalitate.

Ad *text. in d. l. ſi nepotem*, reſponder *Turri*, quod obligatio inter conjuges radicatur in eis, & non in uno contrahente.

Ad *text. in d. l. fiſtulas, §. fundum*, reſpondet, ibi agitur de ſolvenda obligatione, dum tutor adipiſcitur poſſeſſionem fundi venditi à patre pupilli, & non tractatur de inducenda obligatione.

Ad *text. in d. l. cum ipſe*, reſpondet, poſſe tutorem emere rem pupilli, ſed contutore auctorante, ut voluit *gl. in* a. *lectura*, vel procedere pupillo adulto.

14 Quidquid tamen tueri conetur *Turri* in ſtricta juris cenſura, contrarium ego cenſeo verius, quia dum obligationes radicantur in perſonis diverſorum, nempe Campſoris, & Campſarii, & non in perſonam Procuratoris utriuſque contrahentis, & adeſt facultas in Procuratore, incompatibile non eſt, ut unus, & idem Procurator, ſubſtinear duorum vices, & obligatio activa, & paſſiva, non ſit in ſubjecto Procuratoris, ſed Contrahenſium, quos repræſentat Procurator.

ARGUMENTUM.

Teſtis, an poſſit fungi officio principalis debitoris, & teſtis ſcribens, & ſubſcribens apocham aſſerens de commiſſione principalis debitoris ſcripſiſſe, & ſubſcripſiſſe? Contra opinionem *Gaiti* ajentis reſolvitur? Diſſident *Conſiliarius Roccus*, & *Conſiliarius Hodierna*. An quis poſſit eſſe Notarius, & Teſtis. Teſtis unus, an poſſit fungi officio duorum deponendo de veritate facti, & de confeſſione extrajudiciali? Negat *Alex.*, & an jure.

SUMMARIUM.

1 *Teſtis, an fungatur officio duorum, & probet ſcribens, & ſubſcribens apocham de commiſſione debitoris?*
2 *Teſtem hunc plus probare ait* Gaitus, *uti deponentem de facto proprio.*
3 *Refellitur opinio* Gaiti.
4 *Tres teſtes requiri reſolvit* Author.
5 *Notarius, an poſſit fungi officio Notarii, & teſtis in reaſſumptione Inſtrumenti?*
6 *Diſſidium inter* Conſil. Roccum, & Conſil. Hodiernam.
7 U*nus, & idem teſtis, an fungatur officio duorum, deponendo de veritate facti, & confeſſione extrajudiciali?*

CAP. XIII.

1 EX duobus teſtibus ſubſcriptis in apocha, ſi unus ex eis ſcripſiſſet illam, dicendo eam de mandaro debitoris principalis ſcripſiſſe, an probet tanquam teſtis? Ratio dubitandi eſt, quia de ordine debitoris ſcripſiſſe, dicens, ſubſtinet vices illius principalis, & ideò non poſſit in eodem tempore fungi officio teſtis contra principalem; nam una perſona, plurium vicem ſubſtinere non valeat, *l. ſi plures, ff. de pact.*

2 Contrarium firmat *Gaitus de credito, cap. 2. tit. 8. num.* 118. ductus ex eo, quod ſemper una perſona plurium vicem ſubſtinere valer, quando habetur reſpectus ad officia, quibus fungitur illa perſona, & officia compatibilia, ex *Bart. in l. Tutorem, ff. de his quibus, ut indign. & l. ſi Conſul, ff. de adopt.* at officia ſunt compatibilia, cùm idem principalis, ſi ſcripſiſſet fungeretur officio illius teſtis contra ſe ipſum, imò tantò fortius probaret, & ſibi ſoli contra ſe crederetur, & ſi principali hoc conceditur, conſequenter, & fortius huic tertio cōcedendum.

3 In contingentia caſus defectiva dicebatur apocha, dum in ea debitor principalis confitebatur recepiſſe pecuniarum quantitatem, & fuerat ſcripta per terrium, undè principalis verè eſt tertius, & propterea debeat concludenter conſtare, quod apocha fuerit per tertium ſcripta, & ſubſcripta de mandato partis obligatæ, *Scacc. de com. part. 11. num.* 1072. & 1085. *Genua de ſcript. privat. lib. 2. tit. de apoch. manu tertii ſubſcript.*

num.20. & ſeqq. Gratian. diſcept.948.num.15. & deciſ. 114. *num.9.* Et talis ſubſcriptor nomine alterius non eſt numerandus pro teſte, & non poteſt eſſe ſibimet teſtis, ut in puncto *Odd. conſil.* 100. *num.* 64. *& ſeqq. Cancer. var.par.1.cap.22.n.4.*

Neque dicatur, quod dictus teſtis ſcriptor nomine partis uti deponens de facto proprio faciat pluſquam ſemiplenam probationem, ità ut plenè probat ſaltem concurrentibus conjecturis, *Farin. de teſt.q.69. num.22. Genua, ubi ſupra n.37.* Undè cum altero teſte plenè probat.

4 Quia objectio poteſt habere locum in aliis, & diverſis terminis, in quibus loquuntur *Farin.* & *Genua*, non verò in hac materia apochæ manu tertii ſcriptæ, & ſubſcriptæ, quæ valdè differt ab aliis materiis, in quibus regulariter duo ſufficiant teſtes, & in caſu iſto tres teſtes eſſe debent, ut colligitur, ex traditis per *Odd.n.64.& ſeqq.* nec credendum teſti ſubſcribenti aſſerenti ſe ex commiſſione partis ſcripſiſſe, & ſubſcripſiſſe, ità *Ciroccus diſcept. 75. num.9. & ſeqq.* ubi quod non docto plenè de ordine partis obligatæ apocha nullius erit effectus, & conſequenter alter teſtis ſubſcriptus cum ſit unicus, non plene probabit talem commiſſionem, quamvis de ea deponat.

5 Notarius, an repræſentare poſſit duas perſonas, Notarii, & Teſtis? In Regno per *Conſtitutionem inſtrumentorum robur*, Notarius non connumeratur in numero teſtium, unde ſi ſumma ſit infra libram auri, debent intervenire duo teſtes, ultra Notarium, & Judicem ad contractus, ſin autem ſupra libram, debent eſſe tres teſtes, ultra Notarium, & Judicem ad contractus, ità *Gaitus de credito cap.2.tit.1.n.401.*

Intelligitur autem circa probationem per Inſtrumentum faciendum; ſecus autem ſi creditor velit probare tenorem contractus per teſtium probationem, quia tunc Notarius, & Judex poterunt uti teſtes deponere, & in numero prædicto connumerarentur, *Urſill. ad Afflict. deciſ.*134. & poſt alios *Gaitus de credito cap.2 .tit.1.n.402.*

Inferri videtur, quod in caſu apochæ ſcriptæ manu tertii, rectiùs foret probari numerationem putà pecuniæ, & receptionem per eum, de cujus commiſſione ſcripta fuit apocha, & probari debitum.

De reaſſumptione Inſtrumenti dubitari contigit, an locus ſit reaſſumptioni, ſi ſupervivat Judex, & Notarius, quia per *Conſtitutionem Bajulos, §.Cæterum*, non poſſunt Inſtrumenta reaſſumi, niſi ad minus ſupervivant duo teſtes, & quamvis per dictam *Conſtitutionem Bajulos*, duo teſtes examinari debeant per extenſum de veritate Inſtrumenti, attamen ſtante poteſtate, quæ ſolet Notariis concedi in eorum privilegiis, dum creantur, reaſſumendi ſcilicèt Inſtrumenta, dummodò ſuperſint ad minus duo teſtes, non practicatur examen, quia cum ſe ſubſcribunt de veritate, cenſentur deponere, ut *D.Hodiern.contr.38.n.50.*

6 Cenſet igitur *Hodiern. ut ſupra num.* 49. ſi vivat unus Teſtis, & Notarius, tunc Notarius fungi vice Teſtis, & Notarii; *Galseris de liquidat.inſtrum.2.1.& 1. rub. vel reaſſumptum num.23.*

E' contrà *Conſil. Roccus reſponſ. 12.tom. 2. n.19.* tenet, non eſſe locum reaſſumptioni, ex quo Notarius, & Judex non poſſit ſubrogari in locum tertii, nec poteſt quis eſſe Judex, & Teſtis, *Tuſcus lit. F. concluſ. 98. Molfeſ.tom.2. ad Conſuet.part.1. quæſt.11. n.3. Ego in obſervat.485.de Franch. n. 3. in fine,* ſcripſi prædicta procedere in celebratione Inſtrumenti, ſecus in reaſſumptione, amplexando opinionem *Hodierna Urſill. ad Afflict. dec.48.n.3.Gait.de credito cap.3.tit.1.n.814.*

7 Unus, & idem teſtis, an poſſit fungi officio duorum deponens ex una parte de veritate facti, & ex alia ſimul cum alio de confeſſione extrajudiciali conteſtando cum illo de eodem loco, & tempore? Negandum videtur, quia hoc modo probaret pluſquam ſemiplene, & conjunctus cum teſte de confeſſione extrajudiciali plene probaret, ità *Alex.conſil.152.n.19.lib.5.*

Contrarium tenent plures, quos refert *Gratian. diſcept.* 438. *num.* 27. *Surd. deciſ.12. n. 5. Mareſcott. var. lib.1.cap.59.n.31.Fontanell.dec.258.à n.17.* qui videri poterit.

ARGUMENTUM.

In actionibus, & in interdictis duplicibus utraque pars duarum perſonarum vices gerit, quæ exemplificantur, & juramentum quilibet præſtat ſub duplici forma. Qualiter conſiſtant Judicia ſine Actore, Judice, & Reo, & locum habet regula Actore non probante Reus, abſolvitur. Quomodo adſit legalis conventio, & reconventio, & ſimilia ſint judicio conventionali, & reconventionali, & Judex fugitur vice duorum, & duplex conſequitur ſalarium.

SUMMARIUM.

1 *IN actionibus, & judiciis duplicibus utraque pars gerit vices actoris, & rei.*

2 *Utraque pars præſtat juramentum ſub duplici forma.*

3 In-

3 *Judicium, an ſubſiſtat ſine certo actore, & certo reo.*

4 *Provocans, an ſit actor, tàm quo ad ordinem, quàm quo ad deciſionem.*

5 *Judicia duplicia, an ſint diverſa ab aliis.*

6 *Provocatus, an teneatur facere probationes.*

7 *Cauſa conventionis, & reconventionis ineſt in iis judiciis.*

8 *Judex gerit vices duorum, & an habent duplex ſalarium.*

C A P. XIV.

1 DAntur actiones civiles duplices, ut ſunt, familiæ erciſcundæ, finium regundorum, & communi dividundo, pro ſocio, & ſimiles, ut in *l. In tribus, ff. de judic.* Pariter interdicta duplicia, ut interdictum uti poſſidetis, ſeù interim, & utrobi. Duplicia dicuntur hæc judicia, nam utraque pars, tàm actoris, quàm rei partes ſubſtinet, & duarum perſonarum vices gerit, *text. eſt in §. tertia diviſio, Inſtit. de interd.* & ibi *gl. l. judicium communi, ff. finium regund.* & de interdicto interim, & manutentionis, *Fontanella de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 3. p. 10. num. 91. Card. de Luca de judic. diſcur. 2. num. 8. Poſtius de manut. obſerv. 5. n. 16. & 17.*

2 Unde uterque duplex præſtabit juramentum, videlicet, quod non calumnioſè agit, & quod non calumnioſe excipit, ſeù præſtabitur unum juramentum ſub duplici forma, *gl. in c. in pertractandis, ver. vice de jur. calum.* & ſequitur *Decius* ibi, & juxtà *Abb. in cap. ex literis de probat. n. 9.*

3 Intelligendum advertit *Fontanella n. 92.* non ut præſumas, interim non dari certum actorem, nec certum reum, impoſſibile enim eſt, quod ſine hac poſſit judicium ſubſtineri, erit enim actor, & pro tali habebitur, ac actoris partes ſubſtinebit, qui prius venit in judicium, & è contrà, reus erit, qui provocatus fuerit, juxtà *l. in tribus, ff. de judic.* ubi *gl. 't.* optimè *Conſil. de Georg. al. leg. 12. num. 4. Afflict. dec. 268.*

4 Attamen eſt tantummodò, quo ad ordinem judicii exigentis perſonas actoris, & rei ne alias confuſio inducatur, ſecus verò quo ad effectum, & deciſionem, quia quilibet eſt actor, & reus, *d. l. judicium,* & ibi *gl. l. inter hæredes, ff. famil. erciſ. Barboſ. in c. ex literis, verb. vices,* & ibi *Abb.*

5 Judicia hujuſcemodi duplicia, an ſint ab aliis judiciis diverſa, nunc videndum, quia omnibus notum eſt, actore non probante reus, abſolvi debet, *l. qui accuſare, C. de edendo, l. actor, C. de probat.*, & ſecundum *Abb. in d. c. ex literis n. 10.* dicendum videtur, quod ſic, nam uterque dicitur actor, & reus, & propterea debeat utraque pars probare de jure ſuo, & iſta fuit opinio *Hoſtienſ.* ibi ſudens, quod meliores probationes faciant obtinere, & ſi ſunt æquales, fertur ſententia pro eo, qui provocatus fuit ad judicium, in aliis verò judiciis ſecus eſſet; quia reus non tenetur aliquid probare, niſi velit.

6 Quandocumque provocatus nihil petit, ſed negat petita per actorem, & tunc neceſſariò non tenetur aliquid probare, ità *Hoſtienſ. ubi ſup. Bertram. conſil. 260. num. 2. lib. 4. Abb. ubi ſupra, Hieron. de Monte ubi ſupra cap. 48. n. 6.* ubi quod habet locum regula, actore non probante, reus abſolvitur.

7 In judicio duplici adeſt quædam legalis reconventio, unde poteſt Judex ratione conventionis cauſæ ſententiam proferre, tàm in beneficium actoris, quàm rei conventi, licet non adſit ſpecifica reconventio, *gl. in cap. 1. & 2. de mut. petit.* Undè ſimile eſt judicium conventionis, & reconventionis, quia uterque vices gerit duarum perſonarum actoris, & rei. Diſſimile tamen eſt judicium conventionis, & reconventionis, cum reconventione facta, & per reconventionem ſit jus quæſitum reo, & res non ſit integra, ſed cauſa præventa non poteſt actor à lite deſiſtere, & liti renunciare. Aliter in judicis duplicibus, quia non vult eſſe actor, non cogitur eſſe reus, ità pro Clerico actore probat, & deciſum refert *Reg. Marcian. diſput. 73. n. 13.* & dixi late *in obſerv. 349. Præſ. de Franch.*

8 Judex, qui debet judicare in cauſa conventionis, & reconventionis fungitur jure duorum, & duplex competit ei ſalarium, unum ut Judici conventionis, de conventione ipſa, aliud ut judici reconventionis de reconventione, ità firmat, & practicari tradit *Fontanell. in deciſ. 214. num. 7. & ſeqq.* quia de utroque tàm de petitione actoris, quàm rei Judex ſuſcipit laborem.

ARGUMENTUM.

Via brocardica eſt, utrum quis poſſit fungi vice plurium. Regulariter non poſſit, niſi officia ſint compatibilia, & recenſentur. Diſtinguuntur actus juriſdictionis voluntariæ, & contentioſæ, & in voluntariis, quæ ſe mutuo impediant, & dividuntur impedimenta. Delatis uni duobus officiis incompatibilibus, utrum per ſubſtitutum deſerviri, aut vendi valeat?

S U M M A R I U M.

1 *CAuſa brocardica eſt, utrum quis poſſit plures perſonas repræſentare.*

2 *Regula aſſignatur.*

3 Ex

3 *Ex cauſa quis poteſt multiplici officio fungi.*

4 *Electus ad plura compatibilia, totidem habet ſalaria.*

5 *Diſtinguuntur actus voluntariæ juriſdictionis, & impedimenta exercendi plura officia.*

6 *Exempla incompatibilium etiam in artificiis.*

7 *Concurrentibus duobus officiis incompatibilibus in uno, an poſſit deſerviri per ſubſtitutum, vel unum vendi valeat?*

C A P. XV.

1 VIa brocardica eſt inquirere; an quis poſſit fungi vice duarum perſonarum fungendo duplici officio, non enim deſunt jura, & exempla pro utraque parte, undè cauſam brocardicam appellat, *Add. ad Abb. in cap. ex literis de probat. lit. C. ad n.* 10. quia non poteſt dari certa doctrina, ut inquit *Abb. d. n.* 10. ideòque non multum inſiſtendum ait, *Add. ad Abb.* At rectiùs dic oppoſitum.

2 Regulariter non poſſe, quem fungi tradit *Addit. ubi ſupr.* niſi poſſet quis utrique officio deſervire, & ambo eſſent compatibilia, ſecus ſi ſint incompatibilia, niſi aliud operetur hominis, vel juris diſpenſatio, ità *Abb. ubi ſup.* quæ autem ſint compatibilia, vel incompatibilia certa doctrina dari non poteſt.

3 Ex cauſa, quem poſſe triplici officio fungi, habetur in *l. fin.* & ibi *Bart. C. de exequ. art. lib.* 10. *Speculat. in tit. de jur. calumn. §.* 3. *verſ. quid ſi aliquid, & in tit. de cenſ. §.* 2. & in hoc caſu gerit vices trium perſonarum, *Addit. ad Abb. ubi ſupra.*

4 Si unus eligitur ad plura officia compatibilia debet habere duo ſalaria, ſicut gerit duo officia, ità *Bald. in l. binos, §. fin. ff. de advoc. diverſ. Judic. Paul. de Caſtr. in l. ſi eadem, ff. de offic. aſſeſſ.* Undè cum quidam teſtator ordinaſſet, quod in Civitate Piſtorii legerentur duæ lectiones, una ordinaria in mane, & alia in ſerò, & ſtatuiſſet ſalarium pro utraque lectione, & fuiſſet deputatus ad legendum utramque lectionem, quidam excellens Doctor, cum dubitaretur, an deberet habere utrumque ſalarium, interrogatus de ſua opinione *Addit. ad Abb.* tradit, conſuluiſſe quod ſic, & conſilio ſe ſubſcripſiſſe Lectores Cathedræ illius Civitatis.

5 In juriſdictione voluntaria poteſt quis ſubſtinere vices plurium, dummodò exercitium unius actus non præſtet impedimentum alterius. Primum exemplum eſt in *l. Si Conſul, ff. de adopt.* ubi filiusfamilias, ſi ſit Præſes, poteſt ſemetipſum apud ſeipſum emancipare, vel in adoptionem dare, exemplum etiam eſt in *l. una, ff. de officio Conſul.* ubi Conſul poteſt apud ſemetipſum manumittere ſervum ſuum, & ſic repræſentat perſonam Domini, & perſonam Conſulis, & adeſt *cap. Poſtulaſti de conceſſ. præbend.* Ponitur aliud exemplum in Notario, qui ſi alias ſit Judex poteſt ſcribere, ut Notarius, & authoritatem præſtare, tanquam Judex in iſtis voluntariis, ſic *Gloſſ. in l. Jubemus, C. de Sacr. Eccleſ.*

Exercitia tamen poſſunt mutuo ſe impedire in voluntariis, ut eſſe de duobus Collegiis, quorum exercitia mutuo ſe impediunt, *Innoc. in cap. Dilecta de exceſſ. prælat.* hinc incompatibilia ſunt duo beneficia curata, vel duo ſimplicia reſidentiam exigentia, *cap. Non poteſt de præbend. in* 6. Alter ob penuriam Clericorum, *cap. Clericus* 21. *q.* 1.

In judicio, & extra poteſt quis ſubſtinere vices duorum, niſi impediatur, aut propter impotentiam facti, aut juris. Primo modo, quando non poteſt de facto exercere utrumque officium, vel deſervire utrique, & impedimentum juris eſt in Judice non valente judicare facto ſuo, ità quod non poſſit eſſe Judex, & Actor, nec Teſtis, & Judex, & quando impeditur propter præſumptionem, ſeù ſuſpicionem affectionis amicitiæ, vel inimicitiæ, prout non poteſt eſſe Judex, & Advocatus, vel Procurator, & Teſtis, *cap. fin. de teſt. in* 6. *Abb. ubi ſup. n.* 12.

6 Officium Judicis, & officium Notarii, ſeù clarius Actuarii, an ſint incompatibilia? Negat *Bart. in l. Comperimus, num.* 2. *C. de proxim. Secret. Scrinior. lib.* 11. cum tendant circa diverſa. At verius idem *Bart. in l. Jubemus, §. Sanè ſequitur, C. de Sacroſ. Eccl.* contrarium docet, ſi agitur in forma judicii. Aliter ſi non in forma judicii, niſi in brevioribus cauſis, *Dec. conſ.* 42. *n.* 4.

Officia omnia, quibus artifices deſerviunt Reipublicæ, ſeù artificia erunt incompatibilia, ſi ex concurſu eorum aliquod inconveniens ſequatur in præjudicium utilitatis publicæ, ut officium coriarii, & ſutoris coriorum, quia fierent monopolia, adhoc ut pretia eorum creſcant, ita per leges Hiſpaniæ cautum ſcribit *Roxas de incompatibil. part.* 6. *cap.* 4. *num.* 41. & *num.* 46. quod incompatibile ſit officium Judicis ſuperioris cum inferiori, & officium Decurionis cum illo Conductoris gabellarum.

7 Officia incompatibilia, ſi concurrant in eadem perſona, ſi unum, vel utrumque vendibile ſit, vel poſſit per ſubſtitutum exerceri, an compatibilia fiant? Affirmandum videtur, quia fœmina licet incapax ſit ad uſum, vel exercitium officii, *l. fæminæ, ff. de reg. jur.* Tamen ſuccedere poſſunt, ſaltem quoad illorum commoda, & emolumenta, *l. Omnimodo, §. Imputari, C. de inoff. teſtam. l. fideicommiſſa, §. Si Servo, ff. de leg.* 3. ubi mili-

tiæ

Digitized by Google

tiæ vendibiles legari, & pignorari poſſunt, *l.fin. C. de pignor.* Fœminam ſuccedere in officio conceſſo alicui, & ejus hæredibus, probat *Reg. Rovit. conſil.63.n.4.tom.2. Præſ.de Franch. dec. 627.* & ibi *Ego num. 7.* & *Reg.de Ponte deciſ.17.n.19.* Nam licet fœminæ non valeant publica officia exercere, prohibitio non provenit ratione incapacitatis perſonę, ſed tantùm ex cauſa honeſtatis, ideò ratione honeſtatis deſerviet per ſubſtitutum, *Reg.de Pont.ubi ſup. D. Altimar.ad Reg.Rovit. d. conſil.63.* Et quando conceditur officium pro hæredibus, vel cum facultate vendendi, tunc videtur mutare naturam ſuam, *Reg.de Pont.dec.28.n.62. Ego in d.obſerv.622.* ubi ediſſero, an fideicommiſſum imponi valeat. Hanc quæſtionem tractat latiſſimè *Roxas, ubi ſup. à n.60.per tot. cap.4.* ubi an inhabilitas medii inducat inhabilitatem in extremo, & ex incapacitate ſubſtituentis reſultet incapacitas ſubſtituti cum *Larrea.*

De incompatibilitate muneris Judicis, vel Aſſeſſoris, & Advocati, fuse dixi in *Gratian.cap.39.*

ARGUMENTUM.

Exornatur regula, *Jura duorum, quando ad unum deveniunt, remanent diſtincta, ac ſi eſſent duæ perſonę;* utrum emptore cum pacto de retrovendendo donante rem emptam, deindè ceſſo jure luendi ipſi donatario, confundatur illud jus reemendi, vel remaneat diſtinctum, & ſervitus extincta, an reviviſcat. Pater, ſi uti legitimus Adminiſtrator bonorum filii egit contrà unum, & ſuccubuit, an poſſit deindè appellare nomine proprio. Clerico convento, uti hærede, an illæſum remaneat in eo privilegiũ fori, & hæres ſit diſtincta perſona à defuncto. Quæſtiones per *Fontanellam*, & alios expenſæ in re, quando una perſona fungatur vice pluriũ, ſi jura plurium, quæ devenerunt in unum non habent capacitatem ſiſtendi per ſe diviſim.

SUMMARIUM.

1 *Jura duorum, ſi deveniant ad unum diſtincta remanent.*

2 *Ceſſo jure luendi per venditorem donatario rei venditæ, an diſtinctum remaneat illud jus?*

3 *Pro debito donantis, non poteſt præjudicari juri luendi donatario ceſſo.*

4 *Ceſſione juris luendi facta, extinctum fuit illud jus.*

5 *Ob taciturnitatem, an ſibi præjudicet, quis non impediendo venditionem?*

6 *Servitus extincta per acquiſitionem dominii prædii dominantis, an reviviſcat?*

7 *Jura plurium, ſi non habent capacitatem ſiſtendi in uno diviſim, an diſtincta remaneant?*

8 *Pater agens nomine filii, ſi ſuccumbat, an appellet, vel excipiet nomine proprio?*

9 *In Clerico uti hærede convento, an pro foro attendatur perſonæ ſuæ privilegium?*

C A P. XVI.

1 JUra duorum, quando ad unum deveniunt, & ſunt in eadem perſona, tunc ea remanent diſtincta, ac ſi eſſent duæ perſonę, & non confunduntur, *l.1. ubi Bald.ff.de offic. Conſul.* abunde *Surd.dec.153.n.10.* & *conſ.91. num.19.* ubi ponit plura exempla *Fontanell. dec.195.n.16.*

2 Paulus emit à Petro domum, cum pacto de retrovendendo, Paulus emptor legavit eam Joanni, qui obtinuit ceſſionem juris reemendi à venditore per viam donationis. Poſtmodum Joannes poſſeſſor conventus fuit à creditoribus Pauli legantis pro debitis ab ipſo contractis, domo vendita ſubhaſta, & poſſeſſione tradita licitatori. Hæſitatum fuit, an legatarius vigore ceſſionis poſſit reemere domum? Videtur affirmandum, quia jus luendi erat diſtinctum, & ſeparatum à Paulo legante, quod poſteà devenit in legatarium per ceſſionem, ideòque jura duorum cum devenerint ad unum, videntur diſtincta, ac ſi eſſent duæ perſonæ.

3 Præterea pro debito legantis non potuit vendi, niſi domus legata, cum illo tamen jure luendi, & non potuit Judex præjudicare juri acquiſito per legatarium, cum illicitum ſit vendere unius rem pro debito alterius, *l. Marcellus, §. Res quæ, ff. ad Trebell. Auth. Res quæ, C.commun.de legat.*

4 E contrariò contra agentem jure luendi ceſſo arguitur, quod facta ceſſione facultatis reemendi liberatus fuit fundus ab illo onere ſervitutis, cum res propria ſuo domino non ſerviat, *l. re communi, ff. de ſervit. verb. præd.* & ità liber tranſivit fundus ad emptorem ſubhaſta, *l. ſi quis ædes, ff. de ſervit. urb. præd.* ibi: *Si quis ædes, quæ ſuis ædibus ſervirent, cum emiſſet, traditas ſibi accepit, confuſa, ſublata ſervitus eſt, & ſi eas vendere vult, nominatim imponenda ſervitus eſt, alioquin liberæ veneunt,* ut adeſt *dec. 98. D. Reg. Rovit.* ubi extinguitur ſervitus abſq; aliqua ſpe reviviſcentiæ, niſi non pateret

aditus

aditus ad alterum fundum, præterquam per antea ſervientem.

5 Ad hæc poſſeſſor poterat contradicere, & impedire venditionem, reſpectu juris luendi, quod non fuerat debitoris, quo caſu res valuiſſet tantò minus, quanto illud ſolet æſtimari, undè non debebat tacere, & conſequenter ſibi præjudicavit ob doloſam taciturnitatem, *Surd. dec.* 70. *num.* 4. *&* *dec.*199.*n.*10.

6 Reviviſcentiam ſervitutis concedit *Fontanell. dec.*195. *num.*10. ſi de jure luendi fuiſſet oppoſitum per viam exceptionis, & prohibita ſit reviſcentia agendo, cum nullus agat contra ſeipſum, *l. debitor, ff. ad Trebell. Dec. conſil.* 614. *Tiraquell. de retract.* §. 11. *gloſ.*7. *num.* 2. ubi jus retractus, quod fuit confuſum per emptionem, ſi alter vicinus agat, potuit primus emptor excipere ad retinendum.

7 Regulam, *quando jura duorum, &c.* intelligit *Fontanell. num.* 11. in his, quæ habent capacitatem ſiſtendi per ſe diviſim, & ſeparatim in eandem perſonam, cujuſmodi non eſt jus luendi, quando acquiritur de novo domino rei, *Caſan. conſil.* 10. *num.* 151. *verſ. & unum*. Ulterius reſpondet *Fontanell.* poſſe jus luendi conſervari penès acquirentem ſeparatum, & diſtinctum, ad effectum, ut de eo opponi valeat per viam exceptionis, & non aliter.

8 Super eadem regula, *quando jura duorum, &c.* ponitur caſus. Pater legitimus adminiſtrator bonorum filii, ſi egit contra unum, ſuccumbens, deindè voluit appellare nomine proprio, tradit *Fontanella* declaratum fuiſſe non licere, quia in prima inſtantia egit, ut pater, ideòque in ſecunda inſtantia non potuit agere uti tertius nomine proprio, cum cenſeatur diverſa perſona, & Judex appellationis non poſſit cognoſci niſi inter perſonas, quæ fuerunt in prima inſtantia, *l. à ſententia, ff. de appellat.* de qua materia videndus eſt *Fontanell. in deciſ.* 144. *& ſeq.* quando tertius appellare poſſit cum expreſſione cauſæ.

Aliud ſi per viam retentionis, ut ſi filius, uti hæres patris condemnatus velit retinere bona, & partem illorum pro dotibus maternis, non per hoc dicetur impugnare ſententiam ſtante inventario, quod impedit confuſionem actionum, *Mantica dec.*326. Quod habere optimum juris fundamentum, ait *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.*7. *gloſ.*2. *p.* 8. *num.* 49. nam quando jura duorum ſunt in eadem perſona, tunc ea remanent diſtincta, nec confunduntur, & quod facit uno nomine, non ſibi parat præjudicium in alio, *Bald. l.* 1. *ff. de offic. conſul.*

9 Propter eandem regulam, *quando jura duorum, &c.* Clericus ſuccedens laico, gaudet privilegio fori conventus à creditoribus defuncti, repræſentat enim duplicem perſonam propriam ipſius Clerici, & alteram defuncti, & ubi jura duorum rediguntur in eandem perſonam, tunc unum quodque remanet illæſum, & in ſuo robore, & jus unius perſonæ non confunditur in perſonam alterius, *l. ſi mihi Titio*, ubi *Bart. & Imol. & Jaſon. ff. de legat.* 1. Aliter incepto judicio, quia multa facta tenent, quæ antea fieri nequibant. Et militat tunc ratio quaſi contractus, & præjudicii, quod actori paratur ex judicii mutatione, ut ulterius hæreditas affecta eſt onere inſtantiæ ceptæ, quod eſt reale, & in realibus privilegiatus ſuccedens non privilegiato, non utitur ſuo privilegio, *Surd. deciſ.* 110. *n.* 9. & hæres tenetur ſervare factum defuncti, & quaſi contractum ob judicium inchoatum, *Carav. rit.* 234. *n.* 3. & differentiam inter litem ceptam, & non fusè adverti *in obſerv.* 364. *de Franch.* & nimis generalis eſt illa regula hæres, & defunctus ſunt una, & eadem perſona, & proinde eam non concludere, notabiliter ſcribit *Card. de Luca lib. de juriſdict. diſcurſ.* 72. *num.* 9.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus, vel Vicarius generalis in concurſu præſcripto à S. C. Trid. in proviſione Parochialium gerit duas perſonas, unam in adhærendo, alteram in præeligendo, quod explicatur. Refelluntur *Alex.* 35. & *Ugolin.* in hac re ignota Canoniſtis. Quando intret adhæſio, & collegialiter debeat fieri, & optando præelectio, & ſeparatim ex intervallo, & extra Diœceſim per Epiſcopum declaratur. Demum an peracto examine ante electionem magis idonei, quis poſſit concurrere?

SUMMARIUM.

1 *ORdinarius in concurſu ſuper proviſione Parochialium gerit duas perſonas, unam in adhærendo, alteram in præeligendo.*

2 *Doctrinæ* Alex. 35. Ugolini, Maſſobrii, *&* Caſtropal. *recenſentur.*

3 *Ordinarius poteſt adhærere approbato à duobus ex quatuor Examinatoribus, & n.* 5.

4 *Ordinarius poteſt ex intervallo, & extra Diœceſim præeligere.*

5 *Ordinarius non poteſt reddere vota æqualia ?*
6 *Caſus adhæſionis exemplificatur.*
7 *Refellitur* Alex. 35. & Ugolin.
8 *Clauſo examine, an alius poſſit concurrere ?*

C A P. XVII.

1 IN concurſu præſcripto à Sacro Concilio Tridentino in proviſione Parochialium, ut *ſeſſ.24. de reform. cap.* 18. & Conſtitutione Sancti Pii V. Epiſcopus, vel Vicarius duas perſonas in hac ſcena gerit. Unam cum examinatoribus efformans unum Collegium, ſeù corpus circa approbationem, vel reprobationem Concurrentium: Alteram verò perſonam præeligentis unum ex approbatis, ac idoneis renunciantis, ità *Dom. Card. de Luca de Paroch. diſc.* 1. *n.* 16. & Epiſcopus, vel Vicarius eligit magis idoneum, qui venit inveſtiendus.

2 In hac materia firmavit *Alex. 35. conſ.* 10. Epiſcopum in concurſu teneri præeligere illum, quo à majori parte ſuffragiorum approbatus fuit, *Ugolinus de Epiſcop. conſil.* 12. *n.* 3. præſupponit paritatem votorum in ipſis Concurrentibus, exemplificando, quia ſcilicèt duo Examinatores approbent Titium, & duo Sempronium.

Maſſobrius in prax. habend. concurſ. requiſ. 4. *dub.* 5. adducit quaſdem declarationes Sacræ Congreg. quod votum Epiſcopi, vel Vicarii non computatur ad faciendam majorem partem, eo quia ipſe non habet votum deciſivum, & *Rota in Elnen. Parochialis* 5. *Decembris* 1661. *coram Bevilacqua*, reſpondet de invaliditate concurſus, ac præelectionis illius, qui à duobus ex quattuor Examinatoribus approbatus fuerat, & à duobus aliis reprobatus.

Antiquis Canoniſtis hęc materia eſt ignota, cum ſit lex nova à S. C. Trident. introducta, poſt quam Concilii approbationem ſcripſit *Pariſ. de reſign. lib.* 8. *quæſt.* 9. *num.* 105. refert declarationem Sacræ Congregationis anni 1570. ut examen fieri debeat coram Epiſcopo, vel Vicario, abſque unius, vel alterius voto deciſivo, ſed quod poſſit accedere, ubi vota ſunt paria.

Melius *Caſtropalaus in oper. moral. tract.* 13. *p.* 2. *diſp.* 3. *§.* 4. *n.* 6. exemplificat caſum paritatis, his verbis: *Pares in votis ſunt Examinatores, ſi quattuor ſunt, & duo reprobant Cajum, & alii duo approbant, at quibus tunc Epiſcopus accederet, præſtaret approbationem, vel reprobationem, eaque de cauſa Concilii Congragatio dixit facere Epiſcopum de non approbato approbatum.*

3 Omnium meliùs *Ventriglia in prax. rec. notabil. annot.* 5. *§.* 1. *num.* 51. agendo de adhæſione in paritate votorum exemplificat. Ut ſi ex quattuor Examinatoribus duo approbarunt, & duo reprobarunt accedendo Epiſcopus, vel Vicarius duobus approbantibus, examinatus dicitur approbatus, & accedendo reprobantibus, dicitur reprobatus.

4 Reſolutivè dicitur, quod Ordinarius diverſam perſonam gerere dicitur, unam præſidentis cum Examinatoribus, & cum voto adhæſivo per ſeipſum, vel Vicarium, aut alium ad id ſpecialiter delegatum, illudque votum adhæſivum tunc in ipſo actu collegiativo jure proferre debet, ut ità actus collegiativus concluſus remaneat.

Alteram perſonam gerit circa jus præelectionis inter plures approbatos, & iſtam diverſo loco, & diverſo tempore pro ejus libito explicare poteſt, dummodò intra ſtatutum terminum ſex menſium id faciat, ne alias devolutioni locus fiat, & gratificatio fiat per Summum Pontificem. Unde frequens praxis docet præſertim in magnis Diœceſibus, ut concurſus fiat coram Vicario, vel altero præſidente ad id deputato, tranſmittantur autem vota approbatorum Epiſcopo, qui ſivè in eadem Civitate, vel loco concurſus, ſivè in altero tàm intra, quàm extra Diœceſim ex intervallo ad effectum propriæ, vel proviſionis Apoſtolicæ faciat, *Card. de Luca lib.* 14. *de reg. in annotat. ad S. C. Trident. diſc.* 32. *n.* 12.

5 Si vota ſint æqualia, ideòque concurrens juridicè nec approbatus, nec reprobatus dici valeat, tunc Ordinarius, vel ejus Vicarius habebit votum adhæſivum, ſeù præponderans, ut propterea illa paria approbationis, vel reprobationis actu concludat, cui ipſe adhærebit, quod votum differt à voto præelectionis alicujus ex approbatis.

Ubi vota Examinatorum concludunt pro majori parte, tunc Epiſcopus, vel Vicarius nullam gerit perſonam, putà ſi concurrens ex quinque votis habeat tria negativa, & duo affirmativa, non poterit Epiſcopus, vel Vicarius adhærere duobus, & ità reddere vota æqualia, ſed ille concuerens dicendus reprobatus. Undè non intrat adhæſio.

6 Caſus adhæſionis eſt, quando ex ſex, vel quatuor votis Examinatorum tria ex ſex, & duo ex quatuor approbent, & tria, vel duo reprobent concurrentem, quo caſu actus pro neutra parte dicitur concluſus, illeque dici non poteſt nec approbatus, nec reprobatus, ſed eſt in quodam ſtatu medio, ità ſtatera exiſtente in æquilibrio, tunc enim adhæſio Epiſcopi, vel Vicarii Generalis dicitur illud granum, quod poſitum in una ex bilanciis æqualibus facit eam præponderare, atque conſtituit illum, qui eſt in ſtatu ambiguo, in ſtatu certo approbati, vel reprobati, ità *Card. de Luca diſc.* 1. *n.* 22.

7 Quatenùs pertinet ad authoritatē *Alex.35.* ipſum reprobat *De Luca, ubi ſupra n.26.* dicens cum proceſſiſſe cum manifeſto æquivoco, dum præſupponit, quod Epiſcopus teneatur præeligere habentem majora Examinatorum ſuffragia, quod eſt abſolutè falſum, & quo ad *Ugolinum*, iſta authoritas nec pro una, nec pro altera computanda videtur, dum æquivocat explicando caſum, atq; loquitur, ità generaliter, quod in effectu nihil concludit.

Quo ad *deciſ. Rotæ in Elnen. Parochialis 5. Decembris 1661. coram Bevilacqua*, ibi ponderatur nullitas præelectionis tanquam factæ in perſona non habente approbationem, dum ex quatuor Examinatoribus habebat duo vota approbantia, & duo reprobantia. Vicarius autem in eo actu collegiali nullum fecit actum adhæſionis, & ſic non exercuit primam perſonam ſupra diſtinctam adhærentis, ſed ſolùm ex intervallo poſt biduum, atque in diverſo loco explicavit ſecundam perſonam præeligentis, undè nullitas remanebat clara, cum ille dici non poſſet approbatus, quamvis neque reprobatus, & ſic termini erant diverſi.

8 Nuperrimè in facto habui, utrum peracto examine, & pluribus approbatis ante præelectionem, quis poſſit petere ſe admitti ad examen, præſertim ex juſta cauſa abſentiæ? conſului, quod ſic tanquam res ſit integra, cùm nulli ſit jus quæſitum ante votum præelectionis, in quo caſu beneverum non inveni doctrinam individualem, niſi *Maſſobr. requiſ. 3. de examin. deſcript. in concurſ. col. 2. pag. 222.* ubi intelligit rem integram ante præelectionem.

ARGUMENTUM.

Patronus ex diverſis juribus, vel Procurator plurium patronarum, aut jurepatronatus ſpectante ad aliquem ex una cauſa, & ex alia uti ad unum ex collegio, an præſentans tanquam duplex perſona formalis habeat plures voces? Refertur praxis, & an poſſit ſcindere vota? Expenditur *tex. in cap pen. §.Porrò, de lect. in 6.* Diſtinguitur inter electionem, & inter præſentationem laici, & qualiter poſſint eligi duo.

SUMMARIUM.

1 *Patronus ex diverſis juribus, an uti duplex perſona poſſit ſcindere voces.*

2 *Procurator plurium ex perſonis principalium, an poſſit?*

3 *Præſentans proprio nomine, & uti unus ex collegio, an habeat plures voces?*

4 *Diſtincta jura in unum devenientia illum multiplicant.*

5 *Habens duas voces, non poteſt eligere plures.*

6 *Procurator plurium habens mandatum ab uno de certo eligendo poteſt diverſos præſentare.*

7 *Diſtinguitur inter juspatronatus Eccleſiaſticum, & laicale.*

CAP. XVIII.

1 Patronus ex diverſis juribus habens jus patronatus, putà, quia ſucceſſit pluribus patronis, an poſſit voce, quam habet tanquam duplex perſona formalis, ex una via præſentare unum, & voce, quam habet ex alia, præſentare alterum?

2 Eadem intrat quæſtio: an Procurator, qui à diverſis habuit mandatum ad præſentandum, poſſit diverſos præſentare uti fungens vice plurium perſonarum?

3 Coincidit alia quæſtio, ſi juspatronatus ſpectet ad aliquem particularem ex una cauſa, & ex alia ad aliquod Collegium, de quo eſt etiam ille particularis, an hic poſſit præſentare jure Collegii cum Collegio, & jure particulari de per ſe? Hic articulus etenim non eſt diſputabilis, cum quilibet poſſit, fungi duplici officio, licet ſit una, eademque perſona, ut in puncto *Vivian. de jurepatr. lib.8.cap.4.* ubi ità refert practicari in Eccleſia Curata S. Mariæ de Mezana, cujus juspatronus pro dimidia ſpectat ad Capitulum Eccleſiæ Piſanæ, & alia dimidia ad Nobiles Piſanos domus Rocca, nam quando ex dicta familia fuit aliquis Canonicus, tanquam patronus præſentavit, & tanquam Canonicus in Capitulo votum dedit.

4 Deſcendendo ad quæſtionem, an diverſa jura habens, poſſit diverſos præſentare? Tenendum videtur, quod ſic, nam quando duo jura deveniunt in unum, in ipſo remanent diſtincta, ac ſi eſſent diverſæ perſonæ, ut ſupra pluries dictum eſt. At ſi eſſent plures, quilibet poſſet præſentare ad libitum, quem voluerit, prout poſſunt plures compatroni diverſos præſentare. Ergo ità patronus ex diverſis juribus, ità *Rocch. de Curte de jurepatr. verſ. honorificum q.21.*

5 Contrarium probat *text.* juncta *gloſ. cap. pen. §. Porrò, de elect. in 6.* ubi dicitur, habentes duas voces, unam jure proprio, alteram uti procuratorem alterius, non poſſe unam vocem dari uni, alteram alteri, & ſecus faciens nihil facit, ea ratione, nam eadem conſcientia, qua tenetur jure proprio eligere meliorem, debet eligere tanquam procurator, & vult *Lap. alleg. 22.* quem ſequitur

tur *Lambert.lib.2.p.1.art.11.q.4.* ubi *n.3.* concludit: *Et ità ego tenerem, nam ipſe eligens, vel præſentans ſua conſcientia ducitur ad eligendum magis unum, quam alterum, illa debet induci tàm nomine ſuo, quàm nomine alieno, ſivè ſumus in electione, ſivè in præſentatione, non enim tunc diſcernit idoneum, ſed tantum ſequitur conſcientiam ſuam.* Idem comprobat in *lib.2.q.2.p.2.art.20.n.3.* ubi tradit, illum, quem jure collegii quis præſentavit, debeat, & jure ſingulari præſentare, ſeù è contrà, & non diverſos per *d.c.penult. §.porrò.* Coincidit, quod inquit *Lap.alleg.* 22. quod ſi Parocchiani præſentarunt unum jure ſingulari, non poterunt, præſentare alterum jure Collegii, quia conſcientia repugnet, idemque dicit de habente mandatum à diverſis ad præſentandum.

Reſolutivè dicitur, quod Procurator habens mandatum de certo præſentando, tunc poſſit diverſos præſentare ſecundum diverſa mandata, vel ſaltem unum juxtà mandarum, & alterum ſecundum ſe, ſi nullus eſt in mandato expreſſus, ità per *text.in d.c.pen. Labertin. lib.2.p.1.q.4.art.11.n.4. Abb.in cap. cum olim 12.de ſent.& re judic.n.9.*

6 Si agitur de jure præſentandi laicali, patronus abſque dubio poteſt accumulativè variare, vel ut ſingularis, vel ut de Collegio, ità *Labertin. lib.2.p.2.q.2.art.20.n.3. Vivian.ubi ſup.* Aliud cenſeo, ſi non accumulativè, ſed recedendo à præſentatione ab ipſomet alias facta, *Clement.plures §. fin.de jure patron.Lambert.lib.2.p.2.q.7.art.22.n.4.* pulchre *Merlin.dec.613.*

7 Quoties tractatur de electione competente Eccleſiaſticis jure Eccleſiaſtico, & tunc non poteſt niſi ſemel eligi, nec dividi vox propria ab illa, quam habet uti Procurator, per *text.in d.cap.pen.§.porrò,& cap.ſi quis juſto de elect. in 6.* Benè tamen poſſunt eligi duo, unus purè, alter conditionaliter, ſi primus non fuerit idoneus pro ſecuritate eligentis, ut *Vivian.ubi ſup.*

ARGUMENTUM.

Epiſcopus alicujus Eccleſiæ, pariter, & Canonicus interveniens uti Canonicus in Capitulo, an habeat duas voces, vel votum præponderans in collatione Canonicatuum? Ad ornatum *Text.in cap poſtulaſti de conceſſ.præb.& cap.à collatione de appel. in 6.* Refertur praxis Hiſpaniæ, & aliorum locorum, & uſus Regni, & declaratur ſimultanea collatio Epiſcopi, & Capituli, & quid de jure communi, & attenta conſuetudine? Demum interveniendo Epiſcopus Eccleſiæ, ut Canonicus, in quo loco ſedere debeat? Senſus *Authoris* ad declarationem quæſtionis.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus ſimul, & Canonicus, an uti duplex perſona formalis in collatione Canonicatuum habeat duplex, vel præponderans votum?*
2 *Refertur mos Hiſpaniæ.*
3 *Collatio Canonicatuum, ad quem de jure ſpectet?*
4 *Praxis Regni, & Italiæ.*
5 *Dupliciter concurrit Epiſcopus in collatione Canonicatuum.*
6 *Attendenda Conſuetudo circa duplicitatem voti, vel præponderantiam.*
7 *Interveniente Epiſcopo, uti Canonico, tunc collatione non concluſa, vel neglecta jure devoluto confert Epiſcopus.*
8 *Epiſcopus Eccleſiæ, uti Canonicus interveniens, in quo loco ſedere debeat?*

CAP. XIX.

1 Epiſcopus alicujus Eccleſiæ ſimul, & Canonicus, an ratione duplicitatis perſonæ formalis, habeat votum duplicatum in collatione Canonicatuum ad Capitulum communiter vigore conſuetudinis, ſeù ſtatuti, vel privilegii ſpectantium, aut habeat votum præponderans? Super hac materia ſunt expreſſa jura in *cap. Poſtulaſti de conceſſ. præbend.& cap.A collatione de appell. in 6.*

2 Idealis, nec ſpeculativa eſt quæſtio propoſita; nam in Hiſpania frequentius Epiſcopus eſt etiam Canonicus, & collatio Canonicatuum fieri ſolet à Capitulo, in quo ipſe Epiſcopus tantum intervenit tanquam unus ex Capitularibus, ut *Card.de Luca de benefic. diſc.1.num.29.*

3 Expreſsè ſtatutum non eſt in jure, ad quem pertineat collatio Canonicatuum, ac præbendarum Eccleſiæ Cathedralis? Dum *Fagnan.in cap. Cum Eccleſia Vulterrana de elect. num.2.* quatuor refert opiniones. Quarum prima eſt, ut ſpecter ad ſolum Epiſcopum. Altera, ut ſit Epiſcopi de Capituli conſenſu. Tertia, ut ſit Epiſcopi, ſed requiratur Capituli conſilium. Quarta, ut ſit ſimultanea inter Epiſcopum, & Capitulum, quam magis communem, tradit *Fagnan. à num. 11. Mantic.deciſ.56.Ludoviſ.dec.95.* Deferendum tamen eſt conſuetudini, niſi habeat juris reſiſtentiam, ut quando privativè ad Epiſcopũ prætenditur per Capitulum, quo caſu ſufficit quadragenaria cum titulo putativo, ut *Rota cor.Peuia dec.754.& 993.Card.de Luca n.27.*

4 In Italia penè in totum in quatuor anni menſibus ceſſante alternativa eſt ſolius Epiſcopi, abſque aliqua Capituli participatione, quidquid ſit in Hiſpania, ut *De Luca d. n. 29.* At *n. 24.* refert de Eccleſia Salernitana, iſtam habere collationem Canonicatuum, vel beneficiorum ejuſdem Eccleſiæ, in quibuſdam anni temporibus, in aliis verò ſit Epiſcopi, niſi ſint reſervata.

5 Dupliciter poteſt concurrere Epiſcopus cum Capitulo in Canonicatuum collatione. Primò, tanquam Epiſcopus jure ſimultaneę collationis, quæ de jure viget inter ipſum, & Capitulum. Et tunc ipſe non intervenit in Capitulo, ſed conſideratur uti diverſa perſona habens coæquale jus, ità ut tanta ſit vox Epiſcopi, quanta Capituli, & ſi intervenire velit in Capitulo, ibi præſidendo, uti Epiſcopus, nullum habet votum deciſiuum, juxtà *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 6. Barboſ. alleg. 73. de Epiſcop. n. 17.* Undè *Abb. in cap. Poſtulaſti de conceſſ. præbend.* expreſsè notat Archiepiſcopum gerere duas perſonas, & quandoque Canonici, quandoq; Archiepiſcopi.

Aut intervenit uti Canonicus potius, quam tamquam Epiſcopus, & tunc de jure ſuum votum nullum habet privilegium, vel prærogativam, ſed tanta eſt ejus vox, quanta cujuslibet Canonici, ſeù Capitularis, *Abb. in cap. poſtulaſti de conceſſ. præb. Merlin. dec. 59. n. 2. Rota dec. 156. p. 12. rec. n. 19.* etſi *Abb.* cenſeat Epiſcopi votum eſſe ponderoſius.

6 Attendi beneverum debet Conſuetudo, prout univerſalis eſt in Hiſpania duplicitatis voti Epiſcopi, ut *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 45. num. 74. Burat. dec. 809. Luc. diſc. 30. num. 18.*

Idem ſi Conſuetudo adſit de præponderantiam voti Epiſcopi, ut mox citati *Authores*. Imò id eſt juxtà ſententiam aliquorum, ut *Hoſtienſ. in d. cap. poſtulaſti, Butr. n. 10. Imol. n. 9. Genuenſ. q. 643.* Quam opinionem non admittit *Rota*, niſi adſi conſuetudo, quæ an debeat eſſe quadragenaria, vel decennalis, agit *Rota dec. 304. p. 12. rec. n. 18. & 19.*

7 Quando Epiſcopus intervenit in Capitulo uti Canonicus, tunc ſi collatio non ſit concluſa, vel in caſu negligentiæ intra ſex menſes, devoluitur jus eligendi ad Epiſcopum, ut in *d. cap. poſtulaſti, & cap. à collatione de appell. in 6.* quia ſupplet negligentiam Capituli, dum ipſe ſolus non poterat concludere. Debet tamen disjunctìm fieri collatio jure devoluto. Secus ſi Epiſcopus contuliſſet in Capitulo, ut Epiſcopus, & collatio non fuiſſet concluſa, *Rota dec. 366. n. 22. p. 9. rec. Luca d. diſc. 1. n. 8. & diſc. 30. n. 19. Barboſ. de Epiſc. alleg. 127. n. 19.* Devolutio ad Epiſcopum non intrat, ſi collatio Epiſcopi ſit ſimultanea cum Capitulo; ità ut tantam vocem habeat Epiſcopus, quantam Capitulum, ſed aperitur locus devolutioni ad Papam in caſu negligentiæ, vel nullæ collationis, ità *Abb. ubi ſup.* ubi rationem aſſignat, quia ipſe non ſupplet negligentiam ſuam, de qua re videndus *Lotter. de re Pontific. lib. 1. q. 15. n. 43. & Card. de Luc. d. diſc. 1. n. 31.*

8 Ubicumque Epiſcopus, vel Archiepiſcopus interſit non uti Epiſcopus, vel Archiepiſcopus, ſed ut ſingularis de Collegio, aut potiùs ut Canonicus, licet perſona ſua, ſeù dignitas ſit honorabilior, quam dignitas Decani, vel Præſidentis, quia non ſtat ibi tanquam conſtitutus in ſua dignitate, ſed tanquam ſingularis, debeat tantùm honorari ratione ſuæ dignitatis præexcellentis, vel ſaltem habeat ibi ſecundum locum poſt Præſidentem, *arg. c. per tuas de major. & obed.* inquit *Abb. in d. c. poſtulaſti*.

9 Tangit *Præſ. de Franch. dec. 138.* quæſtionem, quam habuit in facto proprio, ſi Regius Conſiliarius dum eſt in Aula patrocinans aliquam cauſam, utrum debeat habere ſuum locum Senatorium, vel debeat ſedere ultimo loco poſt omnes, ex quo ibi non eſt, ut Senator, ſed uti Advocatus? Et in hac re defendit contra Collegam antiquiorem, licet allegarentur exempla contraria, & pro ſua opinione allegat *textum in cap. 1. de priv. in 6.* ubi Monachus duorum Monaſteriorum, quorum unum eſt exemptum ab Ordinarii juriſdictione, alterum non, dum commoratur in Monaſterio non exempto, non gaudet privilegio exempti, quia ibi non eſt uti Monachus exempti. Adſtipulatur *text. in cap. à collatione de appell. in 6.* ubi quando Epiſcopus, & Canonicus ſedet cum aliis, non gaudet prærogativa majoris dignitatis, eadem exempla, & alia cumulat *Felix Centcolor. in tract. de praecd. ex n. 19.* & alia penes *Reg. de Marin. reſ. 202. Maſtrill. dec. 130.*

Contrarium inſinuat *Riccius in Add. ad Præſ. de Franch.* volens Senatorem non eſſe defraudandum ſuo debito loco, quia illa cum ſua antiquitate non ſit ſeparabilis, nec ſit contemnenda, ut ſtet ibi cum detrimento ſui honoris.

Fontanell. in dec. 207. n. 11. exiſtimat de rigore juris veriorem opinionem *de Franch.* Sed de urbanitate, quę inter Collegas ſplendere debet, tùm ob excellentiam dignitatis, tùm ob generis nobilitatem, quæ eſt in eorum majori parte non judicaret boni exempli eſſe, quod inter eos de damno proprio loco Collegæ etiam venienti advocato dubitaretur, & ità practicatum dicit *Franc. de Petr. conſ. 9. n. 4.* & de Epiſcopo Biſiniani effecto Conſiliario, ut præceſſerit alios tempore anteriores, tradit *Reg. de Ponte deciſ. 2.*

Anna

Digitized by Google

Anna conſ.40 n.47. Beneverum eſt, quod id proceſſerit de gratia ſpeciali, tradit *Ferdin. Bovar.* penès *de Marin. ubi ſup. n.20.* Nuperrimè vidimus olim Epiſcopum Titularem D.Paulum Garbinatum ſedentem, ut Canonicum in Vener. Eccleſia Neapoli præceſſiſſe alios Canonicos, ut *D.Scoppa ad Grat. dec.16.n.35.*

In ſtricta juris cenſura ſuffragantur contra Epiſcopum intervenientem, ut Canonicum plura, quæ deduxi in *obſ. 548. n.6.* ubi quod poteſt quis eſſe major, & minor diverſis reſpectibus, ſecundum *gl. in cap. quæritur 2. q.7.* per *text. in cap. perlectis 25. diſt.* quam ſequitur *Caſſan. in Catal. glor. mund. 11. p. conſid. 12.* ad inſtar Epiſcopi, qui licèt ſit major omnibus de Collegio, ſi tamen ibi ſedet, ut Canonicus, ſtabit in ſuo loco, ut Canonicus, & non major omnibus, *gl. in d. cap. à collatione in fin.* quam dicit ibi ſingularē *Geminian. Caſſan. p.4. conſid.45.* Ratio eſt, quia illa qualitas dignitatis nihil confert ad negotia Capituli, ideò non eſt attendenda, *Felin. in cap. ex literis col.1. de probat.* Simili ratione filius Præſes præcedit patrem in his, quæ ad officiū pertinent, prout Epiſcopus filius.

Diverſitas autem conſideranda eſt inter Epiſcopum Titularem Canonicum in aliqua Eccleſia, vel inter Epiſcopum non proprium Eccleſiæ intervenientem uti Canonicum, & inter proprium Eccleſiæ Epiſcopū ſimul, & Canonicū intervenientē poſtremo modo, quia in primo caſu reputatur mere privatus. At ſecundo caſu ratione dignitatis propriæ, & juriſdictionis actualis in propria Eccleſia rationem habet præcedendi alios non habentes, ſed ſubditos, & Epiſcopus in ſua Eccleſia reputatur Pontifex, ideoque omnes præcedit quamvis ordine, vel dignitate majores, *Caſſan. p.4. conſid. 22.* & præeminentiam trahit illa qualitas juriſdictionalis, qua reputatur caput, ideòque primum locum acceptare debet, late *Card. de Luca de præbemin. diſc. 16.* & abſurdum eſſet, quod ſubditus præcedat Superiorem, *Ludov. dec. 310. n.5.* & monſtruoſum, & incongruum eſſet, & ubi ſint membra, ubi debet eſſe caput, dum Canonici ſunt tanquam membra, & ſi Vicarius interveniendo in Capitulo ratione ſolius interventus, uti repræſentans Epiſcopum occupat primum locum, ut *Card. de Luca diſc. 18.* à fortiori Epiſcopus.

ARGUMENTUM.

Servus communis duorum, vel plurium, repræſentat perſonas duorum, vel plurium dominorum, & habetur, ac ſi ſinguli domini eſſent hæredes inſtituti, vel legatis honorati, & quilibet poteſt repudiare partem. Aliter ſi unus eſſet capax, & diſtinguitur incapacitas, & agitur, ad quem ſpectet portio repudiata, vel pro non ſcripta.

SUMMARIUM.

1 *Servus communis, plurium pro pluribus ſervis reputatur.*

2 *Singuli Domini cenſentur hæredes inſtituti, ſervo communi inſtituto, & quilibet repudiare poteſt.*

3 *Numerus perſonarum ſervi communis computatur à capacitate cujuslibet Domini.*

4 *Diſtinguitur incapacitas domini, an ob delictum, vel aliam cauſam.*

5 *Uno domino repudiante, an portionem illius acquirat condominus, vel ſubſtitutus.*

CAP. XX.

1 Servus per ſe conſideratus habetur pro nullo *l. quod attinet, ff. de regul. jur. alien.* aliter inſpecta perſona domini, *l.1.§.1. ff. de uſufruct.* Unde ſervus communis pro duobus ſervis reputatur, *l. ſi fundum, §. ſubconditio, ff. de leg. 1.* & ſervus communis duorum, ac etiam plurium dominorum ſuorum perſonam ſuſtinet, *Bell. de jur. accreſc. cap.6. q.39. n.5. & cap.9. q.26. n.16.* & dominus pro portione dominica acquirit, *Bellon. d. q.26. n.16. Bart. in l. proindè, §. interdum, num. 1. ff. de ſtipul. ſerv.*

2 Unde inſtituto ſervo communi plurium, vel ei legato relicto, habetur, ac ſi ſinguli domini forent inſtituti, & ac ſi ſinguli domini eſſent legatarii, & proindè unus poteſt agnoſcere, alter repudiare, & inſtitutio, quæ in unius perſonam tantùm fuit collata, ſcinditur, *d. l. ſi fundum ſub conditione, §.1. l. ſervus communis, & l. cum ſolus, ff. de acq. hæred. Bellon. ubi ſup.*

3 At ſi tantùm unus dominus capax eſſet, aliter eſt, quia ei cenſetur acquirere, qui capit, quaſi tantùm illius ſervus eſſet, *l. 1. §. communis, ff. de ſtipul. ſerv.* quo fit, ut ei quaſi ſoli domino acquiratur, late *Bellon. c.5. q.40. num.11.*

4 Diſtinguitur beneverum, an legatum non conſiſtat ob delictum domini, in perſona illius, an ob aliam cauſam, nam ſi ob delictum domini, ut quia dominus aſcripſerit ſuo ſervo legatum, & tunc legatum habetur in totum pro non ſcripto, & nihil tunc domino debetur. Aut ab aliam cauſam, ut quia relictum ſervo teſtatoris, & Titii, & tunc totum ad alterum pertinet, non per jus accreſcendi, ſed jure poteſtatis, & ex natura acqui-

acquiſitionis; nam habetur, ac ſi Titii ſolum ſervus eſſet, *Bellon.cap.5.q.40.per tot.* Quamvis difficultas ſit, an propter legalem conjunctionem inter dominos locus ſit juri accreſcendi? prout quando à teſtatore ſimul aliqui vocantur ad eandem rem, locus eſt, nam ſimul conſtituunt unum corpus, ità domini à lege vocantur ex perſona ſervi, à qua pervenitur ad plures condominos, quos noſtri frequentiùs eos, legali conjunctione conjunctos appellant, ut *Bellon. c.5. q.27.per tot.* ubi hanc conjunctionem negat ex *l. & Proculo, ff. de l.1.*

5 Strictè communi hærede inſtituto, ſi jubente uno domino, ille adierit hæreditatem, & condominus repudiaverit aliam partem, ſi datus eſt ſubſtitutus, iſte præfertur condomino, *l. fin. ff. de vulgar. Bellon. cap. 7. q.32. num. 140.*

ARGUMENTUM.

Pater, & filius an ſit eadem perſona; ità ut pater primogenitus habens majoratum, ille poſſit uti legitimus adminiſtrator filii poſſidere alium majoratum incompatibilem, vel fungatur vice duorum. Et an filius ſuccedere poſſit, ſi deferatur ſequenti in gradu majoratus incompatibilis? Expenditur pulchra *Gloſ.in §. primo gradu. Inſtit.de gradib.*

SUMMARIUM.

1 *Paterfamilias habens primogenium, ſi aliud deferatur filio, an pater uti legitimus adminiſtrator concurrere valeat?*

2 *Pater, & filius ſunt eadem perſona.*

3 *Recenſentur negantes concurſum.*

4 D.Roxas *firmat concurſum.*

5 *Pater, & filius verè ſunt duæ perſonæ.*

6 *Primogenium incompatibile cum alio, ſi deferatur ſequenti in gradu, an concurrere valeat filius habentis primum?*

7 *Filius an ſit ſequens in gradu patris, vel in eodem gradu?*

CAP. XXI.

1 Paterfamilias primogenitus, ſi habeat primogenium, & contingat, quod filio in patria poteſtate cōſtituto deferatur aliud incompatibile cum illo patris, num valeat utrumque primogenium concurrere apud patrem uti legitimum adminiſtratorem, & nomine proprio?

2 Negandum videtur, quia pater, & filius pro una perſona reputantur, *l. fin. C. de impub. & aliis ſubſtit. Caſtill. lib.1. de uſufr. c.40. n.22. Giurb. de ſucceſſ. feud. cap.118. §.2. gloſ.1. n.11.* & filius eſt patris portio, & unus eſt cum patre ipſo, *cap. jam itaque 1. q.4.* & vox patris eſt vox filii, *§. ei verò, inſtit. de inutil. ſtipul.*

3 Comprobatur, quia pater poſſidet primogenium filii, & habet uſumfructum, & ità reſolvit *Merlin. de primog. lib.1. cap.19. à n.18. Solorzan. de Iudiar. gubern. n. 2. lib. 2. cap.15. num.2.* ubi ità de jure Indiarum ſtatutum inquit.

4 Contrarium probat *Roxas de incompatibil. p.4. cap.3. n.30. ex Alvarad. de conject. ment. defunct. lib.2. c.1. n.39. ex cap. dudum ext. de elect.* ubi quis poteſt habere duo beneficia incompatibilia unum in titulum, aliud in commendam, ſeù adminiſtrationem, *Solorzan. cap.19. num.46.*

5 Non obſtat, quod pater, & filius ſint una, & eadem perſona, quia reputantur pro una, non propriè, ſed fictè, ut in *d. l. fin.* ibi: *Pater, & filius eadem eſſe perſona penè intelligitur,* & *Alex.* ibi *n.2. Sed licet juris fictione prædicta ſint vera, tamen ſecundum rei veritatem ſunt duæ perſonæ, & in his, quæ facti ſunt, pro diverſis reputantur, & in cap. ſi quidquid 46. diſt. Item quoad jus publicum ſunt diverſæ perſonæ.* Et *Bar. in l. ſi dubitatur, §. ult. ff. de fidejuſſ.* docuit, quoad quid, & non quoad omnia, pater, & filius cenſetur una, & eadem perſona. Præterea pater, & filius una, eademque perſona eſt, quoad acquiſitionem uſusfructus, non quoad dominium, & ſucceſſionem, & quod ſint diverſæ perſonæ, docet *gloſ. in §. primo gradu, Inſtit. de grad.*

6 Si pater primogenitus habeat primogenium, & deindè ei deferatur aliud, & ex diſpoſitione Inſtitutoris cautum ſit, ut concurrente ſecundo primogenio, primum deferatur ſequenti in gradu, tunc dubitatur, an deferatur filio, vel potius ſecundogenito fratri patris?

7 Contra filium adducitur, quod filius non ſit ſequens in gradu, neque alter ex ſeparato, & diverſo gradu, ſed pater, & filius ſunt in eodem, atque primo gradu, *§. primo gradu, inſtit. de grad.* ibi *gloſ. verb. pater,* ibi: *Quod ex eo pater, & filius faciunt primum gradum, licet ſint duæ perſonæ ad ſimilitudinem feneſtræ, nam duæ columnæ ex lateribus unam faciunt feneſtram.* Quamvis primo loco arguat in contrarium hoc modo. *Si pater eſt mihi in primo, & ego ſibi in alio primo, ergo ſumus in duobus. Reſpondeo, non ſequitur, nam ſum ei in primo, ità quod in eodem, & inter me, & ipſum unum tantum gradum facimus ad ſimilitudinem feneſtræ, nam duæ columnæ ex lateribus unam faciunt feneſtram, tertia etiam adjecta fiet alia feneſtra, & ità in gradu perſona adjecta etiam una deinceps facit gradum.*

ARGU-

ARGUMENTUM.

Mater tutrix trium pupillorum repræſentat tres voces ipſorum in præſentando ad beneficium, & præſentatus ab ipſa præfertur præſentato à fratre illorum pubere juxtà *Lambertinum*, & an ſemper ſit verum, ediſſeritur, ut ſemper multiplicetur vox?

SUMMARIUM.

1 *Mater tutrix plurium pupillorum, an ſit una perſona?*

2 *Vox tutricis trium putà pupillorum in præſentatione ad beneficium, an ſit pro tribus.*

3 *Reſolutio* Lambertini.

4 *Æquivocatio animadvertitur, an quandoque plurium ſit una vox.*

CAP. XXII.

1 Mater tutrix trium pupillarum præſentat unum in beneficio de jurepatronatus vacante, alter filius parentis communis præſentat alterum, quis præferatur in inſtitutione? Format hunc articulum *Lambert. de jurepatr. p. 3. lib. 2. q. 6. art. 2.* Dubium facit, quia licet ſint tres illi pupilli, mater tamen tutrix una eſt, & filius pubes alter, Ergo videntur æquales in numero. Imò ſanius eſt conſilium puberis, quam fœminæ, ergo puberis præſentatio præferenda.

2 Nec obſtat illam præſentaſſe nomine trium pupillarum, ergo poſt tribus vocibus habebitur, quia haberet locum, ſi ipſi tres pupilli præſentaſſent, quorum judicium validaretur, tùm quia multiplicatum in triplum, tùm etiam quia appareret de trino jure ipſorum.

3 Contrarium concludit *Lambert. n. 1.* quia tutrix repræſentat perſonas trium pupillorum, & ſic majoris numeri, quam ipſe pubes, & in pręſentatione attenditur numerum vocum principaliter, & vox puberis abſorbetur à vocibus illorum trium.

4 Procurator conſtitutus à diverſis ad præſentandum, quos velit, an pro tot vocibus admittendus, quot ſunt conſtituentes? *Lambert. ubi ſup. n. 20.* affirmat. Poterit cęterum adeſſe æquivocatio. Pone enim plures ſucceſſiſſe in ſtirpes, putà plures nepotes cum patruo, in hoc caſu tantam habebunt vocem illi plures, quantam patruus. Aut ſi ex teſtamento vocati eſſent collectivè quamplures, putà filii fratris, unacum patruo, & idem erit, quia vocati collective cenſentur unum corpus, & pro una perſona reputantur, *l. Interdum, ff. de hær. inſtit.* ità in puncto unicitatis perſonæ in pluribus, *Bellon. de jure accreſc. cap. 9. quæſt. 35. n. 6.* ibi: *Et hoc eſt, quod dicimus, collectivè vocatis unum corpus conſtituere, & pro una perſona reputari.* Undè pręſentatus à patruo habet tantam vocem, quantam pręſentatus à quinque putà nepotibus, *Clem. plures de jurep. tr.* Beneverum eſt, quod aliter eſt reſpectu illorum nepotum inter ipſos, nam quoad illam vocem, in qua ſucceſſerunt nepotes, attenduntur perſonæ ipſorum, & major pars ipſorum habet æqualem vocem cum patruo.

ARGUMENTUM.

Ambaſciatores in actu eorum ambaſciariæ vice duarum perſonarũ fungentes, an ſibi ipſi acquirant bona præſtita, vel mittentibus? Diſtinguuntur munera, & formæ donationum, expenditur *Caroccius*, & notatur varius.

SUMMARIUM.

1 *Donatio facta Ambaſciatoribus, an cedat lucro eorum, vel mittentium?*

2 *Ambaſciatores repræſentant mittentes, & in eis honorantur domini.*

3 *Occaſio ambaſciariæ, an proſit mittentibus.*

4 *Diſtinguitur, an ſint prius noti Ambaſciatores, vel eis dona conveniant.*

5 *Eſt materia conjecturalis.*

6 *Reſolvitur quæſtio in dubio pro Ambaſciatoribus.*

7 Caroccius *extollit quæſtionem, & oſtenditur varius.*

CAP. XXIII.

1 An donatio facta Ambaſciatoribus cedat lucro eorum, an verò mittentium? Et donatio facta ſocio, an cedat ipſi donatario, vel ſocietati?

2 Ambaſciatores in actu eorum ambaſciariæ vice duarum perſonarum funguntur uti Ambaſciatores, & uti perſonæ privatæ. Dubitatur de donatione facta ſimpliciter Ambaſciatoribus, in cujus beneficium cedere debet, an ipſis uti perſonis privatis, an verò mittentibus, dicendum videtur, quod non cedat lucro Ambaſciatorum, ſed potiùs mittentium; Ratio eſt, quia Ambaſciatores in actu ambaſciariæ non repræſentant perſonas privatas, ſed ipſum dominum mittentem. Vndè honorantur tanquam dominus, & hoc colligitur, ex arg. *Text. in cap. fin. diſtinct. 93.* ubi Diaconus non præfertur Sacerdoti, niſi obtineat locum Patriarchæ, & ſic ratione delegationis, & non perſonæ Diaconus honorem obtinet.

3 Alii adſunt, qui contrariam opinionem tenent, quod donatio ipſa cedit Ambaſciatoribus, licet occaſione ambaſciariæ illa

fuit

fuit eis præſtita, habetur ratio per *Text. in l.Socium, §.1. ff. pro ſocio,* ubi *text.* valdè notatur ſecundùm communem lecturam dicit, quod ſi donatur ſocio occaſione ſocietatis, ex quo tantùm donatur perſonæ, & non ſocietati, ſicque cedit ipſi ſoli donatario, & non ſocietati.

4 Attamen in hac materia variæ fuerunt opiniones, ut notatur per *Text. in l.Si verò, §. Item quicquid, ff.ſol.matrim. l. Qui proprio, §. Procurator, ff. de procurator.* ubi ponuntur duæ opiniones. Ut primo conſideremus, an Ambaſciatores eſſent prius noti, & familiares eis, ad quas miſſi ſunt, & tunc cedunt eis, aut erant eis ignoti, & tunc inſpicienda eſt qualitas donorum. Nam quædam præſumptivè magis conveniunt mittenti, quam ipſi Ambaſciatori, ut putà, ſi daretur panthera, leo, Ambaſciatoribus Tudertinis Aquila, & quædam conveniunt potiùs ipſis Ambaſciatoribus, putà ſi donarentur eis congruentes veſtes, & ſecundum hanc qualitatem facienda eſt interpretatio.

5 Licet *Bart. in d. l. ſi vero, §.item quicquid,* teneat ſimpliciter, quod cedat lucro Ambaſciatorum, adducendo *text.in d.l.ſocium qui, §.item quicquid, ff. pro ſocio,* advertendum tamen eſt, quod dicta lex præſupponit, quod donatio facta ſit ſocio ipſi, & non ſocietati, ſatis enim mihi placet, quod in caſu dubii ſit advertenda qualitas donorum, ut ait *Abb.in cap. poſtulaſti n. 4. & ſeqq. de conceſſ. præbend.* Ambaſciator enim licet repræſentet perſonam Domini mittentis, nihilominùs conſiderari poteſt, ut perſona privata, ſicque in dubio recurrendum eſt ad conjecturas in donis ſibi conferendis.

6 Regulariter munera data per Principes Ambaſciatoribus, acquiſita cenſentur ipſis, quibus data ſunt, non autem eorum Principibus, à quibus miſſi ſunt, *Bart in l. ſi verò, §.item quia,ff.ſolut.matr.Menoch.lib.3.præſ.26. n. 8. Sanch. de matr. lib.6.diſp.26.n.11.verſ.2.* Nam in donatis,cum ut plurimum hujuſmodi munera,quæ Ambaſciatoribus traduntur, ſint proportionata conditioni Ambaſciatorum,non autem dignitati Principum,& ideò ſi eſſent munera magni valoris, & congrua Principibus mittentibus, ad eoſdem Principes ſpectarent, *Roland.conſil.10.n.11.Menoch. n.3.* In muneribus autem ordinariis præſumitur, quod Principes, & mittentes,& donantes intelligant, ut hujuſmodi munera Ambaſciatoribus acquirantur, & ceſſaret omnis difficultas, ſi conſtaret de voluntate dantis, *Dom. Reg.de Marin.lib.2.reſ.78.n.12.*

7 Pulchram apud antiquos *gloſſatores* quæſtionem eſſe tradit *Caroc.de locato p.2.q.7.tit. de Ambaſciator.* & laudat *text.in l.cum multa, C.de bon.quæ liber.* ubi donatio facta à Principe videtur contemplatione illius, cui facta eſt, nec alii communicare tenetur,& pro hac opinione majorem partem *Doctorum* adeſſe tradit.

Pro contraria parte beneverum allegatur *text.in l.qui proprio, §.procurator, ff.de procur.* cum qua ſententia concordat limitatio,quando donatio eſſet facta Ambaſciatoribus ſub commemoratione Civitatis. At ſi ſumus in dubio, & recurrendum ſit ad conjecturas, inter quas una eſt, ſi vocavit eos per nomina appellativa tantùm putà datur Ambaſciatoribus Tudertinis. Si verò appellavit nomina appellativa, & propria ſimul, attendendum eſſe, quid præcedat.

Variat cœterum in hac re *Caroc.* dum *n. 11.* ità loquitur: *Quid ſi munus ſit indifferens, & utrique facilè convenire poſſit? Putarem in dubio Civitati factum, & deberi ex Alber.in d. §.Procurator in ſua diſt.circa med. ex l. annua,§.à Titia,ff.de ann.legat.& l.Civitatibus, ff.de leg.1.& l.Civibus,ff.de reb. dub.* Undè recedit à communi concluſione prius firmata. Præſertim dum concludit: *Declaratur tertiò, & eſt potiùs præſumptio quædam,quod ſi habebat notos ante ambaſciatam, & præſumitur eis donatum alias Civitati, ut per Alber. in l. ſi verò, §.item quidquid, ff. ſol. matr. & notabilis eſt, §.procuratori,l.qui proprio, ff. de procurat.*

Veriùs traditur, ut in dubio præſumatur datum contemplatione Ambaſciatorum, & ipſis acquiratur *gloſ.& Cyn.in l.manifeſtiſſimi, C.de furt.Menochius,ubi ſup.* latè *Zacchias de Salar. q. 53.* ubi quod Ambaſciator non ſolùm conſequitur ſalarium ex parte ſui domini, verum etiam ſi quid Principes, vel Civitates, ad quas mittuntur,donent aliquid,illa dona erunt propria Ambaſciatorum,& non tenentur rationem reddere.

ARGUMENTUM.

Pro una perſona, re, & verbis conjuncti reputantur tàm inter ſe, quàm reſpectu tertii, capiendo id totum, quod caperet unus, idque exemplificatur. Collectivè vocati, adhuc pro una perſona reputantur, & magis quam alii cenſentur conjuncti. Quid ſi nominantur priuſquam collectivè vocentur, vel è contrà; Vel quid ſi vocentur in diverſa oratione? Aut collectivæ adiiciatur diſtributiva. Si Titius una cum filiis ſuis, & Cajus vocati ſint, Titius cum filiis eſt una perſona,& verbis conjuncti reputantur

Digitized by Google

tur pro una perſona. Quid de re tantùm conjunctis, utrum unius perſonæ poteſtate fungantur? Expenditur *text. in l. 1. §. 1. ff. de legat. 1.*

SUMMARIUM.

1 *Conjuncti re, & verbis plures, una perſona reputantur duplici reſpectu.*

2 *Collectivè vocati funguntur vice unius perſonæ.*

3 *Quid ſi concurrant cum vocatis collectivè?*

4 *Specialis nominatio antè collectivam tribuit virilem ſingulis nominatis, ſecus ſi ſubſequatur.*

5 *Proprio nomine vocati ante collectivam in eadem oratione reputantur eadem perſona.*

6 *Diſtributiva adjecta collectiva, an operetur vocationem ad viriles partes.*

7 *Poſthumi vocati, an veniant in unam portionem, & quid ſi vocetur poſthumus?*

8 *Dictio æquè, an tollat vim collectivæ, & reduplicet perſonas?*

9 *Titio una cum filiis, & Cajo vocatis, pater, & filius cenſentur una perſona.*

10 *Verbis conjuncti, an fungantur poteſtate unius perſonæ?*

11 *Re tantùm conjuncti, an cenſeantur una perſona?*

CAP. XXIV.

1 Conjuncti re, & verbis unius perſonæ vice funguntur, uti unum corpus conſtituentes, *l. planè, §. 1. ff. de leg. 1. l. unic. §. his ità definitis,* & ibi *Paul. de Caſtr. C. de cadue. toll. l. triplici, ff. de verb. ſignific. Bellon. de jur. accreſ. cap. 5. q. 35. in princ.*

Duplici quidem reſpectu, ſive ipſorummet conjunctorum, vel reſpectu tertii, ideſt disjuncti verbis, quem teſtator adjecit. Nam reſpectu ſui dicuntur unum corpus conſtituere, quia ſimul omnes ad ſolidum vocantur, perindè ac ſi res uni tantùm fuiſſet relicta, & unum corpus efficiunt, & ad unam rem conjunctim, & veluti collectivè vocantur, & ipſi habeat ſolidum ab initio, prout ſi quis legaret corpori putà Collegio mille, ità ſi quis leget Titio, & Sejo, nam dicuntur vocati conſtituere quoddam corpus fictitium, & imaginarium à ſingulis ſeparatum, atque diſtinctum, & legatarii dicuntur habere ſolidum, non ut ſinguli, ſed uti univerſi, idquè ficte, non verè, *Bellon. cap. 5. q. 32. n. 29. & 30.*

Reſpectu verò tertii, quem teſtator ad eandem rem ſeparatim vocavit, dicuntur conſtituere etiam unum corpus, quia conjuncti re, & verbis vocantur in unam portionem, ideſt capiunt omnes id tantùm, quod caperet unus, ſi ſolus in ea clauſula vocatus eſſet, *l. Titius, & l. liber homo, ff. de hered. inſtit. Craſſ. §. jus accreſcendi, q. 9. n. 1.* Itàque ſi teſtator ità ſcripſerit, lego Titio, & Sejo fundum Tuſculanum, eundem fundum lego Sempronio, Titius, & Sejus, qui re, & verbis conjuncti ſunt, vocantur ad unam portionem, ideſt ad unam dimidiam, Sempronius verò ad aliam dimidiam, *Bellon. c. 5. q. 35. n. 5.*

2 Collectivè vocati pro una perſona reputantur, *l. ſi nepotes, ff. de coll. bonor. Bar. & alii in l. interdum, ff. de hær. inſtit.* & magis quam alii cenſentur conjuncti, *Bar. ubi ſup. Gomez var. tom. 1. cap. 10. n. 31. Bellon. d. q. 35. n. 8.*

3 Et verbis plures conjuncti etiam conſtituunt unam perſonam, & unum corpus etiam reſpectu eorum, cum quibus re, & verbis, & collectivè etiam conjuncti ſunt, putà ſi teſtator ità ſcripſerit, lego Titio, & Sejo, & meis nepotibus fundum Tuſculanum, licet omnes inter ſe re, & verbis conjungantur. Tamen nepotes, qui collective vocantur, dicuntur conſtituere unum corpus, & pro una perſona reputantur reſpectu Titii, & Sei, quia ipſi nepotes in unum trientem vocantur, *Bellon. d. q. 35. n. 6. & ſeqq.*

4 Vocati collective pro uno utrum reputentur, cum teſtator ità ſcribit lego Titio, Cajo, & Sejo filiis meis, & Sempronio fundum, nam ob ſpecialem filiorum nominationem omnes viriliter admittuntur, *Angel. in l. ult. C. de impub. & aliis ſubſt.* Hoc tamen accipiendū eſt duobus intervenientibus; primò, ut nominentur prius, quam collectivè vocentur. Secus è contrà, ut ſi dicat teſtator. Lego Sempronio, & filiis meis Titio, & Cajo fundum, quia collectiva vim ſuam retinet *Jaſ. in d. l. ult.* poſterior enim expreſſio declarationis tantùm gratia cenſetur facta, *Bellon. d. q. 35. n. 32.* & ità intelligitur *text. in l. Lucius, §. Lucius, ff. de leg. 2.* ubi Lucius Titius ità cavit: *Prædiolum meum tibi dari volo libertis, libertabuſque meis, & quos hoc teſtamento manumiſſi, & Sejæ alumnæ meæ.* Quæ cum eſſet liberta, non conſequitur dimidiam, *Bellon. num. 20.*

5 Secundò, requiritur, ut vocentur in eadem oratione. Cœterum ſi teſtator ità diceret: Lego Titio, & Sempronio filiis meis fundum Tuſculanum, eundem fundum lego Cajo, venirent Titius, & Sempronius in unam dimidiam, non quidem vi collectivę orationis, ſed ex vi mixtæ conjunctionis, ut dictum eſt ſupra, Cajus verò veniet in alteram dimidiam, *Paul. de Caſtr. in d. l. ult. n. 3.*

6 Quando collectivæ adiicitur diſtributiva, tunc perinde habetur, ac ſi ſpecialiter omnes eſſent nominati, quo fit ut ad viriles partes vocati cenſeantur, ut cum teſtator ait; Quiſquis mihi hæres erit, & Titius impuberi filio meo hæredes functo, *textus eſt in d. l. ult.*

F & ibi

& ibi *Bart. Bellon. n.34. Gratian.diſc.70.n.19. & 60.*& ibi *Ego*. Hoc tamen ità verum eſt, ſi tertius, & vocati collectivè circumſcripta diſtributiva ſunt poſiti in eadem oratione. Cœterum ſi ſeparatim vocentur, ut quia teſtator ità ſcribat. Lego cuilibet ex filiis meis fundum Tuſculanum, eundem fundum lego Sempronio, verius eſt, collectivè vocatos non obſtante diſtributiva in unam venire portionem, *Angel.in d.l.ult.* & ibi *Dec.* licet ſub dubio. Undè requiruntur duo ad hoc, ut vocati collectivè veniant in viriles: Primò, ut adiiciatur dictio diſtributiva: Secundò, ut vocentur in eadem oratione. Quod poſterius requiſitum non eſt proprium collectivæ, ſed eſt commune cuilibet conjunctioni mixtæ, quippe quæ reſpectu disjunctorum operatur, ut utroque nexu conjuncti veniant in uoam portionem, & pro uno reputentur.

Aliud quoque requiſitum neceſſarium eſt ad hoc, ut collective vocati cum diſtributiva viriliter admittantur, ut ſcilicèt vocentur ad rem, quæ ſui natura multiplicationem non admittit, putà ad hæreditatem, vel fundum. Cœterum ſi vocarentur ad quantitatem, ut ſi teſtator ità diceret. Lego cuilibet ex filiabus meis, & Sempronio mille, verius eſt, non ad viriles, ſed ad diverſas, & ſeparatas ſummas ſingulos inſolidum vocacari, quia diſtributivæ natura eſt, ut cuilibet rem tribuat inſolidum, ideoque ſolidum unicuique dandum eſt, ſi res multiplicationem recipiat, *l.qui filiabus, ff.de leg.1.*

7 Alius caſus, in quo vocati collectivè non veniunt in unam portionem, ſed viriliter admittuntur, ſolet conſiderari in ſpecie, *l.quidam, §.ult.& l. utrum, ff. de reb. dub.* ubi: *Si tibi, & poſthumo ſuo, vel alieno hæreditatem reſtituere quis rogaverit*, ſcribit Cajus, *Si poſthumus natus fuerit, utroſque accipere, quantum cuique relictum eſt, ut uno nato pars ſibi dimidia debeatur duobus natis, tertia ſibi debeatur tribus natis, (quia tergumini quoque naſcuntur) quarta*, latè *Bellon.n.38.& ſeqq.* ſed *n.46.* aliud firmat, ſi collectivè poſthumi vocentur, ut veniant in unam portionem, ex *Dec. in d.l. ult.C.de impub.*

8 Dictio æquè tollit vim collectivæ, & vocati veniunt omnes in virilem, per *l. interdum, ff.de hæred.inſtit.*, ſi apponatur pluribus in eadem oratione vocatis. Aliud ſi quis ità ſcribat. Lego Titio fundum, eundem fundum lego filiis Sempronii ęquis portionibus, nam hæc adjectio non tollit vim collectivæ, ſed refertur ad eos, qui proxime vocati ſunt, *Bellon.à n.53.* licet aliqui diffidant.

9 Si Titius una cum filiis ſuis, & Cajus vocati ſint, quia pater, & filius una, & eadem perſona cenſentur, ideò Titius, & omnes ejus filii in unam portionem vocati cenſentur, & hic eſt caſus, *d.l.ult.Gratian.n.35. Bellon.n.58.* Et reſpondet *ad l.ſi quis Actio, ff.de uſufr.accreſc.* quod loquitur de legato relicto hæredibus teſtatoris, & non unius ex legatariis.

10 Verbis conjuncti, an conſtituant unum corpus ob ſermonis unitatem alia res eſt, & fungi poterũt unius perſonę volunt, *Menoch. lib.4.præſ.159.n.17.Gratian.diſcept.533.n.13. & 14.* Idque reſpectu tertii, non inter ſe, ut ſi teſtator ità ſcribat. Lego fundum Tuſculanum Titio, & Cajo æquis partibus, eundem fundum lego Męvio, adjectio tertii operatur, ut Titius, & Cajus in unam veniant portionem, *Menoch.n.17.Bellon.n.67.& 68.*

11 Re tantum conjuncti, an ipſi dici valeant unum corpus conſtituere, & unius perſonæ poteſtate fungi? Reſpectu tertii arguendo primo loco negativè, *Bellon. n.70. ex l.planè, §.1.ff.de leg.1.* ubi Ulpianus, ità ſcribit: *Si conjuncti, disjunctique commixti ſunt, conjuncti unius perſonæ poteſtate funguntur*, ſignificaodo non idem dici de disjunctis, quod de conjunctis, & unitas orationis operetur, ut vocati loco unius habeantur. Contrarium deiodè idem *Bellon. n.74.* firmat, ut reſpectu ſolidi, ad quod ſinguli vocantur, dicantur unum corpus conſtituere, & omnes pro una perſona reputentur.

ARGUMENTUM.

Mandatarius an fungatur vice perſonæ mandantis, & è contrà mandans mandatarii, & pariter an ſervus, vel filius Domini, vel patris jubentis perſonam repræſentet? Argumenta præſtat regula, qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, & quod permittitur in mandante, permittitur in mandatario, ut de marito, & patre mandante occidi uxorem, vel filiam depræhenſam in adulterio, & an pœna ſtatuta contra delinquentem compræhendat mandantem, cum aliis in materia immunitatis Eccleſiæ.

SUMMARIUM.

1 *Mandatarius an fungatur vice perſonę mandantis?*

2 *In jubente idem quæritur.*

3 *Homicidia an verus ſit mandans homicidium?*

4 *Statuta punientia delinquentes, an locum habeant contra mandantem?*

5 *Occidens filius matrem in adulterio deprehenſam de mandato patris, vel ſororem ſuam, vel alius de mandato viri, an puniatur?*

6 *Mandans, & mandatarius an ſumantur, ut diverſa?*

7 *Opinio diſtinguens inter ſtatutum puniens delictum, vel delinquentem.*

8 *Mandans delictum committi in Eccleſia, an gaudeat immunitate?*

9 *Delictum mandantis, & mandatarii, an ſit unicum?*

10 *Contrahens matrimonium per procuratorem verè dicitur contrahere.*

C A P. XXV.

1 MAndatarius an fungatur vice perſonæ mandantis, & e contrà mandans perſonæ mandatarii? Affirmandum videtur, quia mandatarius eſt executor, & inſtrumentum mandantis, & tanquam manus mandantis, *Card. de Lugo lib. 4. conſ. cap. 25. n. 4. Gambacurt. de immunit. lib. 5. cap. 26. n. 8.* & mandatarius facit in gratiam, & nomine mandantis, & ex perſona ipſius.

Præterea, qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur, ut in *regula juris 72. de reg. jur. in 6.* Ergo mandans repræſentat perſonam mandatarii.

2 A fortiori idem videtur dicendum in jubente, mandans enim, & jubens in nullo alio differunt inter ſe, niſi quod mandans reſpicit perſonas habentes liberam obſequii præſtationem, jubens verò reſpicit perſonas obligatas ad obediendum, ut ſi dominus ſervo, pater filio aliquid agendum injungat *Graff. de caſib. reſerv. lib. 1. cap. 15. n. 4.* Probatur ex *text. in cap. mulieres, §. illi verò in fin. de ſent. excommun.* dum ibi dicitur: *Cum is committat verè, cujus authoritate, vel mandato delictum committi probatur*, & ibi *gloſ. in verb. authoritate*.

3 Pro hac opinione ſtant *Bart. in l. ſed ſi unius, §. ſervus meus n. 2. ff. de injur. Bald. conſ. 52. lib. 2. n. 1.* ubi dixit, quod mandans homicidium fieri, eo ſequuto, vere, & propriè eſt homicida, licet non properiſſime, & *Gandin. in rubr. de tranſact. n. 26. ult. q.* æquiparat mandantem facienti ſuis manibus, *Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 32. n. 2.* Quinimò gravius delinquit mandans.

4 Statuta punientia delinquentes aliqua pœna, habent locum etiam in mandante, *Bart. in l. quemadmodum n. 4. C. de agricol. & cenſib. lib. 11.* ubi dixit, quod pœna ſtatuti punientis facientem maleficium favore Reipublicæ, ut maleficia puniantur, extenditur etiam ad fieri facientem, & ſequuti ſunt *Alex. in add. ad Bart. in l. ſed ſi unius, §. ſervus meus, lit. C. ff. de injur. Gandin. ubi ſup. num. 26. Felin. d. cap. mulieres, n. 6. Bern. de Landr. in add. ad Angel. de maleſic. in verb. & Sempronium mandatarium poſt n. 33.* ubi poſt *Roman.* quem allegat, infert, quod Statutum imponens pœnam utenti falſo inſtrumento, extenditur etiam ad utentem per procuratorem, ubi etiam *Auguſt. in ſua addit.* videtur reſidere in hac opinione, idem concludit *Decian. lib. 9. cap. 32. n. 2.* quia ſequuto delicto mandans dicitur gravius delinquere, quam mandatarius.

5 Stringit, quod maritus, cui permittitur impune occidere uxorem in adulterio repertam, poteſt filio mandare, ut adulterum cum ejus uxore, & matre reſpectivè deprehenſum occidat, & filius obediendo excuſatur, nec ullam patitur pœnam, ità quoque ſi mandet filio, ut ſororem in adulterio deprehenſam occidat, ac ipſum adulterum, *l. Gracchus, §. idemque filiis, C. ad l. Jul. de adult.* & ibi *gl. in verb. præſtandum, Farin. q. 121. n. 18. & 79.* Imò poteſt convocare alios in auxilium, *Farin. n. 20.* quia id poſſum per me, poſſum etiam per alium, *Afflict. in Conſtit. ſi maritus n. 4. de pœn. uxor. in adult. deprehenſæ*, ubi quod ità alias apud eum in contingentia facti fuit deciſum, & licet eo loci loquatur in caſu, in quo maritus erat impotens ad occidendum propter ſenectutem, vel infirmitatem, facit tamen generalem concluſionem, quod id, quod eſt licitum in perſonam mandantis, eſt etiam licitum in perſona mandatarii, *Farin. q. 121. n. 81.* & ſi diſſidentes cumulet, & ſcripſi in *Spicilegio de ceſſion. jur. q. 99. n. 11.* Ergo mandatarius eſt formaliter perſona mandantis, dum in perſona mandatarii permittitur, quod in perſona mandantis permiſſum eſt, etſi illicitum, ſecus de peccato.

6 Alii tenent mandantem, & mandarium, ſeù facientem in jure accipi, ut diverſa, *Hurdad. de cenſ. in com. difficult. 14. n. 63. Sanchez de matrim. lib. 3. diſput. 49. n. 2.* ubi etiam quod nos id, quod per alium facimus cenſemur facere per nos ipſos non propriè, ſed moraliter, & virtualiter, & ex hominum exiſtimatione, & imputatione, ſeù metaphoricè *Caramuel Theolog. fundam. num. 1283. & 1299. Avila de cenſ. part. 2. cap. 2. diſp. 3. dub. 2.*

7 Alii diſtinguunt, aut ſtatuta puniunt delinquentes, putà ſi dixerit pro homicidio, pro furto, pro vulnere imponatur talis pœna, & tunc mandans comprehendatur, aut loquitur in perſona, & tunc pęna non extenditur ad mandantem, putà dicendo, ſi quis occiderit, furatus fuerit, aut vulneravit, latè *Farin. q. 135. n. 142.* quę fuit diſtinctio *Bartoli.* Quamvis diſtinctionem ſine juribus remanere tradant, *Jaſon., Roman., Curt., Alberic., & alii*, quos cumulat *Farin. n. 144.*

8 In materia immunitatis Eccleſiæ, an

mandans aliquem occidi, vel mutilari in Eccleſia, an gaudeat immunitate, juxtà diſtinctionem *Bartoli* mandantem non privari, tenet *Diana p.6.tract.1.reſ.7.in medio*, & cum aliis *Graſſet.de necę prodit.§.20.n.8.* At *Diana* cumulat plures diſſidentes; prout etiam diſſidet *D. Reg. de Marin. lib.1. reſ.170.n.8.* adverſus quem; Beneverum ſtat ibi *Rodoer.*unde nunc *Ego* nihil firmo.

Eccleſiaſticos Scriptores immunitatem zelantes,adeò ſubtiliter caſuum exceptorum verificationem deſiderare,ait *Card.de Luca lib.14. de regular. in miſcell. Eccleſ.diſc.2.n.5. & 6.* ut fere nunquam eorum verificatio juxtà ipſorum ſenſum detur. Quod videri inquit parum probabile,cum Reip.interſit favore publicæ quietis, publicivè boni benignè potius agere, & opiniones rigoroſas contra confugientes potiùs amplectendas. Hinc ob criminum immunitatem, ſive ut futuris ſcandalis occurratur opportunas proviſiones pro facti qualitate, & ſingulorum caſuum circumſtantiis à Sacra Congregatione ex oraculo etiam Papę capi ſolere, permittendo extractiones, atque confugientis detruſionem in temporali, vel perpetuo carcere, ſive etiam in triremibus, ità ut Eccleſiaſticę immunitatis pręſidium à pęna ordinaria cum præſervet, niſi quando fortè tales eſſent alicujus caſus circumſtantiæ, ut extractio poſſit ſequi etiam ad effectum pœnæ ordinariæ, ut ſub Clemente Octavo in quodam gravi caſu practicatum ſemel fuit,ità *Card.de Luca, ubi ſup.*

9 Delictum mandantis, & mandatarii, an ſit unicum in ſpecie, idem numero, & obligationis reſpectu,vel potiùs obligatio mandantis, & mandatarii non ſit eadem, ſed tot ſint obligationes, quot ſint perſonæ deſtinatæ, abundè *Farin.n.146.& ſeqq.*

10 In matrimonio contracto per procuratorem, verè contrahens, per procuratorem dicitur illud contrahere, *Imol.in l.ſi is,qui pro emptore,n.27.ff. de uſu cap.*& ibi *Jaſon.n.356. Alciat.n.166.Farin.n.127.*

ARGUMENTUM.

An aliquis poſſit baptizare ſeipſum in caſu neceſſitatis, & debeat eſſe diſtinctio inter baptizantem, & baptizatum, & inter generationem carnalem, & regenerationem ſpiritualem? Diſtinguitur inter baptiſmum flaminis, & fluminis? Et utrum quis poſſit per ſeipſum ſumere Sacramentum Viatici?

SUMMARIUM.

1 *Baptizare ſeipſum, utrum quis poſſit in neceſſitate, proùt poteſt per baptiſmum in voto cum contritionis actu?*

2 *Generare ſeipſum quis neque, & diverſitas in regeneratione.*

3 *Actum voluntariæ juriſdictionis, quis apud ſeipſum, an exerceat?*

4 *Reſolutio quæſtionis.*

5 *Sacramentum Viatici, an quis per ſeipſum ſumere poſſit?*

CAP. XXVI.

1 In caſu neceſſitatis, an aliquis poſſit ſeipſum baptizare, quando nimirum nullus alius adeſt, à quo baptizari poſſit? Tenendum videtur, quod ſic, cum quis poſſit juſtificare ſeipſum per baptiſmum in voto cum actu contritionis.

2 Præterea nam ideò nequit aliquis generare ſeipſum in generatione carnali, quia in iſta non præexiſtit generans, & propterea non poteſt generare ſeipſum. At in ſpirituali regeneratione præexiſtit, nec regeneratio tendit ad eſſe ſubſtantiale regenerantis, ſed ad quoddam eſſe accidentale, poteſt autem ſubjectum purificare ſeipſum ſecundum eſſe accidentale, ut conſtat in omnibus viventibus,& in juſtificatione per contritionem cum voto Baptiſmi, vel pœnitentiæ Sacramenti.

3 Accedit, quod baptiſmus eſt actus voluntariæ juriſdictionis, & filiusfamilias factus Præſes poteſt ſeipſum emancipare, *l. ſi Conſul, ff.de adopt.*

4 Contrarium decidit *Alex.III. in cap.debitum de baptiſm.* ibi: *Cum inter baptizantem, & baptizatum debeat eſſe diſcretio,ſicut ex verbis Domini colligitur dicentis Apoſtolis. Ite Baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut oſtendatur, quod alius eſt, qui baptizatur, alius qui baptizat, ad quod etiam deſignandum ipſe Chriſtus non à ſeipſo, ſed à Joanne voluit baptizari*, ità latè *Paſqualig.de ſacram.q.169.*ubi reſpondet contrariis, & ſignantèr, quod licet baptizare non ſit actus juriſdictionis, ſit tamen actus habentis juriſdictionem ſupra Communitatem Eccleſiæ incorporando baptizatos Eccleſiæ, & acceptare ad participandum in Sacramentis Eccleſiæ, ex *D.Thom.3.p.q.67.art.2.*

5 Diverſa eſt quæſtio, utrum in caſu neceſſitatis poſſit quis per ſeipſum ſuſcipere Sacramentum Viatici, dum non eſt neceſſe, ut miniſter, & ſuſcipiens ſint perſonę diſtinctę, *Suar.diſp.72.de Euchariſt.ſect.3. Diana part.2. tract.14.reſol.53.* ut videndus *Fauſt.de Euchariſt.lib.1.q.211.*& alii, quos *Paſqual.q.286.*

ARGU-

ARGVMENTVM.

Procurator contrahens, quando cenſeatur obligare perſonam ſuam, vel principalem? Plures caſus diſtinguuntur; Factor deputatus ad mutuandum, ſi recepto pignore mutuaverit, an reſtituta ſibi pecunia, excuſetur à reſtitutione pignoris? Procurator emens nomine Domini, an teneatur ad pretium, Præponens inſtitorem, de quo facto inſtitoris teneatur?

SUMMARIUM.

1 *PRrocurator contrahens, an cenſeatur contrahere proprio nomine, vel officii?*
2 *Diſtinguuntur plures caſus.*
3 *Procuratorio, & proprio nomine ſe valet procurator obligare.*
4 *Procurator abſentis, ſi mutuet recepto pignore, reſtituto mutuo, an excuſetur à reſtitutione pignoris?*
5 *Procurator emens nomine Domini, tenetur proprio nomine ad pretii ſolutionem.*
6 *Præponens inſtitorem, de quo de facto teneatur;*

CAP. XXVII.

1 PRocurotor contrahens an proprio nomine, vel officii contrahere, vel ſe obligare cenſeatur, vel utroque, paſſim dubitari contingit? Diſtinguendi ſunt plures caſus. Aut procurator ſimpliciter ſub nomine officii contrahat, & non tenetur, quia Domini, non ipſius contemplatione contractum eſt, *l. fin.* ubi *DD. ff. de inſtit. act.* & liberatur cedendo actiones, *l. quod debetur, ff. de pecul.* Aut contrahit non ſub nomine officii, ſed ipſo proprio nomine agente, & permittente, & ſolus ipſe procurator obligatur, cujus ſolius fidem ſecutus eſt creditor, *l. cum qui, C. ſi cert. pet.*

2 Aut procurator ſimpliciter ſe obligat, & *Bart. in l. poſt dotem, ff. ſol. matr.* tenet obligari proprio nomine. Limitatur, quando is, cum quo contrahitur, ſcit me procuratorem, & negotium eſſe mei principalis, non meum, & hoc caſu, ſi ſimpliciter contrahat, tamen uti procurator obligatur, *Bar. in l. qui alienas, §. ſi is qui, n. 1. ff. de aeq. hered.* Pręterea limitatur, ut attendenda ſit origo negotii incępti, ut ſi incæptum ſit cum domino, & antecedens obligatio, quomodocumque procuratur obligetur, etiam ſi promittat ſe ſoluturum, *Dec. conſil. 540. D. Reg. Sanfelic. decif. 182. per tot.*

3 Procurator obligatus tàm procuratorio nomine, quàm proprio, & inſolidum poteſt directe conveniri nulla facta excuſſione mandantis, *Boer. dec. 273. Conſil. Roccus in notab. de mandat. poſt lib. 1. reſponſ. n. 113.* ubi etiam finito officio.

4 Notabilis eſt caſus, quem ponit *Paul. de Caſtr. in l. 1. §. eſt autem, ff. de exercit. act.* Quidem Hębreus habitans Venetiis cum deputaſſet quendam Hębreum commorantem in Civitate Piſauri, ad faciendum quoddam mutuum feneratitium, & Præpoſitus recepiſſet plura pignora à quodam milite, poſteà ille remotus fuit ab officio, miles agebat adverſus eum pro ſuis pignoribus, & ſolvere volebat, ille dicebat, ſe non teneri, quia contraxit tanquam Factor, at factoria erat finita. Reſpondit *Paul. de Caſtr.* teneri procuratorem per *text. in d. l. 1. §. exercitorem*, cum Præpoſitus fuiſſet ab abſente, & ſequitur *Soc. ſen. conſil. 154. lib. 2. n. 19.* Contrarium defendit *Mangil. de evict. q. 186. n. 17.* quando Factor adhuc non tradidiſſet Domino.

5 Procurator, ſi emat nomine Domini, tenetur ad pretium, *Boer. & Mangil. ubi ſup. n. 4.* Et recipiens mutuum, an obligetur proprio nomine? videndus etiam idem *Mangil.* cum aliis per congeſtis per me in *Gratian. c. 385.*

6 Præponens inſtitorem tenetur de facto illius circa illud tamen miniſterium, vel opus, cui ſit præpoſitus, non circa diverſum, *Merlin. dec. 338.* ubi quod ſi quis, approbat, etiam fidejubendo, perſonam ejus, qui aſſumitur miniſter inferior, & ut vulgò dicitur *juvenis Banci*, deindè verò Bancherius eum præſiciat majori muneri capſæ, tunc approbator non tenetur de geſtis, de hoc diverſo munere, & de hac re videndus *Card. de Luca lib. de credit. diſc. 106. n. 14.*

ARGVMENTVM.

Tabelliones, an repræſentent perſonas plurium, pro quibus ſtipulantur ad inſtar ſervorum? Diſcutitur, an ſint ſervi publici, & fungantur vice plurium teſtium, & ſit nobile eorum officium?

SUMMARIUM.

1 *TAbelliones, an repræſentent perſonas plurium inſtar ſervorum?*
2 *Tabelliones, an poſſint ſtipulari pro aliis?*
3 *An Tabelliones fungantur vice plurium teſtiũ?*
4 *Negatur Tabelliones eſſe ſervos publicos, & declarantur Tabularii.*
5 *Tabelliones ſtipulantur pro aliis ratione publicæ auctoritatis.*
6 *Perſonas plurium repræſentare Tabelliones concluditur?*
7 *Dignitas, an ſit Tabellionatus?*
8 *Tabelliones, an ſint nobiles?*

CAP.

C A P. XXVIII.

1 Tabelliones, an repræſentent perſonas plurium, & fungantur vice plurium perſonarum jure in controverſiam redigitur. Pro affirmativa opinione argumentum præſtat, quia Tabelliones ſervi publici dicuntur, ſeù Reip. ſervi, ut *gloſ. & Bart. in l.univerſos, C.de decur. lib.*10.*& gloſ.in §.Servi autem, Inſtit.de jur. perſon. verb.ſervare, ex l.*11.*ff.rem pupill.ſalv.for.*

2 Præterea nam tanquam ſervi publici ſtipulando alteri acquirant, ut *gloſ. & Bart.ubi ſup. & Panorm. in cap. ſicut extr. ne Cleric.vel Monachi*,& quod Notarius utiliter alteri ſtipuletur, eſt receptiſſima ferè omnium traditio uſu forenſi accomodata, *Tiraquell. de conſtitut.p.*3.*lim.*30.*n.*16. *Theſaur.dec.*70.*n.*2. *Mantic.de tacit.lib.*14.*tit.*26. *à n.*2. Cum qua Sacrum Conſilium tranſire inquit *Arias de Meſa lib.* 3. *var. cap.*1. *n.* 15. Et ſi contra jus obſervantiam hanc dicat *Donell.in l. ſtipulatio* 38.*§.Alteri, n.* 33. Et ſervos dominorum perſonarum vice fungi ſupra Cap. 10. probavimus, & ſicut per ſervum nobis acquiritur, itá per Notarium, ut *gloſ.in §.Si quis alteri, inſtit.de inutil.ſtipul.*

3 Ulteriùs, quia Tabellio, nedum eſt teſtis, imò habet ſtabiliorem, religioſiorem, ac veraciorem fidem,quam teſtis,cum ipſius dictum pluribus teſtibus æquiparetur, imò dicto præfertur Epiſcopi, *Specul. in tit. de inſtr.edit.§.*8.*n.*18.*Vivius lit.D.verb.Tabellio.* Adeoùt non ſufficiant duo teſtes ad publicum Inſtrumentum evertendum, quia eſſet æqualis probatio, potiuſque eſſet credendum Tabellioni, *Alexand. Cravett. & Covar. apud Cevall.comm.controv.comm.p.*1.*q.*43.*n.*7. & Tabelliones à lege fidem publicam meruerunt, & in Hiſpaniis jure Regio neceſſarij ſunt quattuor teſtes omni exceptione majores ad impugnandam veritatem ſcripturæ publicæ, ut *l.*117. *tit.*18.*p.*3. ut teſtatur *Cevall. ubi ſup.* Comprobatur, quia dictum Sacerdotis habet vim duorum teſtium, *gl.in cap.Monachus* 77.*diſt.D.Reg.Latr.dec.*12. *n.*14. Ergo ſi dictum Tabellionis præfertur Epiſcopi dicto.A fortiori dictum Tabellionis æquiparatur dicto duorum teſtium.

4 De veritate hujus opinionis dubitari contingit, quia verius eſt, Tabelliones non eſſe ſervos publicos,nam illi erant ſervi publici, qui in publicum erant empti,ut in publicis miniſteriis haberentur,atque Reip.nomine ſtipularentur, aut tranſigerent, hi autem erant ſervi publici, non ſingulorum, & quod pro pupillis ſtipularentur, receptum erat jure ſingulari, nec id agebant tanquam ſervi, ſed tanquam privati, juſſi nempe à Magiſtratu duobus tantummodò in caſibus, in cauſa ſcilicet adrogationis, & quando ſtipularentur rem pupilli ſalvam fore, *l.*2. *& ſeq. ff. rem pupill.ſalu.for.* Imò hi aſſiſtebant Tabulario, is tamen non erat Tabellio, ſed qui Civitatum, aut Provinciarum rationes ſupputabat, *l.* 2. *C. de jur.fiſci*, & Tabularii erant aliquando ſervi, aliquando liberti.

5 Urget nunc, quod alteri hodie Tabelliones ſtipulentur. At occurritur, quod licet id uſu invaluerit, nulla tamen lege cavetur, quod valeant id agere; & eſtò caveatur,non proindè infertur illos ſervos eſſe. Nam alteri ſtipulantur ratione publicæ auctoritatis, quam obtinent ad inſtar Judicum, qui alteri etiam poſſunt ſtipulari, *l.eum pro quo*, & ibi *gloſ. & DD. ff. de injuſ.voc. Tiraquell.ubi ſup. n.* 24. etſi Tabelliones eſſent ſervi, peſſimè actum eſſet de Rep.ſi magis crederemus ſervis, quam liberis, imò neceſſe eſſet, ut magis eis credatur, ut evocentur de ſervitute in libertatem, & appetendum eſſet naſci ſervum potiùs, quam ingenuum, & quod Tabelliones ſint potiùs nobiles, & dici ſervos publicos, tradit *Taſſon. de antef. verſ.* 3. *obſer.*3.*n.*14.*& verſ.*9. *obſ.*3.*à num.*2.*Præſ.de Franch·dec.*438.*in princ.*

6 Itàque cum Tabelliones alteri ſtipulari valeant, dicendum puto Notarium nedum fungi teſtis, vel teſtium, verum etiam dum ſtipulari alteri poteſt, ad ſimilitudinem ſervi ſtipulantis prò domino tot perſonas repræſentare, quot ſunt perſonæ, pro quibus ſtipulatur Notarius.

7 Tabellionatus an ſit dignitas; vel officium vile? Pro Tabellionibus arguitur,quod ſi eorum dictis plena adhibetur fides, arguenda eſt in eis nobilitas ex reſcripto *Juſtiniani Imperatoris in §.ſancimus, Auth.de teſtib. ut Felin., Decii, & alii*, quos *Farin. de teſtib. q.*65. *n.*115. *Menoch.conſ.*18. ubi dicit, quod pater ipſius habebatur inter nobiles, cum eſſet Notarius. Dignitatis ſignum eſt, cum illis magna fides adhibeatur, adeò ut nemo quantumcumque idoneus Tabellioni æquipararetur, *Abb.per text.in cap.quoniam contra*, & ibi *Dec. de probat.* nam Tabellio non eſt purus teſtis, ſed auctoritatis approbatæ, ut dixit *Bald.in l.milites, C.de teſtam.milit.*

8 Ex Tabellionibus plures Sedilium honore potitos indicant *Reg. Rovit. in pragm.* 1. *de Notar.Lagan.*ibi & *Summont.in Hiſtor.Regn. Neapol. lib.* 3. *Taſſon. de antefat. verſ.*9. *obſ.*4. *n.* 33. De facto autem contrarium ſervari, & conſuetudinem eſſe attendendam, ex *Paſchal. de patr.pot.p.*3.*cap.*2.*n.*65.*Taſſon.n.*2. & dixi in *obſerv.*438. *n.*4. *ad Præſ. de Franc.* ubi quod in Civitate Melphicti non admittuntur Notarii in cœtu nobilium, nec per ſtatuta Religionis Hieroſolymitanæ ad habitus ſuſceptionem. Ignobilium tamen pœnis

Ta-

Tabelliones non eſſe puniendos, cenſeiem ex *Bar. in l. capitali, §. ſervi cæci, ff. de pæn.*

ARGUMENTUM.

In Papa multiplices formales diverſæ perſonæ conſiderantur Vicarii Chriſti. Patriarchæ Occidentis. Principis. Et Epiſcopi Urbis ſibi ipſi ſubjectus. Et quæ ſit ejus Cathedralis? Quæ facit, ex qua perſona faciat, explicatur, Cardinales ad quod aſſumpti fuerint. Cardinales Titulares, an ſint Epiſcopi in Baſilicis ſuis?

SUMMARIUM.

1 *Papa gerit perſonam Vicarii Chriſti.*
2 *Patriarchæ Occidentis alteram Papa ſub ſe ſubſtinet perſonam.*
3 *Principis temporalis aliam Papa gerit perſonam.*
4 *Epiſcopus Urbis eſt Papa.*
5 *Viſitat Eccleſiam Urbis uti Epiſcopus.*
6 *Epiſcopus Urbis conſideratus Papa ſibi ipſi ſubiicitur.*
7 *Cardinales ad quid aſſumpti fuerint.*
8 *In Baſilicis ſuis, an ſint Epiſcopi Cardinales?*
9 *Archiepiſcopus quot perſonas gerat.*

CAP. XXIX.

1 IN perſona Papæ multiplices diverſas perſonas formales, conſiderat *Card. de Luca lib. 14. de Regular. diſc. 32. n. 10. & ſeqq. & Miſcell. Eccleſ. diſc. 1. à n. 3.* Unam ſcilicet Papæ Chriſti Vicarii, & Catholicæ fidei, & Eccleſiæ unici capitis viſibilis, & Eccleſiæ univerſalis Epiſcopi, ac Ordinarii Ordinariorum, cujus eſt Epiſcopos creare, quamvis eorum electio, vel nominatio ex privilegiis Apoſtolicis, explicitis, vel illis implicitis, quæ in vim antiquæ immemorabilis conſuetudinis allegari poſſunt, ad alios pertineat, putà ad Reges, Supremos Principes, & ad Capitula, & habet poteſtatem ligandi, atque ſolvendi, quam *Chriſtus Petro* tradidit.

2 Altera conſideratur perſona, ſcilicèt Patriarchæ Occidentis, quam idem ſub ſeipſo gerit, creando Patriarcham Conſtantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, & Hieroſolymitanum, & cum Orbis partes, quæ ad iſtos pertinent, ſub infidelium jugo exiſtant, atque Chriſtiani, qui ibi vivunt, Schiſmatici pro majori parte ſint, hinc proindè de facto, nulla iſtorum eſt poteſtas, vel modica, quæ per eorum Vicarios, ac Miſſionarios cum aliquibus ibi Catholicè viventibus exercetur, ut *Card. de Luca in d. Miſcell. Eccl. diſc. 1. n. 14.*

3 Alia Principis temporalis Status Eccleſiaſtici; Undè propterea apud Sacros Canones Papa ſe appellat Papam, & Regem, ut in *cap. cum inter de elect.*

4 Alia Epiſcopi particularis, ſeù Ordinarii Urbis, & ea, quę concernunt hanc perſonam, ſolet explicare per Urbis Vicarium, qui unus ex Cardinalibus eſſe ſolet, ſeù ejus Vices Gerentem. Et ea, quæ concernunt regimen Eccleſiæ Univerſalis, & ab eo fiunt tanquam à Papa, explicare ſolet per organum Datarii, ſeù Secretarii Brevium, aliorumque Officialum deputatorum illis muneribus, quæ concernunt dictum regimen univerſale; Et in Urbe, ejuſque territorio, & tunc dicitur Ordinarius, venit ſub legibus, aliiſque decretis loquentibus de Ordinario loci, ut *Veſtr. in prax. lib. 1. cap. 7. n. 1. Scacc. de judic. lib. 1. cap. 25. n. 1. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 1. q. 3. n. 19. Rota in impreſſ. poſt collucttat. Bonden. dec. 62. Card. de Luca lib. de præhemin. diſ. 1. n. 6.*

5 Quando Papa viſitat Eccleſias Urbis, ac diſtrictus per ſe ipſum, vel per ejus Delegatos, aliaque gerit hujuſmodi Eccleſiarum particulare regimen, ac adminiſtrationem concernentia, niſi expreſsè dicatur, non dicitur facere ex prima perſona Papæ, ſed ex altera Epiſcopi, ſeù Ordinarii Urbis, unde per licentiam ab eo præſtitam erigendi novum Conventum in Urbe, non cenſetur derogaſſe Conſtitutionibus Apoſtolicis numerum 12. Religioſorum, vel aliis pro novis erectionibus præſcribentibus, ut in *d. dec. 62.* Idcòque Viſitatores deputari ſoliti per Sacram Congregationem Viſitationis, quinimò, & ipſa Congregatio omnia gerere dicuntur vice Papæ tanquam Epiſcopi, ſeù Ordinarii Urbis. Et quamvis dicatur Viſitatio Apoſtolica, qui terminus vere, & proprie non congruit, niſi actibus, qui fiunt per Papam, uti Papam; Attamen hic eſt quidam uſus loquendi potiùs improprius, ità adhiberi ſolitus ad diſtinguendum illam Viſitationem, quam faceret Cardinalis Vicarius per ſe ipſum, vel ſolitos Officiales, aut alios ab eo deputatos. Neque omninò improprie terminus Apoſtolicę authoritatis adhibetur, quoniam etiam alii Epiſcopi in actu Viſitationis reſpectu exemptorum, ac aliorum à S. Conc. Trid. & Apoſtolicis Conſtitutionibus demandatorum Apoſtolicam delegatam poteſtatem ab eorum ordinaria diſtinctam exercere dicuntur, non per hoc tamen facultatem habent derogandi, ſeù diſpenſandi Sacris Canonibus, ita *Card. de Luca de benefic. diſc. 45. num. 15.*

6 Capiendo perſonam Papæ reduplicativè tanquam Epiſcopi Urbis repræſentatam ab ejus Vicario, ut in *d. dec. 62.* Exinde reſultat, illam perſonam eſſe ſubjectam alteri per-

perſonę in eodem Papa concurrenti Summi Pontificis, & Epiſcopi Eccleſię Univerſalis, & conſequenter cum dicta prima perſona, ità intellectualiter diſtincta, & de facto repræſentata in Vicario Urbis, aliquam habeat ſubjectionem, vel ſubordinationem Collegio Cardinalium tanquam Capitulo Eccleſiæ Univerſalis, atque iſtius unum corpus cum ipſo Pontifice efformanti. Et Cardinalis Vicarius Urbis dicitur Ordinarius, utpotè repręſentans perſonam Papæ, non tanquam Papæ, ſed tanquam Epiſcopi Urbis cum plena juriſdictione Epiſcopali, & lege Diœceſana, & ejus juriſdictio dicitur quaſi Epiſcopalis gratia melioris loquutionis, quia vere non eſt ipſe Epiſcopus, *Card. de Luca de juriſd. diſc. 34. n. 17.*

7 Cardinales per Summum Pontificem aſſumpti fuere ad adminiſtrationem Eccleſiæ Univerſalis, dicuntur pars, & membra Eccleſiæ Univerſalis, unum corpus cum ipſo Summo Pontifice conſtituentes, tanquam Capitulum Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, *Lotter. de benefic. lib. 1. q. 5. ex n. 34.* Et habent in ſuis titulis jus Epiſcopale, ſeù quaſi, ut *Fagnan. in cap. cum contingat, n. 9. de ætat. & qualit.* Et in eorum titulis ſunt independentes ab Epiſcopo Urbis repræſentato in Vicario Papæ, qui in titulis, & Clericis ejus intervenientibus nullam habet juriſdictionem, *Fagnan. in cap. his, quæ de Major. & obed.* Quamvis fortè praxis de facto ſit in contrarium, ſi non reſpectu Eccleſiarum ipſarum materialium, reſpectu tamen eorundem Cleri, & Populi, de qua praxi teſtatur *Cohel de notit. Cardin. cap. 55.* quia fortè idem Papa, non tanquam Epiſcopus Urbis, ſed tanquam Papa pro meliori regimine ad evitandam tantam juriſdictionum ſciſſurã, ità velit *Card. de Luca de juriſd. diſc. 34. n. 17.* Cardinales beneverum in eorum titulis habent baldachinum erectum ſedentes ſub throno etiam cum circulo, & ſubordinata aſſiſtentia Epiſcoporum, Archiepiſcoporũ, ac Patriarcharum, ſollemnem benedictionẽ Populo impartientes, aliaque munia Pontificialia gerentes, & Eccleſiæ ipſorum ſunt quaſi quædam Diœceſes, late *Card. de Luca, ubi ſupra num. 16.*

8 Ex Baſilicis Urbis, an ſola Lateranenſis duplicem gerat figuram Patriarchalis, ſcilicet, & Cathedralis Papæ conſiderati tanquam Patriarchæ, & tanquam Epiſcopi, non tanquam Papæ, cujus Eccleſia eſt univerſalis ex omnium fidelium univerſitate conſtituta. Vel potius omnes quatuor Baſilicæ Materiales, nempè dicta Lateranenſis, Vaticana, Liberiana, ſeù Sanctæ Mariæ Majoris, quibus inſerviunt Clerici ſæculares. Et illa S. Pauli extra muros, cui inſerviunt Regulares Ordinis Sancti Benedicti; ſeù Congregationis Caſſinenſis, indeciſa remanſit quæſtio, cum non implicet plures Eccleſias materiales quodam ſociativo jure tanquam membra unius corporis formalis æque concurrant ad efformandam iſtam Eccleſiam Patriarchalem, ſeù Cathedralem. Receptum enim eſt in jure, ut quamvis Eccleſia Cathedralis unica, & individua ſit, tanquam repræſentans perſonam ſponſæ. Unicitas tamen conſiſtit in habitu, ſeù formalitate, quo verò ad actum, ſeù materialitatem non implicet, ut ex pluribus Eccleſiis materialibus localiter diſtinctis Cathedralis conſtituatur, ac efformetur cum aliquo ordine præcedentiæ inter eas, eo modo, quo unum, & idem Capitulum individuum conſtituitur à pluribus perſonis Canonicorum, *Card. de Luca in Miſcell. Eccleſ. diſt. 1. num. 26.*

9 Archiepiſcopi, quibus Metropolitanorũ titulus in jure conceditur, iſti duplicem perſonam gerunt perſonam. Unam ſcilicet Epiſcoporum, ſeù Ordinariorum in eorum propria, & immediata Diœceſi. Et alteram Metropolitanorum, ac Judicem appellationis, & recurſuum ab Epiſcopis, aliiſque Prælatis, & Judicibus Ordinariis Eccleſiaſticis exiſtentibus intra Provinciam, quoties ex privilegio Apoſtolico non ſint exempti, atque Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjecti.

ARGUMENTUM.

An inſtar militis Epiſcopus habet duos hæredes, & duo patrimonia diſtincti, in uno ſuccedunt hæredes ex teſtamento, vel abinteſtato, in alio Rever. Camera Apoſtolica, & praxis oſtenditur, cum declaratione, quando bona præſumantur acquiſita ex fructibus Eccleſiaſticis. Epiſcopus, an poſſit eſſe Judex in cauſa Eccleſiæ, vel Menſæ ſuæ, aut Dignitatis, vel poſſit recuſari? latè ediſſeritur.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus inſtar militis habet duos diſtinctos hæredes?*
2 *Praxis Tribunalium Cameralium.*
3 *Bona, quando præſumantur acquiſita ex fructibus Eccleſiaſticis declaratur.*
4 *Epiſcopus conſideratur duplex homo formalis.*
5 *Epiſcopus, an poſſit eſſe Judex in cauſa propria.*
6 *Diſtinguuntur plures caſus.*

CAP. XXX.

1 Epiſcopus habet duos hæredes ad inſtar militis, in bonis enim, quæ beneficiorum

rum Eccleſiaſticorum intuitu quæſita ſunt, intrat ſucceſſio Eccleſiæ, tanquam hæres in patrimonio Eccleſiaſtico, ſivè in locum Eccleſiæ per Apoſtolicas Conſtitutiones in iis locis, in quibus adſunt Collectores Apoſtolici intrat ſpolium ad favorem Cameræ Apoſtolicæ. In bonis patrimonialibus ſuccedunt hæredes ex teſtamento, vel ab inteſtato.

2 In Tribunalibus Cameralibus pertractantur quæſtiones inter teſtatos, vel inteſtatos hæredes patrimonii prophani, & inter Cameram reſpectivè ſuper patrimoniorum diſtinctione, & quænam bona ad unum, vel ad alterum pertineant, ſic reſpectivè etiam onera, & debita, cum in Prælatis, & Clericis detur illa duplicis patrimonii, ac duplicis hæredis inſolidum diſtinctio, quæ de jure communi datur in milite, ut in *dec.1. Præſ.de Franc.*& ibi *Ego in obſerv.*

3 Præſertim, ubi acquiſitiones factæ ſint abſque diſtinctione, undè propterea recurrendum ad præſumptiones, quid ſcilicèt potiùs Prælatus pro ejus ſubſtentatione erogaverit, & quid cumulaverit pro acquiſitione ad effectum coniiciendi, cui patrimonio acquiſitio referenda ſit. Et in hoc benignior plurium ſententia eſt favore hæredis prophani, ut pluries judicavit *Rota* apud *Rojas dec.280.* & *Celſ. dec.65.* ex ea propoſitione, quod qui Altari ſervit, de Altari vivere debet, ideòque cenſeatur vixiſſe ex redditibus Eccleſiaſticis, quodque propterea cumulus fuerit ex patrimonialibus, & prophanis, & fusè *Gratian. diſcept.n.3.* ibi: *Præſertìm, quia ſemper præſumendum ſit, quod Clericus conſumpſerit fructus beneficii in alimenta, & alias expenſas neceſſarias, cum poſſit erogare redditus beneficii pro ſe ſubſtinendo, & fructus patrimonii reſervare ſibi, & poſteris, Innoc. in cap.Epiſcopus de præbend.*& idem *Gratian.n.5. Si enim non apparet, an Clericus vixerit de redditibus beneficii, vel patrimonii, tunc ſemper præſumendum eſt, quod potiùs ex beneficio neceſſaria erogaverit.*

Verum Camerales non de facili hanc propoſitionem in praxi admittunt, prout noviter per obitum cujuſdam Epiſcopi ſequeſtrata ingenti pecuniarum quantitate in Banco Neapolis S.A.depoſitata per Epiſcopum viventem, licet per hæredem legitimum ab inteſtato in prophanis hæc omnia allegentur, ſcilicèt, quod ob tenuitatem redditũum Epiſcopatus pecunia fuerit quæſita ex fructibus locupletis patrimonii, & quod Epiſcopus ex fructibus Menſæ Epiſcopalis ſibi alimenta ſubminiſtraverit, attamen hæc non admittuntur, ut indicat *Card. de Luca in annotat. ad S.C.Trid.diſc.42. num.6.*

Cautela eſſe ſolet, ut Prælatus vivens in dies, & tempora declaret, ac initio ſuſcepti Epiſcopatus, vel alterius beneficii inventarium faciat bonorum, & redditũum patrimonii, & ſucceſſivè retineat libros diſtinctos utriuſque patrimonii, cum erogatione fructũum, & redditũum reſpectivè, *Card.de Luca d.diſc.42.n.6.lib.14.*

4 Epiſcopus tanquam duplex homo duas formaliter diſtinctas repræſentat perſonas, unam ſcilicèt propriam, & particularem complectentem proprium patrimonium, ac bona ſua ad liberam ejus adminiſtrationem pertinentia. Alteram verò adminiſtratoris bonorum Menſæ Epiſcopalis, cujus tanquam ficti hominis vicem gerit ad ſimilitudinem Baronis, ut ex *Afflict., Giurb., Salgad., Card.de Luca dixi ſup. cap.3.*

5 Difficultas igitur eſt, an Epiſcopus validè procedat in cauſa ſuæ Menſæ, vel Eccleſiæ? Differentia ſtatuitur inter fructus ſuæ Eccleſiæ, vel Menſæ, ut ſcilicèt in primis procedere poſſit, quamvis recuſabilis, non autem in aliis, ut *Abb.& Burrigo in cap. cum veniſſent de judic. Natta conſ. 174. n. 7. Alex. conſ.79.n.2.lib.1.Surd.conſ.50.n.11. Card.de Luca de juriſd.diſc.47.n.5.*

6 Æquivocum autem eſt, ſi ità generaliter ſumatur firmata concluſio. Undè rectiùs diſtinguuntur plures caſus. Aut agitur de cauſa, in qua tàm ipſe Prælatus, quàm Eccleſia habere dicuntur quidem intereſſe, ſed iſtud tamen eſt valdè modicum, & valdè remotum, ut e.g. ſunt cauſæ ſuper ſtatu beneficiorum, an ſcilicèt ſint de jure patronatus necnè, intereſt enim Eccleſiæ, & Epiſcopi eſſe beneficia liberæ collationis, tàm ob favorem libertatis, & eſcluſionem ſervitutis ipſius Eccleſiæ, quàm etiam ob aliquod commodum ipſius Epiſcopi, qui ità facilius benemerentibus gratificari poſſit. Et hoc intereſſe; vel eſt ſatis modicum, vel remotum, quod nedum non cauſat incompetentiam ad effectum validitatis actorum, ubi nulla concurrit recuſatio, ſed etiam ad iſtam impediendam, cum nulla hæc videatur cauſa ſufficiens, ut quotidiana praxis docet, ità *Card. de Luca n. 9.* ubi refellit *dec.79. Coccin.* admittentem recuſationem.

Alter caſus eſt, ubi nullum præjudicium ex lite reſultat Eccleſiæ, & ſola contentio ſit ſuper ipſorum bonorum, vel jurium dominio, & poſſeſſione penes Eccleſiam, ſed contentio ſola ſit ſuper pertinentia fruitionis, & commoditatis inter ejuſdem Eccleſiæ Miniſtros, putà inter Epiſcopum, & Capitulum, cum ſimilibus, an ſcilicèt illorum bonorum, vel jurium fructus ſint de Menſa unius, vel alterius? & tunc adeſt penitus incompetentia in Epiſcopo, & acta erunt invalida

valida etiam ſine recuſatione, ut ex *rubr. & nigro in C. ne quis in ſua cauſ. judic.* cum dicatur hoc caſu agi de cauſa propriè Menſæ diſcretivæ ad alios Miniſtros abſque directo præjudicio Eccleſiæ, ſolumque poteſt adeſſe præjudicium ſecundarium, & conſequentium non ità conſiderabile.

Alius eſt caſus, ubi ſcilicèt agitur de dominio, & poſſeſſione, vel libertate bonorum ipſius Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ cum tertio, ità ut litis eventus perpetuum commodum; vel reſpectivè damnum percutiat principaliter ipſius Eccleſiæ, & exindè acceſſoriè reſultet damnum, vel commodum Epiſcopi, vel Prælati, cujus ſunt fructus, & emolumenta obvenientia ex bonis, & juribus Eccleſiæ, quæ ſupportatis ejuſdem Eccleſiæ oneribus cultum, & rectam adminiſtrationem concernentibus exuberant. Et iſto caſu. Aut res eſt in fieri, & cauſa non inſtructa, & pars ob hujuſmodi intereſſe recuſet Epiſcopum, vel Prælatum. Duæ ſunt opiniones. Siquidem Civiliſtæ anteſignanum babentes, *Baldum in l. unica, C. ne quis in ſua cauſa*, tenent non poſſe recuſari, adhibentes exemplum poſitum per *Baldum* de cauſa devolutionis molendini, & bonorum Epiſcopatus, ſeù Eccleſiæ Cathedralis Peruſien. ut poſt *Salic. in d. l. unic. n. 6. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. q. 78. cap. 8. n. 4. Mar. Antonin. lib. 1. var. c. 48. Bellett. diſquiſ. Cleric. tit. de exempt. Cleric. à Statut. §. 1. n. 36.* cum quibus inclinare videtur *Sperell. dec. 93.* apud quos aliqui habentur etiam Canoniſtæ hanc opinionem ſequentes. Magis tamen in contrarium eſt Canoniſtarum opinio, ut poſſit recuſari Epiſcopus, & ſequitur *Rota*, ut penès *Coccin. dec. 79. Otthobon. dec. 52. & dec. 36. p. 10. rec. n. 15.* & alii, quos refert, & ſequitur *Card. de Luca n. 13.* ubi exemplificando juxtà praxim Curiæ. Quando intentante Promotore Fiſcali cauſam devolutionis aliquorum bonorum, ſeù pertinentię decimarum, aut aliorum jurium coram ipſo Epiſcopo, vel Prælato, altera pars eum recuſaret, ac adiret A.C., vel Metropolitanum, vel alium Superiorem, unde diſputari contingeret in Signatura an cauſa adhuc integra, & indeciſa remittenda eſſet, necnè ad Ordinarium in prima inſtantia. Secus, ubi cauſa non eſſet integra, ubi ſcilicet agitur de nullitate geſtorum ſine recuſatione ex defectu juriſdictionis ex eo deducto, quoad ageretur de cauſa ſuæ Menſæ, quia hoc fundamentum nullo authoritatis, vel rationis muniminè ſtabilitur *Abb. & Burrig. in cap. cum veniſſet de judic. Lap. alleg. 37.* ubi de Prælato volente exigere canones, livellos, & alios redditus, *Oldrad. conſil. 156. Calderin. conſ. 6. de judic.* apud quos de cauſis, quarum acceſſoria, ſeù conſecutiva utilitas erat Prælati, de quo etiam *Capyc. deciſ. 137. Boer. dec. 136.* ubi de Epiſcopo volente exigere ſubſidium charitatiuum, cum aliis per *Laurent. de Judic. ſuſpect. cap. 5. n. 26.* ubi explicitè de cauſis Menſæ, & eoſdem terminos percutiunt deciſiones, *Otthobon. 52. & Caſ. de Graſſ. dec. 4. de except.* ſuper cauſis ſcilicèt bonorum Eccleſiæ Cathedralis, quorum devolutorum fructus Epiſcopatus redditus impiguarent, & ſucceſſivè in ipſius Epiſcopi commodum, & utilitatem redundarent. Propenſius ſtante implicito conſenſu Partis non recuſantis.

Viva ratio eſt, quoniam cauſa propria dicitur illa, cujus commodum, & incommodum principaliter pertinet ad eum, qui Judicis partes aſſumere, autumat *Bald. in d. l. unic. n. 3. Salic. n. 6. Barboſ. in l. ſi quis ex aliena, n. 114. ff. de judic. Marta dec. 57. n. 22.* Quæ ratio adaptari non poteſt Epiſcopo, quoties commodum, vel damnum eſt ipſius Eccleſię principaliter, & acceſſorium eſt ipſius Epiſcopi in ſolo fructu, ac etiam temporaneum, & accidentale, quod ceſſare poteſt etiam ante cauſam finitam per ejus ceſſum, vel deceſſum, ac etiam quia Epiſcopus, vel Prælatus non eſt dominus, ſed adminiſtrator, atque bona non ſunt ſua. Neque omne intereſſe facit cauſam propriam, ſed ſolum illud, quod eſt principale, & totale, non autem conſequutiuum, & acceſſorium, nam alias ubi Judex, e. g. participet de confiſcationibus, ſeù incamerationibus, ut eſt in aliquibus Tribunalibus Urbis, ubi Judex participat de quarta, deberet eſſe incompetens.

At quia præcedens ratio ſatis probat, quod ſcilicèt, nec etiam cadat ſuſpicio, & recuſatio. Occurrit motivo huic *Card. de Luca n. 17.* firmans de ſtricto jure magis juridicam eſſe opinionem *Bald.* & aliorum Civiliſtarum, ut recuſabilis non ſit Epiſcopus ratione dicti propii intereſſe acceſſorii, ſeù conſecutivi, & de æquitate *Rota* admittat opinionem contrariam, ut poſſit recuſari. Sed id non video practicari in Tribunalibus, in quibus Judex participat de incamerationibus.

Ad litteram adſunt *text. n. 59. in cap. venerabili, & in cap. procurationes de cenſib.* in quibus ſupponitur Epiſcopi competentia ſuper jure viſitandi Monaſteria etiam extra Diœceſim, & exigendi procurationem, quæ cedit ad ipſius Epiſcopi pro tempore commodum, non inde tamen dicitur cauſa propria, nam ejus ſubſtantia, & pertinentia perpetua eſt Eccleſiæ, intelligit *Fagn. in cap. procurationes, n. 39.* ſi Epiſcopus ſit in poſſeſſione.

Plures perſonæ à lege privilegiatæ ſunt, ut Judices in cauſis propriis eſſe valeant, præſertim Supremi Principes habentes Fiſcum,

Digitized by Google

ſcum, quia non per ſe ipſos, ſed per Tribunalia, ac Supremos Magiſtratos à ſe deputatos judicare ſolet, & Fiſcus eſt loco Actoris, vel Rei, *Card. de Luca de judic. diſc. 3. n. 59.*

ARGUMENTUM.

Epiſcopus poſſidens feudum gerit diverſam perſonam ab Epiſcopo, ſcilicèt Baronis. Violatque Immunitatem Eccleſiaſticam, ſi ratione vaſſallagii, vel juriſdictionis exigendo terragia, ſeù reſponſionem, dictam *extra territorium* à Clericis; imò lex Papę gerentis perſonam Principis ſæcularis in ſtatu ſuo non compręhendit Clericos, vel Eccleſiaſticas perſonas; proùt eſt Conſtitutio Ægidiana. Variæ opiniones de origine Principatus laicalis Papæ. Epiſcopi feuda poſſidentes juriſdictionem habens habitu non exercitio, & deputant Judices laicos. Aliud, ſi uti Epiſcopi, idque declaratur, in praxi deputant Vicarios generales. Quidquid de Archidiacono, & Archipresbytero Vicariis fixis Sacri Canones diſponant. Qui proindè abuſivè Archidiaconi, & Archipresbyteri hodiè ſunt.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus poſſidens feudum gerit perſonam Baronis.*

2 *Baro Epiſcopus exigens ratione juriſdictionis à Clericis præſtationes, Immunitatem lædit Eccleſiaſticam.*

3 *Papæ gerentis perſonam Principis lex eum comprehendit Clericos.*

4 *De origine Principatus laicalis Papæ variæ opiniones.*

5 *Epiſcopus Baro, an habeat juriſdictionē exercitio, & teneatur Officiales laicos deputare?*

6 *Epiſcopus uti Epiſcopus per ſe exercere juriſdictionem poteſt, etſi aliud in praxi.*

7 *Archidiaconi, & Archipresbyteri Cathedralis ſunt de jure fixi Vicarii Epiſcopi, licet aliter hodiè.*

CAP. XXXI.

1 Epiſcopus poſſidens feudum non gerit perſonam Epiſcopi, ſed Baronis laici, proùt ſunt plures Epiſcopi in Regno, qui ex elargitione Regum, ſeù antiquorum Principum, ut Biſiniani Caſtra, vel Terras poſſident, ità in puncto firmat *Card. de Luca lib. 14. tit. Miſcell. Eccleſ. diſc. 7. num.* 18. ubi quod in hac parte Epiſcopus gerit perſonam Baronis laici. Ità pariter, ſi Eccleſiæ, vel Monaſteria ratione feudi poſſident Terras, & habent feuda quaternata, ut in Regno Eccleſia S. M. Annunciatæ, Monaſterium Caſſinenſe, & aliæ Eccleſiæ.

2 Hinc infertur, quod Epiſcopus ratione vaſſallagii aliquod onus exigens, ſi ab Eccleſiaſticis exigat, tunc de directo violat Eccleſiaſticam Immunitatem, ità contra Baronem Caſtri Petruſii in una *Bojan.* ſcribit *Card. de Luca d. diſc. 7.* ubi dictus Baro exigit terragium, ſeù reſponſionem dictam *extra territorium* à Vaſſallis, adhoc ne iſti valeant deſerere culturam bonorum Domini in proprio territorio, & ego ſubſtinui contra Ven. Monaſterium Chartuſianorum Terrę Francavillæ. Baronem dictæ Terræ, quod prætendebat exigere dictam reſponſionem ab Eccleſiaſticis ejuſdem Oppidi colentibus terras Eccleſiaſticas extra territorium, & obtinui. Secus ſi onera fuiſſent realia de fructuum quota, quæ loco portionis dominicalis præſtantur domino, & non in ratione Baronali, ut *De Luca diſc. 8. n. 18. tit. de decim. d. lib. 16.*

3 Papa cum in Statu Eccleſiaſtico duplicem gerat perſonam, unam Summi Pontificis, & alteram Principis ſęcularis, ad *text. in cap. cum inter il 2. de elect. in fin.* ubi *gl. in verb. Regia*, ſtant ſimul privilegium Clericale, ut Clerici non ſubjaceant legi à Papa editæ, vel de ejus ordine, quæ tantùm ſit laicalis, non compręhendens Eccleſias, & Eccleſiaſticos, ut receptum, præſertim habetur in Conſtitutione *Ægidiana*, quæ edita per Cardinalem Ægidium Marchiæ Legatum, quando Sedes Apoſtolica reſidebat Avenione, confirmata per Sixtum IV. & Paulū III. atque ad Urbem, ac univerſum Statum Eccleſiaſticum extenſa. Undè *Ægidiana* non comprębendit Clericos, nec procedit in cauſis eorum, ità *Card. de Luca lib. de dote diſc. 22. n. 6. & lib. de juriſd. diſc. 61. n. 2.* ubi refert receptam Curiæ praxim, ut *Ægidiana* non comprehendat bona poſſeſſa per Clericos, quia reputatur Conſtitutio laicalis nullam recipiens alterationem à confirmatione Summi Pontificis, utpotè id facientis ex perſona Principis magis, quam Pontificis juxtà plures Rotæ deciſiones.

Circa perſonam Principis, & Domini temporalis Status Eccleſiaſtici, quoties de voluntate non conſtat, tunc in Papalibus legibus temporale dominium concernentibus generaliter procedunt omnia, quæ de ſui natura ſunt in quolibet Principe laico ſuper exemptione, & Immunitate Clericorum à foro, legibus, & oneribus.

4 Qua-

4 Quatenus pertinet ad hanc perſonam Principis plures diſputantur quæſtiones cum opinionum varietate de cauſa, & origine. An famigeratæ donationi Conſtantini, de qua habetur in *cap. Conſtantinus 96. diſt.* Alii conceſſionibus, & reſpectivè donationibus diverſorum Imperatorum, præſertim Caroli Magni, Ludovici ejus filii, Pipiani, Comitiſſæ Mathildæ. Alii voluntariæ deditioni populorum, qui per Romanum Imperatorem in Orientalibus partibus reſidentem, derelicti, & ab incurſionibus Infideliũ, & Barbarorum non defenſi, ſed ad Barbarorum ſervitutis jugum redacti, jugum deindè excutientes priſtinæ libertati reſtituti alterius dominio ſe dedere. Diſputationes iſtas pertranſeo, quas tangit *Card. de Luca de judic. tit. relatio Curiæ Forenſis diſc. à n. 1.* Qui *n. 35.* tradit nonnullos occaſione agendi de perſona Principis ſæcularis, quæ in Papa conſideratur, excitaſſe difficultatem ſuper alio dominio, ac ſuperioritate Imperatoris, & hanc opinionem damnat, ex abundanti adducit, quod hæc ſuperioritas, ſiv. ſovranitas non impediat exercitium plenariæ juriſdictionis, & poteſtatis, ac Supremi Magiſtratus independenter ab ipſomet Superiore ex notoria praxi Regnorum, & Principatuum, qui obtinentur jure feudi Regalis, ac Dignitatis ab Eccleſia, vel ab Imperio.

5 Epiſcopus ſi poſſideat feuda ex Regum conceſſionibus juriſdictionem temporalem habeat habitu, quia hi non ſunt Judices, ſed Domini habentes juriſdictionem in loco cum jure territoriali jure Domini, non Judicis, ſivè ut alii dicunt in habitu, non in exercitio deputantes Judicem, & non judicent, & conſtituunt in Judicem perſonam laicalem, à cujus ſententiis appellatur ad Superiores laicos, ut *Capobl. de Baron. prag. 1. num. 45.*

6 Aliter in Epiſcopis gerentibus perſonam Epiſcoporum, qui licet pro communi uſu Vicarium generalem pro univerſa Diœceſi conſtituant, qui cum ipſis unum, & idem Tribunal formant, necnon Vicarios forenſes in ſingulis locis particolaribus, vel etiam pro aliquibus partibus Diœceſis cum majori, vel minori facultate, aut indigentia, vel uſu. Attamen ſunt etiam Judices, ac poſſunt per ſeipſos cauſas cognoſcere, & judicare, neque tenentur habere Vicarium de jure, licet hæc ſententia in generalem conſuetudinem iverit, & pro modicorum commoditate, ac meliori Diœceſis adminiſtratione Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium ejus retentionem præcise demandare ſoleat etiam cum certa qualitate, ut ſcilicet Doctores, vel ſaltem Licentiati in decretis, & non Diœceſani eſſe debeant pro Epiſcopatuum qualitate, ac ſtylis; ut *Card. de Luca de judic. diſc. 3. n. 9.*

7 Antiquitus enim in foro Eccleſiaſtico dabantur quidam Judices Ordinarii fixi ſub Epiſcopo, vel Ordinario, quandam nativam juriſdictionem, vel judicaturam habentes, quales erant Archidiaconus Cathedralis in temporalibus, & Archipresbyter in ſpiritualibus. At hodiè de communi conſuetudine non ſervatur, cum juriſdictionem exerceat Vicarius generalis. Undè propterea hodierni Archidiaconi, & Archipresbyteri abuſivi ſunt potiùs, quam veri *Card. de Luca ubi ſup. n. 10.*

ARGUMENTUM.

Canonicus Cathedralis exercens munus Vicarii generalis Epiſcopi uti gerens duas perſonas, & fulgens duabus Dignitatibus præcedat Canonicis in Choro, & Capitulo tàm abſente, quàm præſente Epiſcopo, & lucretur diſtributiones quotidianas? Notantur *Menoch.*, *Gratian.*, *& alii*, & Sacræ Congregationis diſtinctio? Quid in Vicario Capitulari. Demum an feudatarius habens feuda titulata præcedat alii unam habenti, & ex multiplicatione cauſarũ multiplicetur potentia operativa.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus, & inſimul Vicarius generalis Epiſcopi, an præcedat Dignitatibus?*
2 *Vicarius ſimplex præcedit in Choro, & Capitulo præſente, vel abſente Epiſcopo.*
3 *Diſtinguitur in Vicario, & Canonico.*
4 *Ad effectum lucrandi quotidianas diſtributiones qualis intereſſentia requiratur.*
5 *Quid in functionibus Pontificalibus?*
6 *Vicarius Capitularis nõ præcedit Dignitatibus?*
7 *Dignitates plures habens, an præcedat habenti unam?*

CAP. XXXII.

1 Canonicus Cathedralis exercens munus Vicarii generalis, an debeat ſedere in ſtallo ſuo, uti Canonicus, vel tanquam ſubſtinens perſonam Vicarii præcedat omnes Dignitates in Choro, & Capitulo?

2 Præcedentiam ſuadet, quia Vicarius generalis Epiſcopi præcedit Dignitatibus, & Canonicis in Capitulo etiam præſente Epiſcopo, ut contra *Menoch. conſ. 51. & 257. Mareſcott. var. lib. 3. n. 69. & Gratian. diſcept. 111.* probat *Card. de Luca de præeminent. diſc. 18. & lib. 14. tit. de Miſcell. Eccleſ. diſc. 37. n. 9. Pignatell.*

tell.conſult.63.n.3. & hodiè hoc jure utimur, quoties non conſtat de legitima conſuetudine in contrarium, ut *Ego* firmavi in *Gratian. d.diſcept.* 111. Quidquid autumaverit *Menoch., Gratian.*, & alii, ducti ea ratione, quia Capitulum cum Dignitatibus, & Canonicis concurrit, ut unum corpus cum Epiſcopo; & Canonici ſint membra, & partes, & repugnet ordini naturali, quod membra ſeparentur à ſuo corpore, idque contingeret, ſi Vicarius præcederet Capitulo, inſereretur inter Epiſcopum, & Capitulum, idque præſente Epiſcopo. Licèt aliud velint præſente Epiſcopo, ut *Ludov.dec.284.* & ibi *Beltram.* Indiſtinctè enim verius eſt, ut Vicarius ſemper præcedat ſivè præſente, ſivè abſente Epiſcopo; nam Subditus non debet præcedere Superiorem. Ergo ſi Vicarius ſimplex præcedit, à fortiori præcedet, ſi Canonicus ſit tanquam fulgens duabus Dignitatibus, *Dec.conſ.161.Dom.Reg. Latr. conſult.43.n.25.*

3 Contrarium tamen eſt receptum, & ſervatur, quando Vicarius inſimul, & Canonicus intervenit cum habitu Canonicali, tunc enim non præcedit Dignitates, ſed in ſtallo ſuo ſedet, ut declaravit Sac. Cõgregatio Epiſcoporum, & Regularium, ut penes *Michaelem Juſtinianum in Conſtit. Juſtin. Eccleſ. tit. 4. cap. 4. §.5. n.29.* cujus declarationis directæ Archiepiſc. Avenionen. tenor eſt: *Alla conſulta, che V.S. hà fatta proporre in Congregazione ſopra la precedenza trà il Canonico, ch'è Vicario, e l'Archidiacono, e gl'altri di ſuo Capitolo. D'ordine di queſti miei Signori Illuſtriſſimi, riſpondo, ch'il Canonico Vicario deve precedere all'Archidiacono, ed à gl'altri del Capitolo, eccetto negl'atti, ne' quali interviene in habito Canonicale, come Canonico, e non come Vicario; perche in quelli deve ſtare al luoco ſuo. Per tanto in queſta conformità faccia V.S. oſſervare; ſalvo ſe vi fuſſe conſuetudine in contrario, oſſervanza preſcritta, perciòche quella dovrà attenderſi, e Dio N.S. la preſervi.*

Diſtinguit igitur Sacra Congregatio inter Canonicum intereſſentem cum habitu Canonicali, & intereſſentem ſine habitu, ut ſecundo caſu præcedat, aliter in primo caſu.

4 Dices: poterit itàque Canonicus Vicarius intereſſe abſq; habitu Canonicali, & ità præcedet. At occurritur, quod eatenus Vicarius Canonicus lucratur quotidianas diſtributiones, quatenùs ſedeat in loco ſuo cum habitu Canonicali, ut *Sbroz. de offic. Vicar. lib.2.q.43. n.17. in prax. Vicar. tit. de Vicar. Capit. p.1. ſect.4. ſub ſect.1.n.31.* & dixi in *Gratian. ubi ſup. n.17.*

5 Circa præcedentiam Vicarii intellige exceptis Pontificalibus functionibus, in quibus Dignitates, & Canonici parati, vel etiam in habitu Canonicali in throno, vel circulo aſſiſtentiam præſtant Epiſcopo, ut idem *Card. de Luca d. diſc. 31. n.9.* Ratio eſt, quia aliquæ remanere debent Dignitates, & Canonici in Choro, ne iſte deſeratur, & ità his præcedet Vicarius, ut idem *De Luca diſc. 38. d. Miſcell. Eccleſ. n.25.*

6 Limita etiam præcedentiam in Vicario Capitulari, qui licet ſuccedat in juriſdictionem Epiſcopi, & major videatur deberi præcedentia; attamen illam prætendere non valeat, ex ea ratione, quia tunc eſt Miniſter Capituli, quod in ipſa prima Dignitate in actibus præheminentialibus repræſentari videtur, ità *Card. de Luca d. lib.14. in annot. ad S.C. Trid. diſc.31. n.29.* ubi ait ipſum hoc munere fungente in ſtuduiſſe effugere hunc actum occupandi primum locum poſt primam Dignitatem, & ſedem ſtatu iſſe in loco tertio. At ego idem ſcripſi in *Gratian. n.18.* ut etiam Vicarius Epiſcopi nequeat occupare locum primæ Dignitatis, ſed ſedere debeat in alia ſede portatili.

7 Feudatarius ex pluribus feudis titulatis, an præcedat feudatario unam Dignitatem habenti, ſeù habens duas Dignitates, vel plures præcedere habeat unam habenti? Tenendum videtur, quod ſic; nam Dignitas multiplicata plus tribuit, quam una ſola, *Urſill. dec.1.n.23. Reg. Latr. conſ.43.n.25. & 74. & deciſ.181.n.34. Conſ. Roccus de Official. tit. de præced. inter Official. rubr.6. n.31.* ex multiplicatione cauſarum multiplicatur potentia operativa, de hac latiſſime ſcripſi in *obſ.365 in dec. Præſ. de Franch.* ubi ſimilia deduxi de Cardinali Epiſcopo, an præferatur Cardinali non Epiſcopo, Cardinalis Presbyter, Cardinali Diacono.

ARGUMENTUM.

Baro, an fungatur vice duarum perſonarum, ſcilicèt Domini Feudi, & Civis, imò vice duorum Civium in uſu paſcuorum Communitatis? Quid in nemoribus, in quibus Civitas ex privilegio habet uſum paſcuorum? Demum, an gaudeat privilegiis Civibus conceſſis per Regnum?

SUMMARIUM.

1 *Baro, an fungatur vice duarum perſonarum, & duorũ Civium in paſcuis Univerſitatis?*
2 *An Baro ſolvat, uti bonatenens?*
3 *Reſolvitur quæſtio.*
4 *Habitatio nõ requiritur in Barone, ut ſit Civis.*
5 *Baro, an habeat uſum in paſcuis, uti duo ex Civibus?*
6 *Quid in nemoribus, in quibus ex immemorabili Civitas habet jus paſcendi?*

7 *Baro*

7 *Baro, an uti Civis ſit immunis per Regnum, prout Cives ex privilegio?*

CAP. XXXIII.

1 BAro uti dominus feudi, an fungatur vice duarum perſonarum, ſcilicèt Baronis, & Civis, ad effectum, ut gaudere valeat privilegiis Civibus conceſſis, & habeat uſum in nemoribus Civitatis, vel Terræ, imò habeat uſum uti duo ex Civibus?

2 Negativæ opinioni argumentum præſtat, quia Baro non ſubit onera Univerſitatis, *Boſſ. in tract. de Princ. n.363.* Idque adeò verum eſt, quod tenetur uti bonatenens pro allodialibus, quæ poſſidet in territorio, *Antibol. de muner. & honor. p.3. §. quæro, n.95. Gannaver. dec.30. n.10.* Et Baro, ſi non habitet, quod non gaudeat uti Civis, tradunt *Avendan. de exeq. mand. cap.4. n.95. Reg. Rovit. prag.12. de Baron. n.5. Covar. pract. q.37. n.7.* ubi quod Baro habeat jus paſcendi uti primus Civis in nemoribus Univerſitatis, ſi in loco habitet.

3 Contrarium verius probatur ex *l. municipes, §. fin. ff. ad municipal.* ubi Miles eſt Civis, ubi militat, & ex *Bart. in l. obſervare, §. proficiſci, n.12. ff. de offic. proconſul.* ubi docet, quod poteſtas eſt caput Civium Civitatis, ubi eſt poteſtas, & *Bart. ibid.* idem inquit *Freccia de ſubfeud. lib.2. author.18.*

4 Nec Baronis civilitas cauſatur ex habitatione, ſed à dominio feudali, *Boer. dec.160.* & Civem vocat Baronem *Pragm.12. de feud.* & ibi *Reg. Rovit.* & *Præſ. de Franch. dec.197. n.1.* & præcedit Cives, quia habet utile dominium rei, & principalem partem. Nec fictio facit deterioris conditionis Civem, dum eſt verus Civis approbatus à lege, & ficta non differunt à veris, & perbellè probet *Gannaver. dec.30. n.12. & ſeqq.* & refellit *Covar.* putantem eatenus Baronem habere jus paſcendi, quatenùs in loco habitet, quod opinamentum etiam confutat *Cancer. var. cap.4. de ſervit. p.3. n.63.* cum verius ſit, quod ratione juriſdictionis habeat illud jus, etſi illic habitaret, tunc non eſſet neceſſum dominiũ territorii ad utendum illo jure, *Valaſc. de jur. emphit. q.8. n.43.*

5 Baro in nemoribus Univerſitatis an debeat uti paſuis, uti duo ex Civibus? Videtur affirmandum ex *Capibl. de Baron. pragm. 12. n.192.* Contrarium eſt verius, quod habeat uſum uti unus ex Civibus ditioribus *Gannaver. dec.37.*

6 Inquiritur, an Baro uti primus Civis habeat jus paſcendi in nemoribus, in quibus Univerſitas ex immemorabili non tenetur ſolvere jus herbagii? *Præſ. de Franch. dec.197. n.13.* tenet, quod ſic. At *D. Reg. Galeot. contr.6. lib.1.* diſputat articulum, & in fine refert deciſum contra Baronem, addo *Novar. in collect. ad pragm.12. de Baron. n.12. Reg. Rovit. ibid. n.5.* ubi id probat ex verbis *Pragm.*, ex quibus Baro eſt tanquam primus Civis in terris ſuis juriſdictionis.

Habet Baro uti primus Civis uſum in montaneis Univerſitatis, *Reg. de Pont. conſil.97. n.3. vol.1.* cum ſimilibus prolixius agit in *tract. de poteſt. proreg. tit. de elect. official. §.2. per totum.*

7 An Baro uti primus Civis gaudere debeat privilegiis ejus Civibus conceſſis per totum Regnum, prout ſunt Cives Tarentini, ac etiam Orietani, qui pluribus privilegiis, atq; prærogativis potiuntur in Regno vigore eorum privilegiorum? Hæſitatum fuit per S. C. in cauſa Marchionis Oiræ cum Regio Fiſco. Et prætendebatur gaudere poſſe per totum Regnum privilegiis ſuorum Civium uti primum Civem.

Pro Fiſco dicebatur, quod Baro non ſit Civis origine, ſed effectus ex poſt facto per acquiſitionem Baroniæ, *arg. l. municeps, §. miles, ff. ad munic. hinc, Præſ. de Franch. dec.197. n.18.* cenſuit, quod etſi Civis dicatur *ex Paride*, non tamen eſſe verè Civem, quia non concurrunt omnia requiſita, de quibus in *l. Cives, C. de incol. lib.10.*

Privilegium Tarentinorum cum ſit conceſſum Orietanis Civibus, non poterit extendi ad Cives indè ex privilegio effectos, cum in illis ſtricta fiat interpretatio, *gl. ult. in l.1. ff. de tut. & cur. Aret. conſ.77.* appellatione enim Civium veniunt tantùm oriundi de Civitate, *Afflict. dec.384. n.1.* ubi de orto in Civitate loquitur, idem *Urſill. n.7.* dixit, quod appellatione Civis de proprio ſignificatu venit originarius.

E' contrà replicabatur, Baronem duplici privilegio eſſe munitum, & hoc ob dignitatem Baronalem, undè verè Civis dici poſſet, ſicut Civis effectus per ſtatutum, *Bart. conſ.62. & in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de uſucap. col.23. n.33. & ſeqq.*

Accedit, quod æqualitas ſervanda eſt inter vaſſallos, & Baronem cum ſint correlativi, ut *Tuſcus lit. E. concluſ.316. Præſ. de Franch. dec.541.* ubi *Ego in obſervatione*, & quod Baro debet gaudere privilegio Civium, *Capibl. in prag.12. n.12.* vide *Thor. p.3. verb. Baro.*

ARGUMENTUM.

Hæres ſimplex, & defunctus, an cenſeantur eadem perſona, & bona hæredis cenſeantur defuncti, & veniant in hypotheca per defunctum contracta? Quid in obligatione Camerali perbellè declaratur. Hæres autem cum inventario qualiter ſe exuat perſona

hære-

hæredis ad hoc, ut ex jure proprio agat contra tertium, & quid in excipiendo, quando impediat executionem bonorum.

SUMMARIUM.

1 *HÆredis bona adita hæreditate ſine inventario, an ſint defuncti?*

2 *Actioni perſonali paſſivæ hæredis, an accedat hypothecaria paſſiva defuncti?*

3 *Teſtator diſponit de bonis hæredis, ut de propriis.*

4 *Hæres, an obligetur per aditionem hæreditatis, vel per contractum defuncti?*

5 *Bona hæredis ſimplicis non ſunt bona defuncti.*

6 *Expreſſa obligatio bonorum hæredis exigitur, ut illa cadat in hypotheca.*

7 *In obligatione Camerali, an bona hæredis veniant etiam in donationis contractu?*

8 *Hæres cum inventario debet ſe exuere perſona heredis, ut agat, vel excipiat.*

9 *Diſtinguens opinio.*

C A P. XXXIV.

1 HÆres, & defunctus, an cenſeantur una, & eadem perſona, & bona hæredis cenſeantur bona defuncti, & veniant in hypotheca contracta per defunctum; quando ſimpliciter adit hæres hæreditatem?

2 Simpliciter adeundo hæres quaſi contrahit cum creditoribus defuncti, indéque tenetur actione perſonali. De hypotheca autem à defuncto contracta utrum in illa cadant bona hæredis controverti poteſt, dum hypothecaria accedit actioni perſonali, prout ceſſa perſonali, ceſſa intelligitur hypothecaria, *Olea de ceſſion.tit.6.q.6.n.9.* & dixi in *Spicileg. de ceſſion. q.99. n.2.* pro qua opinione ſtat *dec.438. n.7.p.5.rec.* ubi defunctus jure legati diſpoſuerat de certis bonis hæredi debitis vigore fideicommiſſi, & *Rota* reſoluit, quod ſtante acceptatione hæreditatis ſine inventario, hęres cenſeatur approbaſſe illius diſpoſitionem.

3 Comprobatur, quia defunctus poteſt diſponere de bonis hæredis, ſicut de propriis in ultima voluntate, *l.unum ex familia, §. ſi rem, ff.de leg.2.l.fin.in fin. C. comm. de leg. l.1. ff.de except. rei judic. Capyc. dec.175. num.15. Cyriac.contr.161.n.82.*

4 Suffragatur, quod hæres non obligatur per aditionem hæreditatis, ſed ex contractu inito per defunctum, *Bar.in l.de eo, verſ.ſed certè, ff.de judic. Surd. conſ.112.n.65.* quando enim defunctus obligat ſe, adhuc obligat ſuum hæredem, & obligare cenſetur ſtipulando active, & paſſive pro ipſis. Ergo acceſſorie venient bona hæredũ cum propriis.

5 Verius dic bona hæredis non poſſe dici bona defuncti, ut docet *Aret. in l.ſi hæredis ſervus in princ.ff.de leg.1.Surd.dec.315.* Undè in hypotheca bonorum defuncti non cadunt bona hæredis, niſi expreſsè defunctus hypothecaverit, ut *Præſ.de Franch.dec.315. Rota dec.343.p.12.rec.per tot.*

6 Nec obſtant *d.l.fin.* cum aliis ſupra citatis. Quia procedunt in legatis, & fideicommiſſis, de bonis hæredum ordinatis. Quatenùs extendantur ad contractus, intelligi debet, coucurrente præcedenti obligatione expreſſa bonorũ hęredis, ut firmant *Afflict.dec.111. & Præſ.de Franch.* ubi *Ego in obſ.* & ità reſpondet *Rota in d.dec.343.p.12.rec.*

7 In obligatione Camerali implicitè continere bona hæredis in hypotheca per defunctum contracta, firmat *Zacchias in addit.ad Galleſ.de oblig.Camer.q.4.n.7.* eadem *Rota in d.dec.343.Card.de Luca lib.de cred.diſc.36.*

Difficultas militat in contractu donationis, ſi donator per obligationem Cameralem hypothecaverit bona? Ratio dubitandum oritur ex ſubjecta materia donationis, & veriſimili voluntate exercentis liberalitatem, ſi dixerit velle donare de bonis ſuis, & conſequenter congruè, & rationabiliter obligatio pro obſervantia donationis adjecta reſtringi debeat ad bona propria, ità ediſſerit *Card.de Luca ubi ſup.* & in caſu ſuo in executivis donator *obligavit bona ſua, &c.*

8 Hęres cum inventario repręſentat perſonas diverſas, ſcilicet propriam, & omninò independentem à defuncto, & perſonam defuncti, unde legalis adminiſtrator dicitur, ex deductis per *R.g.Rovit.dec.48.n.11. R.Laero conſult.63.n.67.Salgad.in labyr.p.2.cap.28.* ut aliàs dixi.

Diverſitas autem adeſt, quando hæres eſt actor, & quando reus. Si enim eſt actor, & velit infringere factum ſui auctoris, ut alienationem ab ipſo factam de fideicommiſſo ſibi hæredi debito, vel agere hypothecaria pro ſuis creditis ſuper bonis à defuncto diſtractis, vel agere pro relaxatione Majoratus ad ipſum hęredem ſpectantis, aut vendicare bona matris diſtracta; Aut diverſum jus proprium hæres allegat, & perſonam tertii aſſumat excipiẽdo ad effectum retinendi, atq; impediendi executionem, non autem agendi, & impugnandi.

9 Primo caſu regulariter hęres tenetur ſervare factum defuncti, illudque impugnare prohibeatur etiam in bonis, & juribus propriis, adeò ut non ſuffragetur beneficium inventarii, niſi eo legitime juſtificato ſequatur redditio rationum bonorum hæreditariorum cum reliquatus reſtitutione, ità exuendo perſonam hæredis, dum alias hæreditas in dubio præſumitur opulenta, & quatenùs vires ſuppetant, paria ſunt inventarium

tarium

Digitized by Google

rarium adeſſe, vel non adeſſe. Quoties ſpecialis, ac enixa prohibitio teſtatoris cum clauſula annullativa, ſivè diſpoſitio legis communis, vel particularis talem non inducat infectionem actus, ut etiam ab ipſomet alienante, vel hærede ſit impugnabilis, alias non poteſt hęres venire jure proprio, *Fuſar. q.557. Add.ad Buratt.dec.151.Gramat.dec.93.* & in caſibus, in quibus venire poteſt jure proprio hæres tenetur ad pretii reſtitutionem, *Gabr.conſ.123.n.22.lib.1.Rota dec.363.p.10.rec.*

Secundo caſu, quando hæres allegat proprium jus excipiendo ad effectum retinendi, & impediendi executionem, & tunc ſi jus hæredis eſt clarũ, tunc operativum eſt abſq; neceſſitate, ut prius reddat rationem, & exuat perſonam hæredis; nam alias eſſet pati moleſtias pro debitis defuncti in perſona, & bonis propriis Idque ſi jus proprium hæredis ſit de jure fideicommiſſi, vel dominii, quia hoc jus eſt independens à defuncto, & hæres eſt omninò tertius. Niſi prætenſum jus ſit turbidum, & altioris indaginis, quia nec tertius impedit executionem rei judicatæ, ſed ſit executio præſtita cautione de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ, *l.is à quo, ff.de rei vendit.Præſ.de Franch.dec.261.*ibi *Ego in obſerv.*

Ubi verò prætenſum jus proprium non ſit in ratione dominii, ac juris realis, ſed in ratione crediti quantitatis, & ex jure hypothecæ, & tali caſu oppoſitio non impediat executionem, tum quia obſtat præſumptio, quod hæreditas præſumitur opulenta; tum quia obſtet imaginaria ſolutio, donec per redditionem rationum aliud conſtet. Ac etiam, quia creditor etiam anterior jure crediti bona debitoris poſſidens non impedit aliis creditoribus, quamvis poſſeſſoribus exequutionem ad effectum, ut de pretio, juxtà eorum ordinem ſatisfiat, niſi æquitas prohibeat, quia valor bonorum non excedat creditum, *Salgad. in labyr. p.1.cap.11.*undè venduntur bona, & in pretio audiuntur omnes, ut *Reg.Sanfelic.dec.104.*& dixi in *obſerv.456.n.2.Præſ.de Franch.*

ARGUMENTUM.

Oratores, ſeù Ambaſciatores, ultra perſonam propriam, repræſentant illas Regum, Principum Republicarum, & aliorum, à quibus miſſi fuere. Species Oratorum penès Papam. Eorum honorifici tractatus, & præheminentiæ juxtà qualitatem mittentium. Exemptiones à gabellis, & juriſdictionalibus recenſentur. Ambaſciatores noſtri temporis, quò præcellent priſcis, de quibus jura loquũtur.

SUMMARIUM.

1 *AMbaſciatores ſunt publicæ, & conſpicuè perſonæ ob figuram Principum, & Republicarum mittentium.*

2 *Species Oratorum penès Papam, & in quibus inter ſe differant.*

3 *Honorifica tractamenta, quæ eis tribuuntur.*

4 *Exemptiones de jure eis, & comitibus conceſſæ.*

5 *Ambaſciatores noſtri temporis ſunt præcellentiores priſcis, qui in jure habentur.*

6 *Exemptiones Ambaſciatorũ legales explicãtur.*

7 *An ad familiares eorũ extendantur exemptiones, & qui veniunt nomine Comitum?*

8 *Explicantur exemptiones à repræſaliis, à vectigalibus, & à juriſdictionalibus. Et refertur SS.D.Innocentii X.oraculum, & commendatur SS.Pontifex Innocentii XI.pietas.*

CAP. XXXV.

1 ORatores, ſeù Ambaſciatores, plures perſonas repræſentant, ſcilicèt propriam, & Regum Principum, Republicarũ, & aliorum, quos repræſentant.

2 Inter publicas, & conſpicuas perſonas, quę præſertim in Urbe magnam faciunt figurã, atq; Magiſtratuum ſpeciem redolere videntur, cum ipſius magno decore, & majeſtate, *Card.de Luca lib.de judic.tit.de relation. Curiæ diſc.45.* ubi recenſet Imperatoris, Regum, aliorumque Principum, & Republicarum, & aliquarum Civitatum Oratores apud Pontificem.

3 Duplicis generis ſunt Oratores præfati: Alii extraordinarii dicuntur, qui mittuntur, ut Pontifici noviter creato ipſorum Regum, & Principum, aut Republicarum nomine obedientiam præſtent, illumq; in Beati Petri ſucceſſorem, & Chriſti Vicarium recognoſcant. Alii verò ordinarii, qui apud ipſum Pontificem, ejuſq; Curiã per ſuorum reſpectivè Regum, vel Principum, aut Republicarum negotiis aſſiſtunt, ut generaliter in Imperatoris, Regum, Principum, ac Republicarum Curiis iſte promiſcuus Oratorum uſus habetur.

Extraordinarii differunt ab ordinariis in aliquibus præheminentiis, vel honorificis tractatibus, quibus primi, non alii potiuntur. Tum circa receptionum, vel audientiæ magnam ſollemnitatem in publico Conciſtorio, pręvia duplici ſollemni ęquitatione, una ſcilicet in congreſſu Urbis, & altera pro admiſſione ad audientiam cum occurſu, & aſſociatione reſpective familiæ Papæ, aliorumq; Prælatorum, & Nobilium. Tum etiam, quod ex ipſorum Principum diverſa qualitate, vel præheminentia in diverſis Regiis,

vel

vel Ducalibus Aulis recipiuntur, atque ad Pontificis menſam admittuntur, alioſque honorificos tractus recipiunt, utporè Oratores magis conſpicui ratione ſollemnioris negotii, quod peragunt. Ac etiam quia, ubi de Republicarum, vel Civitatum Oratoribus agitur, ordinarii ſunt ſingulares, nempè unus tantum, qui apud Pontificem aſſiſtit. Extraordinariorum verò numerus eſt major, dum ad Univerſitatem denotandam quatuor eſſe ſolent.

4 Ordinariorum verò honorifica tractamenta varia ſunt pro ipſorum Principum, quorum perſonas gerunt diverſa qualitate, ac majori, & minori præeminentia. Tàm circa modum familiariter alloquendi in Aula Summum Pontificem, ſedendo ſuper ſcabello, & capite cooperto ad inſtar Cardinalium, vel reſpectivè ſtando capite diſcoperto. Quàm circa alia, quæ ad cœrimoniarum Magiſtros potiùs pertinent, atque Curiam cœremonialem concernunt. Ac etiam circa immunitates, & exemptionem, quas de jure, vel de facto obtinent.

5 Quamvis in jure civili aliqua ſuper Legatorum, & Oratorum, eorumq; Comitum, & Aulicorum exemptionibus, & privilegiis ſtatuta habeantur, ut in *l.fin.ff.de legation.cum concord.per Decian. in tract. crim.lib. 7. cap.5. Caball.reſol.crim.150.Farin.q.112.à n.160.*

6 Attamen inſpecto Statu Reipublicæ, vel Imperii Romani, de tempore, quo hujuſcemodi leges prodierunt, illæ non adaptantur Oratoribus Regum, & Principum, qui in temporalibus æquè ſupremi ſint, nullam patientes ſubjectionem. Adeò ut quilibet dicatur Imperator in proprio Principatu, qui Imperii ſpeciem redoleat, quorum enim Principum copia non dabatur dicti Imperii tempore, minuſque Republicarum. Et conſequenter ea, quæ de Oratoribus, & Legatis diſponuntur in dictis legibus illos percutiunt Oratores, & Legatos, quorum imaginem repræſentant Oratores ſubditarum Civitatum, ut hodie apud Papam Oratores Bononiæ, & Ferrariæ, ut *Card. de Luca d. diſc.45. num.6.*

7 Quatenùs pertinet ad legales exemptiones, & privilegia, de quibus leges civiles loquuntur concors eſt *Doctorum* ſententia, Oratoribus competere, cum ipſamet jura tales perſonas venerabiles, & quodammodò ſacroſantas reputent, ideòque potiùs dimittendæ, quàm offendendæ ſunt, quoties eas, benique recipere, ac tractare non videatur, ut *d.l.fin.ff.de legat.* Idque etiam illis temporibus praxis dare poterat, reſpectu illorum Regum, aliorumque Dominantium, vel Civitatum, aut Provinciarum, quæ in fide defeciſſent, ut in gratiam reciperentur.

8 Exemptiones etiam reſpectu familiarium cum ipſiſmet Oratoribus locum habent, dubitandi rationem præbentes, quę ſcilicèt perſonę ſub hoc nomine Comitum veniant. Aliqui enim putant, quod ſoli Aſſeſſores, vel Conſiliarii, ſivè ipſius Legationis neceſſarii, ſivè connaturales Miniſtri veniant, cum ipſi quoque tranſmitti dicantur à mittente, ejuſdemque corporis membra cenſenda ſint, cujus ipſe Orator ſit caput, *l.fin.ff.donat.Card.de Luca ubi ſup.* Alii verò, ut inferiorum famulorum Præfecti ſolum veniant. Alii, ut indefinitè veniant omnes famuli, ſivè familiares, qui in ipſius Oratoris obſequio, ac ſervitio ſint, cum omnes pariformiter comitari dicantur, & hæc opinio magis recepta videtur *Bald. in l. adminiſtrantes, §. eorum, ff. de eſcuſ. tut.Bonacoſſ. de famul.q.35.Villadieg.de Legat. p.3.q.5.n.20.*

Anteſignanns exemptionis hujus eſt, *Bald. ubi ſup.* ſcilicèt, an ſit à repræſaliis, & ab aliquibus vectigalibus, & pedagiis indictis Civibus, & Incolis potius, ſive etiam à juriſdictionalibus, tàm in civilibus, quàm in criminalibus, ut pro delictis, quæ in propria patria, ſeù alibi patrata ſint, vel pro debitis alibi contractis etiam in ipſa Urbe, ſed prius, & in alio tempore, aliavè occaſione moleſtias pati non debeant, de tempore, quo iſtam publicam functionem peragunt, & ſic per quandam ſpeciem illius franchitiæ, quæ concedi ſolet accedentibus ad nundinas, aliavè publica emporia. Sivè etiam exemptionis, quæ concedi ſolet Epiſcopis, eorumque familiaribus, quando accedunt ad viſitandum limina Apoſtolorum, ut eas non valeant recipere moleſtias, quas in ipſa Urbe, tanquam in communi patria, vel reſidentia Principis, ideòque in foro competenti ſecluſa iſta occaſione alias pati poſſent, cum habeant jus revocandi domum, ut eſt *tex. in cap.fin.de for.comp.*

Memorabile tradit *Card. de Luca, ubi ſup. n.15.* oraculum prudentiſſimi, magnique Pontificis ſan.memoriæ Innocentii Decimi, quod ſcilicèt aliquibus mercatoribus, aliiſq; negotiantibus ad ipſum recurrentibus pro adminiſtratione juſtitiæ, & coactione cujuſdam Oratoris, qui à Curia diſcedebat, ſaltim per ſequeſtrum, vel arreſtum bonorum, eos interrogavit, an inviti, & coacti ea bona, & victualia, vel pecunias credidiſſent, ob aliquam ſcilicèt potentiam, quæ cum eis àdhibita eſſet. Vel potiùs, quod ultronei, etiam cum favoribus, & diligentiis, imò cum muneribus, & corruptalis Miniſtrorum, tanquam per ſpeciem concurſus ad beneficium id egiſſent. Quoniam primo caſu libenter juſtitiam miniſtrari demandaſſet, quinimò offerebat ejus interpoſitionem apud

ejuſdem Oratoris Dominum per ejus Nuncium pro coactione. Quinimò quod in omnē eventum, ne ſub ejus regimine, ac publicā fide eluſi remanerent, Miniſtris Cameralibus ex ipſiuſmet Cameræ ære illorum ſatisfactionem demandaſſet. In altero autem caſu ſibi ipſis imputarent, cum ità ob ſpem magni lucri, quod hujuſmodi mercatores, & negotiatores facere ſatagunt, dando merces, & victualia Oratoribus, aliiſque exteris Magnatibus, qui ad Curiam accedunt, pecunia credita quandam ſpeciem contractus ſuper incerta alea inire videantur. Atque ità in hujuſmodi recurrentibus ſequutum fuit, quod in Evangelio legitur de accuſatoribus adulteræ ex Chriſti Domini oraculo, ut qui ſine peccato eſſent, in eam lapides iniiceret.

Inter memoranda per SS.D.N.Innocentium XI.geſta, omni ævo commendanda, pientiſſima res eſt, ut Divina providentia mox creatus Pontifex, paterno ductus amore erga Republicas, præſertim Venetam propter noſtię tempeſtatis calamitates ex bello Ottomano, deputationem Ambaſciatorum extraordinariorum expreſſiſſime tenuit ad parcendum condignis ſumptibus erogari ſolitis in tanto munere. Propter Sanctiſſimum noſtri Papæ regimen Deus Neſtorios ei largiatur annos ad publicam utilitatem, & exemplum.

De Ambaſciatoribus per me relata ex *Theatro Juſtitiæ Dom. Card. de Luca* excepſi, tanquam auri fodina in re legali, remittens me in omnibus obſervantiæ.

ARGUMENTUM.

Legati Apoſtolici perſonam Pontificis vicem ſubſtinentes inter alias perſona, quæ plures repræſentant, recenſentur, eorumque ſpecies, ut alii ſint extraordinarii, ſivè Legati de Latere. Alii ordinarii, eorumque facultates in collatione beneficiorum reſervatorum in diſpenſationibus in exercitio juriſdictionum, & aliis. Et an ipſorum facultas percutiat perſonam Principis temporalis, vel cum mixtura quoque Chriſti Vicarii. Explicantur Vicelegati. Nuncii aſſiſtentes apud Imperatorem, & alios Principes.

SUMMARIUM.

1 *Legati Apoſtolici inter gerentes plures perſonas recenſentur.*
2 *In duabus ſpecies dividitur Legati Apoſtolici,*
3 *Extraordinarii dicuntur Legati à Latere, & ipſorum munus.*
4 *Facultas extraordinariorum.*
5 *Ordinariorum ſpecies declarantur, & perſonas.*
6 *An Principis temporalis vicem ſubſtineant.*
7 *Mixtura juriſdictionis in exercitio muneris.*
8 *Reſtricta, in quibus ſit facultas.*
9 *Vicelegati explicantur.*
10 *Nuntii aſſiſtentes gerunt vicem plurium, & declarantur.*

CAP. XXXVI.

1 Legati Apoſtolici funguntur etiam vice plurium perſonarum; nam ultra perſonam propriam, repræſentant perſonam Papæ, ſed an uti Principis temporalis, vel Vicarii Chriſti Domini, & quæ ſit eorum poteſtas nunc videndum eſt.

2 Species horum Legatorum ſunt, ut alii ſint extraordinarii. Alii ordinarii. Extraordinarii nonniſi in Cardinalitia dignitate deputari ſolent, & qui de Latere dicuntur apud Reges, & Magnos Principes pro bellis componendis, vel pro fœdere adverſus Infideles, vel Hæreticos, ſimilibuſq; gravioribus negotiis. Antiquitus etiam non conſtitutis in Dignitate hoc munus demandari ſolebat.

3 Iſtorum Legatorum extraordinariorum, qui & de Latere dicuntur, magna eſſe ſolet authoritas, quæ tamen certam, ac uniformem non habet regulam. Generaliter autem pro regula ſtatui poteſt, ut eis in ſibi commiſſa provincia competant illæ facultates, quæ competunt in Epiſcopis in eorum Diœceſibus, *Cavaler.dec.15.n.2.*

4 Præterea Pontifex ſolet multas facultates eis communicare circa collationem beneficiorum reſervatorum, & conceſſionem aliquarum diſpenſationum, aliarumque gratiarum, & Indulgentiarum, in magis, vel minus ampla forma, adeò ut hujuſmodi Legati habeant formalem Datariam, eiſque plures Prælati tanquam Officiales, & Miniſtri aſſignari ſoleant, & præſertim unus ex Rotæ Auditoribus, qui Datarii, & Conſiliarii munus expleat, ut tanquam peritus conſulere valeat, quænam pro Sedis Apoſtolicę ſtylo concedi, vel reſpective denegari debeant, atque ad hunc effectum eiſdem etiam aſſignantur aliqui inferiores Miniſtri verſati in Dataria, & Cancellaria Apoſtolica.

Ulterius hujuſmodi Legatorum in loco juriſdictionis magna, & præheminentia ſuper omnes Prælatos, ac etiam ſupra Cardinales, quamvis antiquiores, ac alias digniores. Ad inſtar illius Canonici, qui gerendo munus Vicarii generalis Epiſcopi alios Canonicos, vel Dignitates majores præcedit, ideòque eo præſente ad ipſum Legatum pertinet Pontificales ſollemnitates, vel præheminentias explicare, tàm circa præhemi-

minentem ſeſſionem in throno elato, quàm circa impartitionem ſollemnis benedictionis populi, ac erectionem Crucis cum ſimilibus, à quibus Epiſcopus in propria Diœceſi abſtinet.

5 Altera eſt ſpecies Legatorum ordinariorum, qui pariter non niſi ex Cardinalium Collegio juxtà hodiernam praxim deputari ſolent pro regimine, vel ſupremo Vicariatu aliquarum Provinciarum, vel ditionum Status Eccleſiaſtici, ut attenta hodierna praxi ſunt Legati Avenionenſis, Bononienſis, Ferrarenſis, Urbinatenſis, & Æˈtruliæ, ſeù Romandiolæ. Quamvis in hac ultima Provincia Legatio non ſit fixa, ſicuti ſunt aliæ, ſub Urbano VIII. & Innocentio X. illa committi conſuevit regimini Prelati ſub nomine Præſidentis, & quandoque (licet raró) in gubernìis præſidalibus, ſeù provincialibus Marchiæ, cujus Civitas reſidentialis eſt Maceratenſis. Et Umbriæ, cujus Civitas reſidentialis eſt Peruſina. Et Patrimonii unius Civitas reſidentialis eſt Viterhienſis, Cardinalis Legatus deputari conſuevit, prout temporum opportunitas exigeret, *Card. de Luca in prax. diſc.* 4.

6 Iſta veró Legatorum ſpecies percutit potiùs alteram perſonam Principis temporalis, dum eorum munus principaliter concernit regimen temporale, ideóq; cenſendi ſunt Præſides, ſeù Vicarii Provinciarum Principatus temporalis. Eo modo, quomodó Rex noſter Catholicus in Italia deputat Proreges, vel Gubernatores, & Vicarios in Principatibus ejus Monarchiæ annexis. Vel ut erant illi Præſides Provinciarum Regni Neapolitani, qui ſub nomine Proregum, & Vicariorum deputabantur, quando dictum Regnum proprium Regem ibi reſidentem habebat.

7 Beneverum eſt, quod in hujuſmodi Regnis verificatur illa eadem mixtura utriuſq; Regiæ, & Pontificiæ poteſtatis, quæ practicatur in pluribus Tribunalibus, ac Magiſtratibus Curiæ Romanæ, quod ſcilicèt, quamvis præponantur regimini temporali, adeò ut eorum Auditor generalis, qui eſt Judex ordinarius cauſarum ad ejus forum pertinentium, dicatur potiùs Judex laicus. Ut quandoque refert practicaſſe in Signatura *Card. de Luca n.* 13. Attamen Papa, aliam pontificiam induendo perſonam plures eis communicat Eccleſiaſticas, ſeù ſpirituales poteſtates majores, vel minores juxtà temporum opportunitatem, illos præſertim conſtituendo Judices appellationum, & recurſuum ab Ordinariis, aliiſq; Prelatis cum eiſdem præeminentiis Eccleſiaſticis, juxtà diverſam praxim, & obſervantiam, cui nimium in his deferendum eſt.

8 Iſtorum veró Legatorum poteſtas magis reſtricta eſt, adeò ut legibus Canonicis, vel civilibus derogare, vel diſpenſare nequeant. Undè propterea in caſus contingentia pluries per Rotam deciſum fuit, ut Conſtitutiones Legatorum, ſeù localia Statuta cum eorum auctoritate confirmata attendi non debeant in iis, quæ de directo ſunt contra jus. Niſi antiqua recepta conſuetudo pro ipſarum Legationum diverſis moribus aliter ſuadeat, *Gratian. diſcept.* 166. *n.* 1.

9 Hujuſmodi Legatis alter Officialis per Papam adjungi ſolet in Prælaturę ſtatu conſtitutus, qui Vicelegatus nuncupatur, iſq; ex quodam recepto uſu tanquam Vicarius generalis eaſdem exercet facultates indefinitè Legato abſente, ut praxis docet in Legato Avenionenſi, dum ea Legatio committi ſolet Cardinali primo Miniſtro, qui nepos dicitur, atq; continuò reſidet in Curia apud ipſum Papam, atq; ipſo Legato pręſente, adhuc aliquas habet facultates, juxtà cujuslibet legationis praxim, vel obſervantiam, quæ attendenda eſt.

10 Habet etiam Papa tanquam Papa aliam ſpeciem Officialium, & Magiſtratuum extra Curiam, nempe Nuntios aſſiſtentes apud Imperatorem, ac Reges, alioſq; Supremos Principes, eiſque juxtà diverſos ſtylos, vel temporum, ac rerum contingentias jura, ſeù facultates Legati conceduntur, tam circa collationes aliquorum beneficiorum, quam circa diſpenſationes, & gratias, ut de his *Card. de Luca diſc.* 4. *in praxi judic.*

ARGUMENTUM:

Monachus, ſeù Religioſus factus Epiſcopus, an ſubſtineat utramque perſonam, & remaneat Regularis, & aſtrictus tribus votis? Expenduntur *Squillante D. Reg. Rovit., Noguerol. & alii, & dec. 241. Farin. cum Fontanell.* Et ſenſus *Authoris*. Et an habeat regreſſum ad bona renunciata tempore ingreſſus? Vel revocare poſſit teſtamentum ante profeſſionem conditum? Demum, an obligetur ex contractu?

SUMMARIUM.

1 *Monacus, an promotus Epiſcopus remaneat Regularis, vel fiat capax?*
2 *Monachus factus Epiſcopus, an recuperat bona renunciata?*
3 *Expenditur* text. in cap. Statutū 18. q. 1. *&* n. 4.
5 Noguerol. *militat pro incapacitate.*
6 *Occurrit* dec. 241. Farin. Noguerola.

 6 Fon-

7 Fontanellæ *traditio.*
8 *Senſus* Authoris.
9 *An ex contractu obligetur hic Epiſcopus?*

C A P. XXXVII.

1 MOnachus promotus ad Eccleſiam ſæcularem, an ſubſtineat vicem duarum perſonarum, ſcilicet Monachi, & Epiſcopi. Videtur, quod ſic, quia ille factus Epiſcopus non per hoc habilitatur ad habendum proprium, & ad diſponendum ad libitum de proprietate, & remanent in ipſo ſubſtantialia regulæ, ut de habitu ſervando, & continentia, & de non habendo propria, in his enim non abſolvitur, ut patet per *text. in cap. de Monachis*, & ibi *gloſ. cauſ. 66. q. 1.* licet in jejunio, ſilentio, & vigiliis abſolvatur, ut per *text. in cap. nemò cauſ. 16. q. 1.* & ſic Monachus effectus Epiſcopus adhuc remanet regularis, *gloſſ. in cap. quorumdam, verb. mendicantium de elect. in 6.* quæ docet, ut licet Frater mendicans efficiatur Epiſcopus, tamen adhuc remanet de Ordine Mendicantium, *Bald.*, *Covar.*, *& alii*, quos refert, & ſequitur *Reg. Rovit. dec. 10. num. 13.* ubi etiam quod factus Epiſcopus remanet altrictus illis tribus votis ſubſtantialibus caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, & remanet in eadem incapacitate, cum non deſinat eſſe Monachus, *Capyc. dec. 100. Navarr. de Regular. conſil. 1. n. 58. Clar. § teſtamentum, quæſt. 28. n. 7. Leſſius de juſt. & jur. lib. 2. cap. 19. dub. 4. n. 40. D. Reg. Tapia in Auth. ingreſſi, verb. ſuo, cap. 6. n. 59. Anna conſ. 45. n. 84.*

2 Attinet ad quæſtionem, an Monachus factus Epiſcopus recuperet bona renunciata tempore ingreſſus? *Anna conſil. 45.* negat, & volunt *Cutell. de donat. tract. 1. diſc. 2. p. 3. num. 132.* & deciſum teſtatur *D. Reg. Rovit. dec. 10.* & comprobat *D. Altimar. in addit. ex Andreol. controv. 396. per tot.* rejectis *Molſeſ. conſil. 1. lib. 3. & conſ. 39. lib. 1.*

3 Argui poteſt in contrarium, quia Monachus Epiſcopus efficitur capax bonorum, prout quilibet ſæcularis, *text. in cap. Statutum 18. q. 1.* & tenet *Squill. de privil. Epiſc. p. 1. cap. 38. n. 38.*

4 Suffragatur opinio tenentium, quod Monachus factus Epiſcopus recuperat bona renunciata tempore ingreſſus, *Genuenſ. pract. q. 262. Paſchal. de patr. poteſt. p. 1. cap. 3. n. 99.* quos refert *D. Reg. de Marin. lib. 2. reſol. 46. num. 18. Maranta controv. 55. tom. 3.*

5 Verior videtur prima ſententia, quam fusè defendit *Noguerol. allegat. 26. num. 156.* Rationem aſſignat, quia dignitas facit, quem aſcendere, ſed liberari à ſubſtantialibus regulæ ſit deſcendere. Et colligitur ex *d. cap. Statutum*, in contrarium allegato, ubi licet Monachus effectus Epiſcopus, acquirat, non tamen ſibi acquirat, ſed aut Monaſterio pro acquiſitis ante promotionem, aut Eccleſiæ, in qua eſt intitulatus pro iis, quæ acquiſivit poſt promotionem, & quamvis in *d. text.* dicatur, Monachum effectum Epiſcopum à jugo Regulæ Monaſticæ abſolvi, tamen debet intelligi de juriſdictione Abbatis, & non de ſubſtantialibus regulæ, & ità exponit *gloſſ. in cap. de Monachis 16. q. 1.* & dixit *Covar. in cap. 1. n. 18. de teſtam.*, ità *Andreol. ubi ſupra per tot.*

6 Nec obſtare ait *Noguerol. n. 169.* contrarias *dec. 401. n. 1. & 476.* quæ inveniuntur, apud *Farin. deciſ. 241. & 476.* penès *Farin. dec. 241. & in dec. 306. p. 2. rec.* Quia donatio ab Uſelenſi Epiſcopo in illo caſu facta fuit cujuſdã domus, quæ erat parvi momenti. Præterea ibi donatio fuit dotis cauſa, ut in *deciſ. 401. Ludoviſ.* Ad hæc Epiſcopus promiſerat Conſobrinas dotare, quando eas aſportavit ad Sardiniæ Inſulam, ex qua promiſſione poterat conveniri. Ulterius Epiſcopus acquiſierat domum ex parſimonia. Demum domum Epiſcopus emit uti perſona laica, & in hac forma deciſiones intelligunt *Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat. 114. n. 20. Argel. de acq. poſſeſſ. q. 3. art. 20. n. 1062. & ſeqq.*

7 Proponit *Fontanell. dec. 227. n. 18.* difficultatem, ſi Monachus efficiatur Epiſcopus, cui acquirat, an Eccleſiæ, in quam fuit translatus, an Monaſterio, in quo emiſerat profeſſionem, & remittit ſe ad *Barboſ. ubi ſup. Anna cum Robert. rer. judic. lib. 4. cap. 3. Martam de ſucceſſ. p. 4. q. 1. art. 4. n. 1.* Demum ait, hunc caſum in Regno Cataloniæ, & in Hiſpania eſſe indiſputabilem, ubi ſpolia Epiſcoporum ſunt Rev. Cameræ Apoſtolicæ.

8 Ego rem controvertibilem agnoſco. Diſtinguendo plures caſus. Aut Monachus effectus Epiſcopus acquirat bona de fructibus Menſæ Epiſcopalis, & in eis bene ſuccedit Camera Apoſtolica, juxtà *Fontanell.* Aut bona erant delata tempore, quo erat Religioſus, & ſpectant ad Monaſterium, ſi ſic capax, *Fontanell. deciſ. 227. n. 2.* Vel ſunt bona agnatorum delata Epiſcopo, & ſpectant ad Eccleſiam, cui eſt intitulatus, *Reg. Rovit. n. 10. Andreol. n. 20.* & dixi in *Gratian. cap. 263.*

9 Monachus factus Epiſcopus, an obligetur ex contractu, cum non agatur de præjudicio Religionis, & cum in quæſtione ſit, an factus Epiſcopus deſinat eſſe Monachus, & omninò ſolvatur à votis Religionis, juxtà *Sanch. de præcept. Decal. lib. 7. cap. 6. Ann., Molſeſ., Ludoviſ. & alios, ubi ſup.* ideò bona fide cum eo contrahens non debet remanere deceptus, dum credulitas eſt probabilis, & ità defendit *Card. de Luca de credit. diſc. 83.* in caſu fortiori, quo Monachus Caſſinenſis electus ſolummodò erat Epiſcopus in conſue-

Digitized by Google

to examine approbatus, & in Conciſtorio præconizatus, qui debitorem ſe conſtituerat, priuſquam ſequeretur propoſitio in altero Conciſtorio, qui conventus coram A.C., relaxatam fuit adverſus eum mandatum executivum, quia licet ſola electio non faciat Epiſcopum, ex *Sanch.d. lib.7. cap. 31.* Attamen ſicut ſi dominus declaret, velle ſervum manumittere præviis aliquibus ſollemnitatibus, pro iis explendis poteſt ſervus ſtante imminenti ſtatu libertatis à domino jam declarato debitum contrahere pro hujuſmodi ſtatu perficiendo, ità in caſu propoſito.

ARGVMENTVM.

Mediator, vel proxeneta, an fungatur vice plurium perſonarum, nempè mediatoris, mandantis, mandatarii, ſocii, auxiliatoris in delicto, & qua pœna puniendus veniat, & ſciens interventum pecuniæ in mandato de occidendo, an ſit aſſaſſinus? Expenditur *pragm. 12. de aſſaſſin.* an ipſa loquens de mandante comprehendat mediatorem, deferentem literas, & portantem ambaſciatam mandatario, vel mutuantem pecuniam, vel depoſitarium. Ad effectum, ut delictum ſit exceptum, an ſufficiat ſtatutum declarans qualificatum?

SUMMARIUM.

1 *Mediator in delinquendo, an ſit mandans, & mandatarius?*

2 Pragm. 12. de aſſaſſin. *loquens de mandante, an intelligatur de mediatore?*

3 *Immediatus mandans dicitur mediator.*

4 *Mediator punitur eadem pœna, qua principalis, etiam uti auxiliator.*

5 *Auxilium præſtant mediator, deferens litteras, ambaſciatam, depoſitarius pecuniæ, & mutuans, & quando.*

6 *Qualitas delicti excepti inducta per ſtatutum, an privet Immunitate Eccleſiæ?*

7 *Mediator, an admittatur in teſtem?*

CAP. XXXVIII.

1 Mediator, ſeù proxeneta, an fungatur vice plurium perſonarum, ſcilicèt, mediatoris, mandantis, mandatarii, ſocii, auxiliatoris, & teſtis, & qua pœna puniri debeat, vel qualiter probet?

Proxeneta, vel mediator dici poteſt nedum mandans, ſed etiam mandatarius, ſi mediator fuit inter eos ad occidi faciendum, & proinde ſi operam ſuam mediatoris præſtitiſſet mediante pecunia, ſtante *prag. 21. de aſſaſſin.* loquente de mandante, & mandatario nulla facta mentione de aliis fortè cooperantibus in delicto, ſi ipſe mandavit occiſori, ut mediante pecunia occideret, proculdubio includeretur in Pragmatica multiplici reſpectu, uno modo uti mandans, dum ipſe mandavit nomine mandantis, altero modo uti mandatarius reſpectu mandantis principalis, *Capyc. dec. 155. n. 17. D. Reg. Rovit. pragm. 12. de aſſaſſ. n. 25.*

2 Ad interpetrationem *d. Pragm.* controverſum fuit, ſi in ea compræhendatur mediator, dum loquitur de mandante, & mandatario nulla facta mentione de cooperantibus in delicto, nec de mediatore? Attentis regulis generalibus negandum videtur, dum Pragmatica non loquitur in rem, ſed in perſonam, ibi: *Se alcuno, &c.* & inferiùs *tanto lo mandante, quanto lo mandatario,* & ſic intrat diſtinctio *Bartol. in l. omnes populi, ff. de juſt. & jur.* ut ubi ſtatutum loquitur in perſonam, & non extendatur, ſecus ſi in rem.

3 Contrarium ſuadet, quod talis mediator ſit expreſsè compræhenſus in verbis ipſius *Pragmaticæ,* quoniam ipſe mediator dicatur mandans, juxtà *Angel. de malefic. verb. Sempronium mandatorem, q. 6. n. 16.* ubi ait, quod ſi mando tibi, & tu mandes aliis, tu ſecundo mandans teneris, ut ego principalis, & primus mandans, & ſequitur *Angelum, Hyppolit. de Marſil. ſing. 181.* & fuit originale dictum *Bald. in l. unica, §. ne autem, n. 18. C. de caduc. toll.* Quod mediator aedem pœna teneatur, qua mandans, & mandatarius, *Gurb. conſ. 7.* ubi refert ità judicatum *Caball. reſol. 243. cent. 3. Conciol. reſolut. crimin. verb. aſſaſſinus, reſol. 3. per text. in cap. mediatores,* & ibi *gloſ. de teſtib.* & ibi etiam *Abb.* Hoc caſu videntur plures mandantes, unus immediatus, ut mediator, alius mediatus mandans mediatori, & ità ſinguli tenentur eadem pœna, *textus eſt in l. 2. ff. mandat.* ubi decidit, mandatum contrahi inter nos, ſivè mei gratia mandantem tantum, ſivè aliena tantùm, & ſic mediator licet alterius gratia mandaverit, ſcilicet illius, qui ſibi mandavit.

4 Præterea nam *Pragmatica* non cernitur correctoria juris communis, dum continet diſpoſitionem ſecundum jus commune, ſtatuens pœnam à jure communi ſtatutam, & conſequenter recipit interpetrationem, ampliationes, & limitationes, quas recipit jus commune, ſivè ſtatutum loquatur in rem, ſivè in perſonam, *Villagut. de extenſ. leg. in tit. de extenſ. leg. corrector. n. 91. in fin. n. 102. & 111.* ubi infinitos cumulat. De jure enim communi omnis auxiliator in quolibet delicto punitur eadem pœna, qua ipſe principalis delinquens, ſi cum auxilio dedit cauſam deli-

delicto. Propenſius in delicto aſſaſſinii, ſi auxilium præſtans non ignorat qualitatem aſſaſſinii, ut pecuniæ interventum, *Farin. q.123.n.33.*

5 Auxilium tripliciter præſtari poteſt in delicto, vel ante delictum, aut in ipſo actu, vel poſt delictum. Mediator præſtat auxilium ante delictum; & iſtud etiam præſtat, qui literas de delicto tractantes alicui defert ſcienter, vel ſi portet ambaſciatam, *Farin. q.130.n.41.Caball., Giurb., & Conciol.ubi ſup.* Item mutuans pecuniam cauſa inveniendi aſſaſſinum, *Giurb.conſ.41.Conciol,ubi ſup.* vel depoſitarius pecuniæ dandæ aſſaſſino, ſcientia beneverum probanda eſt per Fiſcum, ut probat *Conciol. ubi ſup.* Et hi omnes puniantur pęna ultimi ſupplicii; quia crimen ipſum commiſiſſe videntur, ut *Giurb. conſ.7.* de his latè *Reg. Rovit.d.pragm.12.*

6 In ſpecie Immunitatis Eccleſiæ; ut delictum ſit exceptum, non ſufficit, ſi *per Pragmaticam*, vel Statutum ſit delictum qualificatum, ſed exceptum, ſed debet eſſe juxtà jus commune, ità *Giurb. conſ.50.n.23.D.Reg. de Marin.lib.1.reſ.171.n.7.* & dixi in *obſ.713. ad Præſ. de Franch.n.14.* Unde tota vis conſiſtit, an Statutum ſit ſecundum jus commune.

7 Mediator, an admittatur, ut teſtis, & probet. Diſtinguit *gloſ. in d. cap. mediatores, in verb. caſus*. Aut ſumus in civilibus, aut in criminalibus, vel in crimine ſimoniæ. Quando eſt ſocius criminis, ſemper repellitur, ſive ſit ſocius criminis, ſive muneris, & criminis. In civilibus admittitur cum conſenſu partium, *§. quoniam, Auth. de teſtibus coll. 7.* unde videnda eſt *gloſa* citata. In civilibus qualitas mediatoris potiùs auget fidem, & quandoque unicus ſufficit non intereſſatus, utpote meliùs deponens de facto proprio. Quinimò illi, qui profeſſionem exercent, quorum libris ſtatur *Card. de Luca in prax.judic. diſc.32.n.49.* vide *Merlin. dec.608.n.27. Duran.dec.98.Baratt.dec.775.& 844.*

ARGVMENTVM.

Eligendi poteſtatem habens, an poſſit concurrere activè, & paſſivè, & ſubſtinere perſonam eligentis, & electi? Judex, an poſſit ſe eliggere in tutorem. Quis conferre ſibi ipſi beneficium, vel patronus ſeipſum præſentare? In electione Vicarii Capitularis, quis votum dare ſibi ipſi? Diſtributor eleemoſynarum ſibi applicare?

SUMMARIUM.

1 *Eligendi poteſtatem, an eligere poſſit ſeipſum?*

2 *Judex, an eliggere valeat ſeipſum in tutorem?*

3 *Collator beneficii, an poſſit ſibimet conferre, vel patronus ſemet præſentari.*

4 *Diſtributor eleemoſynarum, an applicare poſſit ſibi ipſi? & n.6.*

5 *Opinio diſtinguens. An fiat per ſolum eligentem, vel per plures.*

7 *Vicarii Capitularis votum, an gaudeat numerum eligentium?*

C A P. XXXIX.

1 Eligendi poteſtatem habens, an poſſit concurrere activè, & paſſivè electione, & ſubſtinere perſonam electoris, & electi?

Negandum videtur, quia debet eſſe diſcretio perſonarum, *cap.per noſtras de jure patron.l.ſi mandavero, §.ſi tibi, ff.mand.*

2 Hinc Præſes, vel quilibet alius non poteſt ſe tutorem decernere, *l. Præſes Provinciæ, ff. de offic. Præſ.l.fin.ff.de offic.Prætor.*

3 Neque collator poteſt ſeipſum inſtituere in beneficio, *c.fin. de inſtit.* Nec patronus ſeipſum præſentare, *cap.per noſtras de jure patr.*

4 Nec qui habet facultatem eligendi pauperes, poteſt ſeipſum eligere, quantumvis pauperem. Neque pater ſeipſum exemplariter filio ſubſtituere, *Fontanell.dec.188.*

5 Rectius tamen diſtingue. Aut electio fit per plures publicè, & palàm, & alii eligunt unum ex ipſis habilem, & poteſt electus electioni conſentire, & conſentiens facit numerum, *textus eſt in cap. cum in jure peritus de elect.* ibi: *Dummodò electioni de ſe factæ conſentiat*. Aliter ſi fiat per ipſum ſolum, vel ſecretò, & juxtà primam partem patronus poteſt conſentire collationi in ſuam perſonam factæ per Epiſcopum, ut latè *Fontanell. d.dec.188.per totum.*

6 Diſtributor eleemoſynarum, an poſſit ſibi ipſi applicare? Affirmant *Molin. de juſtit. diſp.747.n.1.Caſtropalaus in oper.moral.diſp.3. q.14.p.3.n.9. Caſtill.lib.4.controv.22.n.84.* & ſcripſi *in obſerv.568. ad Præſ.de Franch.n.10.*

7 Prætermittendum non erit, quod licet electio fiat per plures, Electi votum non auget numerum, ſi electio fiat per ſcrutinium ſecretum, *cap.quia propter de elect.* Secus aperto ſcrutinio, & publicato, & publicè adhæſerit electioni per alios de ſe factæ, quia hoc caſu non eſt ambitioſus, *Abb.in cap.cum in jure de elect. Baratt.dec.316.& 481. Rota poſt Vivian.de jurepatr.dec.135.n.9. Card.de Luca de Canonic.& Capitul. diſc. 26.* ubi de Vicario Capitulari electo, & videndus *diſc. 27. à n.22.* ubi an Vicarii Capitularis electio ſit formalis, vel ſimplex actus Capitularis, & quod non ſit electio, idem in *diſc.26. n.4.* & *Garzia de benefic.p.5.c.7.n.21.*

ARGU-

ARGUMENTUM.

Archiepiſcopus, an repræſentet duas perſonas, ſcilicèt Archiepiſcopi, & Rectoris Eccleſię ſitę in Diœceſi ſui Suffraganei, ideòque ſit ſuperior, & inferior? Refertur caſus, & deciſio. In juriſdictionalibus aſſiſtentia juris, an proſit ad manutentionem? Conceſſo feudo Regi in alieno territorio, is intelligitur feudatarius.

SUMMARIUM.

1 *Archiepiſcopus qualiter ſit ſuperior, & inferior reſpectu Suffraganei?*

2 *Exemplum cum deciſione refertur.*

3 *In juriſdictionalibus ex ſituatione Eccleſiæ aſſiſtentia juris ſufficit ad manutentionem.*

4 *Unio diſtinguitur in æquè principalem, & acceſſoriam, ſeù per viam annexionis.*

5 *Unio per viam annexionis non intelligitur quoad ſeparationem territorii.*

6 *Conceſſo Feudo in alterius ditione alieni Regi, is conſideratur Feudatarius.*

CAP. XL.

1 Archiepiſcopus quandoque repræſentat plures perſonas, ſcilicet Superioris, & Archiepiſcopi, & inferioris, & ſimplicis Rectoris Eccleſiæ ſubditi eidem ſuffraganeo, cujus Eccleſiæ per ipſum Archiepiſcopum in aliena Diœceſi poſſeſſæ dicitur Epiſcopi Diœceſanus. Similiter poteſt Epiſcopus repręſentare ſuamCathedralē, & eſſe Diœceſanus alterius, uti ſimplex Rector Eccleſiæ ſitæ in Diœceſi alterius Epiſcopi.

2 Exemplum eſt de Metropolitana Eccleſia Salernitana, cui ob temporum illorum calamitates in depreſſionis ſtatu exiſtenti Nicolaus V. ut ejus neceſſitatibus conſuleret, ſuppreſſo Abbatiæ titulo illi perpetuò univit Monaſterium de Erchia Ordinis Sancti Benedicti ſitum in Dięceſi Amalphitana; cùi eſt annexa Cura animarum cujuſdam populi ibi adjacentis cum facultate illam in futurum exercendi per Vicarium, ſeù Miniſtrum, prout etiam univit quandam aliam Eccleſiam ſitam in Dięceſi Nucerina. Cumq; tractu temporis Vicarius hujus ſecundę Eccleſiæ prætenderet illam eſſe effectam de omnimoda juriſdictione ſui Archiepiſcopi independenter ab Ordinario, & exercere juriſdictionem ſpiritualem cum populo, cujus Curam habebat, & ſubjectionem producta Bulla unionis, in qua enunciatur, hujuſmodi Eccleſiam eſſe ſitam in Dięceſi Amalphitana, cum facultate conceſſa omnia ejus emolumenta percipiendi, aliaque Abbati, & Monaſterio alias competentia exercendi, dum probabatur ſituatio, introducta cauſa coram Judice deputato de voto Rotæ de anno 1627. die 1. Martii contra Salernitanum prodiit reſolutio, ut ex *dec. 141. p. 5. rec. Card. de Luca lib. 14. de regular. tit. Miſcell. Eccleſ. diſc. 24. num. 10.*

3 Fundamentum extitit, quia ſituatione poſita reſultat juris aſſiſtentia, quæ in juriſdictionalibus ſola reputatur ſufficiens ad manutenſionem, *Mantic. deciſ. 322. Cavaler. dec. 193. Rota dec. 128. p. 11. rec.*

4 Arguebatur in contrarium, diſtinguendo inter unionem, ſcilicèt æquè principalem, vel acceſſoriam, & ſubjectivam, ut primo caſu retineat primævam naturam, & ſtatum. Secundo efficiatur unum, & idem cum eo, cui facta eſt unio, tanquam per ſpeciem alluvionis, & fluminis intrantis in mare, ex notatis per *Bar. in l. ſi convenerit, §. ſi nuda, ff. de pignor. act. Gratian. diſc. 291.* ampliante, ut dictum beneficium non dicatur amplius beneficium, ſicut dicebatur ànte unionem, ut latè ſcripſi in *Gratian. ubi ſupr. ex Gonzal., Cavaler., & Card. de Luca.*

5 Conceſſa unione per viam annexionis, & acceſſionis replicabatur, id intelligi quo ad ipſam Eccleſiam, ejuſque redditus proventus, & jura, ità ut Archiepiſcopus Salernitanus ſubintraret in jus Abbatis Monaſterii, non autem pro ſeparatione territorii cum Clero, & Populo, diſmemorando ab antiqua Diœceſi, cum unionis tenor id non importaret. Neque id implicet, prout Epiſcopus Tiraſonen. in ſua Diœceſi Epiſcopi perſonam gerit, & perſonam Archidiaconi, & Prælati inferioris in loco *Nullius.*

6 In ſimili conceſſo feudo alicui, qui in ſua ditione ſit ſupremus Princeps, reſpectu feudi conſideratur Baro, & ſimplex feudatarius, non autem cum ſupremo jure Principatus, ut praxis docet in Regno noſtro *Card. de Luca de juriſdict. diſc. 21. n. 10. & diſc. 22. n. 6.*

ARGVMENTVM.

Diſpoſitio loquens de una perſona, an habeat locum in perſona mixta? Hermaphroditus eſt homo mixtus, & quando repræſentet duas perſonas, & judicetur uti maſculus, vel uti fœmina, & an poſſit ad ordines promoveri, & ad profeſſionem in Monaſterio, & ſexus maſculinus uti dignior non attendatur, ſi non ſit potentior, neque in æquali ſexu poſſit eligere alterutrum. Demum quid ſi adſit agilitas corporis.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Diſpoſitio loquens de una perſona, an habeat locum in perſona mixta?*

2 *Hermaphroditus in æqualitate ſexus, an judicetur, ut maſculus?*

3 *Ad ordines non promovetur, neque ad profitendum Hermaphroditus.*

4 *Signa æqualitatis potentiæ utriuſque ſexus.*

5 *In mixto dignius, quando non attendatur.*

6 *Hermaphroditus, an eligat alterutrum ſexum?*

7 *Agilitas corporis, an ſit argumentum evidens ſexus virilis?*

CAP. XLI.

1 Mixtus homo, & duas repræſentans perſonas dicitur Hermaphroditus, hinc de eo heſitant, utrum diſpoſitio loquens de una perſona, habeat locum in perſona mixta, quæ duas repræſentat perſonas, & in ea duæ qualitates concurrant, ſcilicèt, Hermaphroditus? Negant *Roman. in l. 2. à n. 15. ff. de verb. oblig.* & ibi *Bolognett. à n. 124. & 183. Polydor. Ripa de nocturn. temp. cap. 4. à n. 54. Farin. in Pragm. vini p. 2. verb. mixtum, n. 232. Roxas de incompatibil. p. 2. cap. 3. n. 27.*

2 Difficultas ergo eſt, ſi diſpoſitio teſtatoris, vel ſtatuti vocet maſculos, & in ſubſidium fœminas, utrum Hermaphroditus maximè ſi in eo neuter ſexus prævaleat, ſed æqualis ſit, excludat fœminas, vel ſuccedat frater ſecundogenitus, ſi Hermaphroditus ſit primogenitus?

3 Adverſus Hermaphroditum arguitur, quia tunc ſtante æqualitate ſexus non debet promoveri ad ordines, & ſi de facto ordinetur, non imprimitur in eo character, quia ſubjectum ordinis Clericalis ſunt maſculi, ità tenent *Archidiac. in cap. Diaconiſſam 27. quæſt. 1. Bonacin. de Sacram. Ord. diſp. 8. q. unic. punct. 5. num. 6. Campanil. in diverſ. jur. Canon. rubr. 11. cap. 3. num. 1.*

Præterea repellitur à profeſſione vitæ religioſæ tàm in Monaſterio virorum, quam mulierum, *Campanil. ubi ſup. n. 3. Sanch., Filliucc.* & alii plures quos refert, & ſequitur *Roxas, ubi ſup. n. 19.*

4 Idque procedit in ſpecie eorum, qui utriuſque ſexus munera potenter obeunt, & unam mammam dextram maris, aliam ſiniſtram fœminæ ſimilem habent, unde ſecundogenitus ſuccedet, cum ſuccumbat agens, ſi probationes ſunt æquales, *l. ſi verò, §. qui pro rei qualitate, ff. qui ſatiſd. cog. verb. dubitetur.* Et quando concurrunt duæ virtutes paris potentiæ, tantum juris habet una ad reſiſtendum, quantum altera ad obtinendum, *Bar. in l. Sabinus, ff. comm. divid.* Et Hermaphroditus juxtà *Bald. in l. omnes populi, n. 20. ff. de juſt. & jur.* dicitur homo mixtus.

5 Nec obſtat, quod in mixto ex duobus ſimplicibus attendi debeat dignius, & hic ſexus maſculinus. Quia id verum eſt, ſi dignius ſit etiam potentius, ſed quando non apparet de majori potentia, quippè ſit in utroque æqualis virtus, tunc non debet attendi ſexus virilis, licet ſit in ſe dignior ſeparatus ab alio, cum non ſit potentior alio, cum ad invicem ſe impediant pari potentia, *l. ille à quo, §. interpeſtivum, ff. ad Trebell.* Imò ſi in dubio tutior pars eſt amplectenda, judicari potiùs debeat, ut fœmina, vult, *Barboſ. axiom. 78. verb. dubium, n. 2.*

6 Minus turbat, quod in dubio poſſit eligere alterutrum ex utrnque ſexu, ut *Bald. Alber. & alii in l. quæritur, ff. de ſtatu hom. Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 106.* Intelligitur in his, quę expediri poſſunt abſque aliqua gravi inconvenienti, vel præjudicio tertii, ità latè *Roxas ubi ſupr. & n. 64. & ſeq.* declarat, niſi concurrat agilitas corporis, quia hæc qualitas cum ſit evidens, præponderat, & ubi non umbrae alias, & pro virilitate judicandum, alia ſcripſi in *tract. de linea legal. art. 8. lib. 1. à n. 62.* ubi in fine recenſeo *Zacchiam 99. Medico legal. tom. 1. lib. 7. q. 8. à n. 24.* tractantem articulum, an poſſit dari Hermaphroditus, adeò perfectus in utroque ſexu, ut agere, & pati poſſit? Et *n. 30.* negat.

7 Si magis incaleſcat in maſculo Hermaphroditus, & judicatur, ut vir, & præfertur ſecundogenito, ſecus ſi magis in ſexum muliebrem, *Bald. & alii in d. l. quæritur*, latè *Roxas*, & ſcripſi in *tract. de linea, ubi ſup.*

ARGUMENTUM.

Socius gerit vicem plurium perſonarum, videlicèt omnium ſociorum, qui ratione mandati reciproci tenentur pro debito contracto in cauſam ſocialem. Inquiritur in dubio, an cenſeatur ità contractum debitum, & obligetur ſocius diſſoluta ſocietate, ſi poſteà contractum ſit debitum, ſi per edicta publica, vel aliter non certiorentur contrahentes? Obligatio conſocii, an excedere poſſit quantitatem in negotio poſitam, ut teneatur ultra eam ex ſuo aſſe? Ingens diſſidium inter *Menoch., Gratian., Theſaur. & alios*. Laudantur *Fontanell. & Dom. Card. de Luca*, & adducitur ſenſus *Authoris*.

SUMMARIUM.

1 *Socius repræſentat ſuam perſonam, & ſociorum vi reciproci mandati.*

2 Pro

2 *Pro debito contracto per ſocium alii tenentur inſolidum, an requiratur expreſſio cauſæ, vel nominis.*

3 *Pro debito contracto poſt diſſolutam ſocietatem conſocius obligatur, & traditur cautela conſociis.*

4 *Conſocii obligatio, an excedat ſummam in negotio poſitam?*

5 *An ſocietas ſit leonina, ſi non teneatur ſocius ultra ſummam.*

6 *Opinio diſtinguens affertur.*

7 Gaſpar. Theſaur. *diſtinctio.*

8 Fontanella *totus eſt in defendendo conſocium, & occurrit contrariis Authoritatibus.*

9 Senſus *Authoris.*

C A P. XLII.

1 SOcius gerit vicem plurium perſonarum, videlicèt omnium ſociorum, ità ut ſocius per conſocium obligetur etiam inſolidum contrahendo debitũ in cauſam ſocialem ratione reciproci mandati, quod inter ſocius datum dicitur, ut unus poſſit alterum obligare, ità per *text. in l. ſi tamen plures, ff. de exerc't. act. Bald conſ. 263. lib. 1. n. 3. Surd. dec. 213. Ferrentill. ad Buratt. dec. 810. n. 6. Manſus conſult. 53. n. 44. Celſ. dec. 6.* cum aliis collectis per *Conſil. Roccum in notab. 7. poſt vol. 1. reſpen. de ſociet. n. 21. & notab. 46. n. 89. Card. de Luca de credit. eo deb. diſc. 87. n. 5.*

2 Locum habet quæſtio, ubi in cauſam ſocietatis ſit contractum debitum, aliter ſi non conſtet, vel per non expreſſionem cauſæ, vel nominis, tunc enim eatenùs creditori contra conſocium competit actio, quatenùs conſtet de verſione, idque potiùs utili actione de in rem verſo, ubi autem nomen, vel cauſa ſocialis accedit, tunc verſionis defectus non attenditur, neque de illa creditor ſollicitus eſſe tenetur, cum actio non procedat à verſione, ſed à reciproco mandato, quod unus alteri dediſſe cenſetur, *Celſ. ubi ſup. Card. de Luca ubi ſup. n. 10.*

3 Societate poſita, & in cauſam ſocialem contractu debito, conſocius obligatur, quamvis inter eos ſocietas diſſoluta eſſet, quod tamen negotiatoribus, atque negotii ſocialis fidem ſequentibus pro locorum, vel regionum ſtylo non ſit benè certificatum, adhuc eadem obligatio viget. Undè ſi inito negotio ſociali inter plures, quorum unus concorditer a negotio exeat, atque concorditer per conſocios liberetur, adhuc tamen obligatus remaneat, niſi per publica edicta, ſeù literas certificatorias id ad notitiam negotiantium, & correſponſalium benè deducatur, alias enim eſſet, publicam fidem fallere, cum correſponſales notitiam non habentes idoneitatis, & qualitatis aliorum ſociorum ſequantur principaliter fidem nominis probatæ fidei, quamvis aliorum nomen adjungatur, ut advertitur apud *Conſil. Roccum de ſociet. notab. 79. n. 163. Card. de Luca diſc. 75. num. 9.*

4 Controvertunt Pragmatici, an conſocii obligatio excedere poſſit quantitatem, vel ſummam in negotio poſitam, adeo ut ultra eam ex reliquo ipſius aſſe teneatur? Regulam conſtituit negativam, niſi facti circumſtantiæ aliter ſuadeant, *Card. de Luca diſc. 87. n. 11.* & laudat *Anchar. conſ. 334. n. 4.* cum concordantibus per *Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 22. num. 8. Fontanell. deciſ. 506. Add. ad Theſaur. dec. 136. Surd. dec. 213. n. 8. Dunozett. dec. 402. n. 18.* ſubdit *Card. de Luca*, quod hæc ſit potiùs quæſtio facti, quam juris.

5 Arguitur in contrarium, quia eſſet veluti ſocietas leonina, ſi ſocius non tenetur ultra ſummam in negotio poſitam, dum non foret par ratio lucri, & damni, cum lucrum poſſet creſcere in infinitum ad centena millia, & damnum uſque ad quantitatem, quam ſocii ponunt, ſi ipſi non tenerentur inſolidum. Præterea non inveniretur, qui quidquam crederet, timens ne cambia abſorberent capitalia, & eſſet contra propria commoda laborare, dum non eſſet, qui cum eis contraheret.

6 Diſtinguunt alii, ut ſocii quidem teneantur pro rata viciſſim inter ipſos, non autem reſpectu tertii, & aliorum contrahentium, quibus unuſquiſque ſocius tenetur inſolidum, ut *Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 22. n. 7. Capyc. dec. 180. n. 3. Menoch. conſ. 410. n. 42. Gratian. diſcept. 279. n. 9. & diſcept. 967. n. 6.* & quod ſocii teneantur inſolidum etiam de bonis extra ſocietatem, & ultra corpus ſocietatis conſuluit, *Jaſon. conſ. 33. lib. 3.* & videtur admiſiſſe *Rota dec. 132. p. 2. diverſ. n. 25.* ubi quod ſolidum dicitur id, quod eſt integrum. Intelligendo tamen *Jaſonis* doctrinam veram eſſe in ſubſidium, non extante capitali, & effectibus ſocietatis, & facta prius excuſſione nominum debitorum, & effectuum ipſius ſocietatis, ut poſt *Bald., Gaſpar Theſaur. lib. 4. q. forenſ. 30. n. 6.* ubi bis ità fuiſſe judicatum affirmat.

Fontanella dec. 505. n. 17. recenſet quamplures defendentes, quod niſi expreſſe dicatur, ſocii non tenerentur ultra ſuum capitale, ex *Decio, Mantic., Scacc., & aliis.*

7 *Gaſpar. Theſaur. ubi ſupra*, diſtinctionem quandam adhibet, dicendo opinionem pro obligatione ſocii inſolidum procedere, ubi obligatio ſocietatis eſt ampla, & non reſtricta, & inſtitoribus per ſocios fuit tributa facultas accipiendi pecunias cambio quaſcumque. Secundò verò quando negotiatio ſocietatis eſt limitata, & inſtitutores ad exercitium illius habent ſolum aſſiſtentiam juris.

8 Occurrit ſigillatim authoritatibus contrariis, *Fontanell. dec. 506.* ediſſerens, quod *Doctores* pro obligatione ſociorum tenentes, id firmiter non aſſeverent. Nam *Mozzius de ſociet. cap. de natur. ſociet. n. 19.* loquitur dubitativè per verbum *credo*, & per verbum *videtur*. *Pariſius conſ. 94. n. 30. lib. 1.* loquitur dubitativè per verbum *videtur*, & idem *Pariſius conſ. 93. n. 31.* firmat contrarium, & eſt varius. *Gratian.* tractat, an ſocii obligentur inſolidum. Sed nihil dicit, ſi intra, vel ultra capitale, & ideò non meretur allegari, ait *Fontanell.* & ſimili forma reſpondet ad *Menoch. Felic. & alciatum, & alios.*

Ad rationes in contrarium adductas, quod alias eſſet leonina ſocietas reſpondetur, negando, ſocios velle tantum ſtare lucro, non damnis, quia æque illis ſtabunt, ſed ſolum quo ad capitale, nec tribuendum fallaciæ, & dolo, velle ſocios in infinitum lucrari per medium inſtitoris, & non in infinitum perdere; nam id generale eſt in omni ſocietate particulari, & limitata. Conſule luſores, qui cum uno ſolo floreno, quem habent, volunt lucrari plura millia, ità *Fontanell. dec. 508. n. 10. & ſeqq.*

9 Pro reſolutione refertur communis diſtinctio. Aut ſumus in ſocietate contracta ſuper aliqua negotiatione, quæ à publico decernatur, ut eſt conductio gabellarum, & ſimilis, & omnes tenentur inſolidum, *Petr. de Ubal. de duob. fratr. p. 9. n. 1. Felic. d. cap. 30. n. 30.* Aut ſumus in aliis ſocietatibus ordinariis, & alia ſubſequitur diſtinctio, aut ſocii contrahunt inſimul inter ſe, & non obligantur inſolidum, ſed quilibet pro ea parte, quam habet in ſocietate, *Petr. Ubald. & Menoch. ubi ſup. n. 35.* Vel obligantur ad favorem tertii, & omnes inſolidum tenentur *Menoch., Surd., Felin. & Gratian. n. 8.* quibus relatis *Michelor de fratribus p. 2. cap. 48. n. 23.* intelligit hanc communem ſententiam locum habere, ut teneantur inſolidum pro ſumma ſolummodò, quam quiſque de capitali habet in ſocietate, & ultra corpus ſocietatis inſolidum non teneantur, ex *Oſaſch. dec. 150. num. 8.*

Neque deterret *text. in l. 1. §. fin. cum ll. ſeqq. ff. de exercit. act.* ubi inſolidum tenentur ſocii. Nam *Aleiat. in l. ejus qui, ff. ſi cert. pet.* dicit regulare eſſe, exceptis caſibus ibi poſitis ſocios non teneri niſi pro rata. Et ad *l. 1.* reſpondet, ut procedat, quando agitur de duobus reis debendi, *l. fin. C. de duob. reis.* Vel quando plures egerunt unam negotiationem per ſuos Exercitores, ſeù Factores, non ſi per ſe tantum, *Pariſ. conſ. 93. lib. 1. Carocc. de excuſſ. p. 2. q. 48. n. 6.* Vel quando plures negotiantur in diverſis locis, tunc enim unus eorum poteſt conveniri inſolidum, quia videntur ad invicem tanquam inſtitores præpoſiti, *Bald. in l. cum te, C. ſi cert. pet. Alex. conſ. 139. lib. 5.* ubi ut unus ſociorum obliget alios, requiritur, quod ſit ab eis expreſſe, vel tacite præpoſitus negotiationis. Ulteriùs quod contrahat nomine communi, & ſe exerceat circa negotiationem, non circa extranea. Aut obtinet locum in pluribus exercentibus aliquam adminiſtrationem de publico decretam, *l. ſi unus ex argentariis, ff. de pact.* Aut procedit, quando de conſuetudine modo cum uno, modo cum alio ſuper re ad illam negotiationem attinente, quia tunc inſolidum tenentur. Secus pro rata, licet plures ſentiant oppoſitam, & male, ut ingenioſè *Valaſc. dec. 98.*

Ex facto complementarii, ſeù inſtitoris poſſunt obligari conſocii tàm in actione perſonali, quàm hypothecaria, ſi ille bona majorum hypothecaverit, *Giurb. dec. 88. Gaſp. Theſ. ubi ſupr. Merlin. de pignor. lib. 2. q. 77. n. 1.*

Videndi ſunt in hac materia *Gratian. cap. 967. Gaſp. Theſaur. & Merlin.* præciſe quod ex facto ſocii non obligantur conſocii, ſi adeſt complementarius. Aliud ſi promiſcuè negotiantur conſocii. Alia dixi in *Gratian. cap. 279.*

ARGUMENTUM.

Inſtitutum noſtrum de pluralitate hominis legali naſcitur ex penetralibus materiæ de adoptionibus, cum adoptati, & arrogati miro modo ſubſtinent vicem plurium, filius ſcilicèt dupliciter filius, & ità è contrà pater, & nepos ſit nepos, inſimul, & filius, & viceverſa pater ſit avus, & inſimul pater, & dentur duo patres, naturalis, & civilis, tempore quo non datur ſemipater, & ediſſeritur effectus quoad ſucceſſionem adoptivorum, & arrogatorum.

SUMMARIUM.

1 *Pater quando gerit duas perſonas, & è contrà filius, vel nepos ſit filius, & nepos ejuſdem.*

2 *Pater ſi emancipet filium, poteſt deindè arrogare, & effectus.*

3 *Adoptatus ab extraneo repræſentat duos patres.*

4 *Adoptatus ab extraneo, an ſuccedat utrique patri, & qualiter?*

5 *Arrogatio explicatur cum differentiis ab adoptione. Et num. 6.*

CAP. XLIII.

1 Ex penetralibus materiæ adoptionis miro modo naſcitur noſtrum inſtitutum de

de pluralitate hominis legali, nullus enim evidentius gerit perſonam plurium, quam adoptatus, vel arrogatus. Adoptatus etenim ab avo, vel ab alio Aſcendente, qui per adoptionem evadit in poteſtatem adoptantis, *l. cum in adoptivis. §. ſi verò, C. de adopt.* de quo idem de arrogato dicitur *Peregrin. de fideicomm. art. 36. n. 43. Michelor. de fratr. p. 3. cap. 20. n. 25.* ſubſtinet hic adoptatus perſonam, ne dum filii civilis per adoptionem, ſed etiam inſimul nepotis naturalis, & ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccedit æqualiter una cum filiis legitimis, & naturalibus, *l. ſi pro te parens, C. de ſuis, & legit. Michelor. ubi ſup. n. 26.* nam in una perſona naturalia, & civilia jura concurrere poſſunt, *§. ſed hodie*, & ibi *gl. Inſtit. de adopt.* ibi: *Si verò pater naturalis non extraneo, ſed avo filii ſui materno, vel ſi ipſe pater naturalis fuerit emancipatus, etiam avo paterno, vel proavo ſimili modo paterno, vel materno filium ſuum dederit in adoptionem, in hoc caſu, quia concurrunt in unam perſonam, & naturalia, & adoptionis jura, manet ſtabile jus patris adoptivi, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo conſtrictum, ut & in familia, & in poteſtate hujuſmodi patris adoptivi ſit.* Propterea aut putà maternus, aut paternus adoptans nepotem in filium eſt avus, & pater, avus ſcilicèt naturalis, & pater civilis per adoptionem.

2 Si pater emancipet filium, poteſt deindè ipſum arrogare, & per arrogationem recidit in poteſtatem patris, unde talis filius ob duplicem filiationem, nempè naturalem, & civilem ſungitur vice duarum perſonarum, & pater eſt dupliciter pater tempore, quo non datur ſemipater, nec dantur duo patres, idque ex commento juris civilis; Et nepos ex filio ante arrogationem natus mortuo, deindè avo non recidit in poteſtatem patris, *§. videamus, inſtit. quibus mod. jus patr. poteſtate ſolvitur*, ibi *gl. verb. in poteſt. l. ſi pater filium, ff. de adopt.*

3 Extraneus adoptans filium non habet eum in poteſtate, nec per adoptionem ab extraneo factam jura patris naturalis diſſolluntur, *§. ſed hodie, inſtit. de adopt.* ubi *gloſ.* Conſequenter hic filius dicit relationem ad plures patres, nempè naturalem, & civilem, e contra dantur duo patres unius filii, quæ incompatibilitates cum non poſſint adeſſe in una perſona materiali, danda eſt neceſſario pluralitas formalis perſonarum, & duplicitas earum in una perſona repræſentante plures.

4 Adoptatus ab extraneo, qui remanſit in poteſtate patris, hoc caſu patris naturalis, & adoptivi ſucceſſionem utramque habet cum hac diverſitate, quod filius adoptivus ſuccedit patri extraneo ab inteſtato ſolummodò, & patri naturali ex teſtamento, & ab inteſtato, ut *§. ſed hodie*, & ibi *gl.* Quinimò ſuccedit patri adoptivo ab inteſtato cum filiis legitimis, & naturalibus, *Michelor. ubi ſup. n. 26.*

5 Quæ de adoptato dicta ſunt gerente vices plurium, eadem procedunt in arrogato. Adoptio autem differt ab arrogatione in pluribus, nam arrogari dicuntur illi, qui cum ſint ſui juris à viro ſexagenario Principis authoritate in filios ſollemniter recipiuntur *gloſ. paterfamilias, §. fin. ff. de adopt.* Niſi tamen juſta cauſa in viris non ſexagenariis, putà infirmitatis exiſtat, vel niſi arrogator ſit conjuncta perſona arrogati, ut *in d. §. fin. Michelor. n. 5.* Requiritur ulterius, ut ille, qui arrogatur ſit ſui juris, adſit principalis auctoritas, vel ſaltem Judicis competentis decretum, *l. 1. & l. adoptio, C. de adopt.* Exigitur expreſſus conſenſus, utriuſque ſtipulatio, & ſcriptura ſollemnis, & in impuberibus requiruntur alia, de quibus in *§. cum autem, inſtit. de adopt.*

6 Adoptati an tranſeant in poteſtatem adoptantis, niſi adoptans ſit avus paternus, vel maternus exiſtente in medio filio emancipato, & adoptio fieri poteſt cum licentia Judicis cujuſcumque, & etiam minor ſeptem annorum, *Michelor. n. 10.*

Arrogatis in bonis arrogantis debetur quarta, licet præteriti non poſſint dicere teſtamentum nullum, cum habeatur remedium ordinarium petendi quartam, nec minus pro inoſſiciosa dote, *l. Papinianus, §. pen. ff. de inoff. teſtam. Peregr. art. 36. n. 41.* & an eorum legitima ſit aucta, vide *Merlin. de legitim. tit. 3. q. 3. lib. 1.* & *Peregrin. n. 42.*

Adoptivis legitima non debetur, cum poſſint præteriti, & exhærerari, *Peregrin. n. 43.* Aliter in adoptato ab avo, cum ipſe legitimam præſtare debeat, ut *Peregrin. n. 43. Merlin. ubi ſup. Michelor. p. 1. cap. 33. n. 20.* Idem in adoptato, qui fuit à patre naturali emancipatus, *Merlin. n. 19.* Impuberes adoptati quartam cōſequi debent, *l. 2. C. de adopt. Peregrin. art. 36. n. 41.*

ARGUMENTUM.

Civis, vel Canonicus, an contribuat in expenſis litis, quam habet contra ſe Communitas, vel Capitulum? Judex in cauſa conventionis fungitur vice duorum, & conſequitur duplex ſalarium. Aliter ſi per viam exceptionis procedit reus. Citanda qualiter ſit perſona duplicem perſo-

nam gerens? Expenditur *Rota Roman.* Pater agens pro filio, an debeat agere nominatim uti legitimus adminiſtrator? *Gratianus* refellitur.

SUMMARIUM.

1 *Civis an contribuat in expenſis litis, quam habet contra ſe Communitas?*

2 *Judex in cauſa conventionis fungitur vice duorum, & habet duplicatum ſalarium.*

3 *Quid ſi per viam exceptionis, & non reconventionis procedat reus.*

4 *Perſonam duplicē gerens qualiter ſit citandus?*

5 *Pater agens nomine filii, an id exprimere debeat?*

6 Cirocch. *refellit* Gratianum *ajentem.*

CAP. XLIV.

1 Civis, vel Canonicus, an contribuat in expenſis litis, quam habet Civitas, vel Capitulum cum ſeipſo tanquam uno de illo corpore, vel de illa Communitate, & ſubjacere debeat collectæ, vel contributioni, quæ fiat pro illa lite ſubſtinenda contra ſeipſum? Dic quod ſic, niſi aliud facti circumſtantiæ ſuadeant, nempè æquitas, vel altera congrua ratio id non patiatur, *Cavaler. dec. 402. D. Reg. Rovit. in pragm. 5. de admin.* Univerſ. *Ludoviſ. dec. 263. Mantic. dec. 262. Card. de Luca in praxi de judic. diſc. 36. num. 26.*

2 Jure duorum fungitur Judex in cauſa conventionis, & reconventionis judicans, & duplex debet habere ſalarium, unum ut Judici conventionis de conventione ipſa, alterum, ut Judici reconventionis, *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. cap. 21. n. 72.* & ità practicari ait *Fontanell. 214. n. 7. & 8.* ubi quod cauſa reconventionis reſpectum habeat ad unitatem, vel duplicitatem Judicis, non ad majoritatem cauſæ ad finem, ut cauſa uti major debeat in tribunali Collegiato, vel alio majori Judice judicari.

3 Si per viam exceptionis compenſationis, vel aliarum exceptionum procedat reus, non per viam reconventionis, & tunc diverſa eſt quæſtio, an debeatur majus ſalarium propter exceptiones, quæ importarent magnas prætenſiones, utputà quod bona ſint vinculata, & obligari non poterant, ſuper quibus Judex æque, ac ſuper conventione habet declarare? *Fontanell. n. 17. ex Mier. in Curia Bar. Reg. Ferdin. cap. 8. n. 23.* negat, tranſcribendo illius verba, ibi: *Sed quid ſi incidenter opponitur compenſatio, vel de inventario, aut alia exemptione. Dic quod propter hoc non creſcit ſalarium, niſi fiat mutua petitio per modum reconventionis*, & ità practicari in Catalonia, teſtatur *Fontanell.* non enim propter deducta in exceptionibus creſcit cauſa, nec creſcit ſalarium.

4 Perſona duplicem perſonam gerens ſit citanda, in controverſiam quoq; deducitur? *Rota dec. 40. p. 11. rec. n. 13.* ità loquitur. *Et licet citatio contra ipſos uti hæredes Hieronymi ſupponatur executa, non autem uti fideicommiſſarios Galeatii, dum tamen de utroque titulo in actis conſtabat, citationes ex utroque jure cenſentur executæ ad ſubſtinendam actus, & ſententiæ validitatem, pro qua uti inutiles, & calumnioſè circuitus evitentur, omnis debet interpetratio deſumi, l. quoties, & l. marito, ff. pro ſocio, l. cum in teſtamenta, §. hæc verba, ff. de her. inſtit. Alciat. reg. 3. præſump. 42. Ludoviſ. dec. 282. & ibi Beltram. & Rotam,* refert *Card. de Luca in prax. judic. cap. 9. n. 57.* & etiam *Otthobon. dec. 103. & 237.*

5 Pater agens in judicio pro filio, àn debeat exprimere hanc qualitatem legitimi adminiſtratoris? Affirmat *Pinell. in l. 1. p. 1. n. 6. de bon. matern. Gratian. diſcept. 365. n. 4.* ibi: *Exemplo patris petentis in judicio, quod filio debetur, qui debet exprimeri nomen iſtud adminiſtratoris, Menoch. conſ. 352. num. 18.*

6 Contrarium tamen verius putant idem *Pinell. n. 64. Baſſius de patr. poteſt. cap. 8. n. 91.* ut ſufficiat, quod pater ſit legitimus adminiſtrator ſine tali formula, & adverſus *Gratianum* nominatim *Ciroccb. diſc. 57. n. 48.* ubi refert ità judicaſſe *Rotam de anno* 1650. *coram Veroſpio*, & firmat idem *Gratian. diſcept. 401. n. 34. Cancer. p. 3. var. cap. 1. n. 238.* & ſeipſi in *Gratian. d. cap. 365. n. 5.*

ARGUMENTUM.

Reus principalis, qui pro delicto poteſt torqueri ex Proceſſu informativo, utrum etiam poſsit uti principalis in ſe, & teſtis quoad alios? Judex ordinarius, an ex delegatione ſibi facta à Principe, vel à Supremo Magiſtratu repræſentet duas perſonas, Ordinarii, & Delegati Principis. Et quando habeat utramque, exemplificatur in Epiſcopo procedente cōtra exemptos, & Regulares, & in aliis caſibus. Cauſa duobus commiſſa cum clauſula, *quod alter ſine altero, &c.* uno obeunte, ſi primus eandem dignitatem obtinuerit, an ſolus cognoſcat? Refallitur *Gratianus.*

SUMMARIUM.

1 *Ex præeminentia M.C. ex Proceſſu informativo, an reus torqueri valeat, tanquam principalis quoad ſe, & teſtis quoad alium?*

2 *Judex ordinarius delegata ſibi cauſa à Principe,*

pe, an repræſentet ſuam, & delegantis Principis perſonam?

3 *Mixta ſpecies ex ordinaria, & delegata juriſdictione, quæ ſit.*

4 *Cauſa duobus commiſſa cum clauſula*, quod alter ſine altero, &c. *ſi per obitum unius acquirat obeuntis dignitatem, an ſolus procedat?*

5 *Reſolvitur negativè contra* Gratianum.

C A P. XLV.

1 REus, ſi poteſt torqueri vigore præheminentiæ M.C.V. ex Proceſſu informativo, controverti contingit, an poſsit etiam torqueri, non datis defenſionibus, uti principalis in ſe, & teſtis quoad alios? Negant *Foller. in pract. crim. verb. capiatur informatio, num. 12. & 28. Bajard. ad Clar. §. fin. lib. 5. q. 25. n. 38.* Ratio aſsignatur, quia in mixtis, prout in hoc caſu, quo principalis fungitur vice duarum perſonarum, ſemper attenditur, quod ſectando partem favorabilem eſt magis juri, & æquitati conſentaneum, *Farin. in prax. q. 39. n. 150.* ità in puncto *Dom. D. Iheron. Calà in pulchro tractat. de præhemin. M.C. cap. 42. n. 21.* ubi quod concedenda copia repertorum, & dandæ defenſiones.

2 Judex ordinarius, an repræſentet plures perſonas, ſcilicèt Ordinarii, & Delegati, ſi Princeps, vel Supremus Magiſtratus, cui delegandi poteſtas competit, eidem Ordinario, vel eidem Tribunali ſuper aliquibus cauſis cõmiſsiones dirigat, ut paſsim evenit.

Negativè reſolvitur, quia ubi Judex efficitur delegatus, partes delegati aſſumit, & antiquas Ordinarii exuit, vel potiùs, ut Ordinaria juriſdictione continuante, atque non innovata delegatio operativa ſit, quoad illam poteſtatem tantùm, quæ alias jure ſuo non competeret, *Mantic. deciſ. 214. Ludoviſ. dec. 150.* & ibi *Beltram.*

3 Datur mixta ſpecies utriuſque Ordinariæ, & Delegatæ juriſdictionis in eodem Judice, ſeù Epiſcopo, ut ex. gr. poſt Concilium Tridentinum ſunt Epiſcopi, aliique Ordinarii locorum, quibus in pleriſque caſibus ſupra Regulares, aliosvè exemptos per idem Concilium, aliaſve Apoſtolicas Conſtitutiones conceſſa, ſeù verius reſtituta eſt juriſdictio, quæ ipſius Sedis Apoſtolicæ delegata dicitur, reverà tamen ſpectato effectu etiam in hoc genere Ordinarii ſunt, ideòque omnia, quæ in Judice Ordinario procedunt, in eis quoque locum habent, ità in verbis adjuncto hoc vocabulo delegationis, vel ad præſervanda privilegia exemptiva, vel ut huic juriſdictioni majus robur tribuatur, & ne exempti, & Regulares illam declinare valeant. In reliquis autem quoad modum procedendi, vel appellandi, nulla inter unius, vel alterius juriſdictioni genus, vel ſpecies differentia dignoſci videtur, iis caſibus exceptis, in quibus per quaſdam ſpeciem limitationis ſpecialiter ità proviſum ſit, utputà in materia Immunitatis Eccleſiaſticæ ſuper exemptione à poteſtate Metropolitani, cui inhibitum eſt cauſam avocare à Suffraganeo, & etiam A.C. ut paſsim inhibet Sacra Congregatio Immunitatis, ità *Card. de Luca in prax. diſc. 3. n. 18.*

4 Cauſa duobus commiſſa abſque clauſula: *Quod alter ſine altero poſſit procedere.* Si unus objerit, & alter conſequitur dignitatem mortui, & ſimul retineat primam, an poſsit ſolus ſine altero judicare? Ajentem opinionem firmant *Jo: Andr. in cap. rationi col. pen.* & ibi *Franc. n. 3. de regul. jur. in 6. Decius in cap. quoniam, Abbas de offic. Deleg.* & ibi *Felic. n. 12. Gratian. diſcept. 4. n. 17.* quandu enim jura plurium perſonarum deveniunt ad unum, ille ſolus fungitur vice duarum, & facit, quod omnes facere debent, *Surd. conſil. 30. n. 13. & de alim. tit. 6. q. 25. n. 31.*

5 Negant è diametro *Alex. in l. de die, §. ſi fidejuſſor. ff. qui ſatiſd. cog. Maſſobr. in prax. hab. concurſ. ad Parochial. requiſ. 5. dub. 10. num. 1. Barboſ. in cap. uno Delegatorum de offic. & poſt. Jud. Deleg.* & dixi in *Gratian. d. cap. 4. n. 7.*

ARGUMENTUM.

Perſona mixta eſt ceſſionarius, ità fungens vice duarum perſonarum, ut quod non poſſit conſequi cedens ex ſua propria, poſſit ceſsionarius ex perſona ipſiuſmet ceſsionarii, & è contrà, quod an adverſetur regulæ, *nemò plus juris in alium transferre poteſt, quam ipſe habet*, elucidatur cum *Monter.*, & aliis. Exceptio compenſationis competens contra cedentem, an poſsit opponi contra ceſsionarium? Diſtinguitur.

SUMMARIUM.

1 *CEſſionarius eſt perſona mixta.*

2 *Jura, quæ inutilia ſunt penès cedentem, utilia ſunt in ceſſionario.*

3 *Ceſſionarius qualiter melioris ſit conditionis, quam cedens,* Monterii *declaratio.*

4 *Per ceſſionem purgatur obſtaculum regulæ excludentis cedentem, ut ſcilicèt bis idem exigi nequeat.*

5 *Fidejuſſori agenti contra tertium poſſeſſorem ex juribus ceſſis à creditore non obſtat excuſſionis exceptio.*

6 *Compenſationis exceptio competens contra cedentem, an opponatur contra ceſſionarium?*

C A P.

Digitized by Google

C A P. XLVI.

1 CEſſionarius eſt ex his, qui funguntur vice duarum perſonarum, ſcilicet ipſius ceſſionarii, & cedentis, & quod nequit conſequi ex perſona ſua, conſequitur ex perſona cedentis, & quod nequit cedens ex ſua, valet conſequi ceſſionarius ex perſona propria.

2 Concluſio firmata probatur, nam jura, quæ inutilia ſunt penès cedentem, perſæpè utilia ſunt in habente jus, & cauſam ab eo, ut docet *Bald. in l. fin. n. 1. C. de jur. dot. Monter. dec. 25. n. 31.*

3 Etſi à contrario dicatur, quod nemò plus juris in alium transferre poſſit, quam ipſe habet, *l. nemò plus juris, ff. de reg. jur.* & jura, quæ ceduntur, ſoleant tranſire in ceſsionarium cum ſuis qualitatibus, adeò ut jus, quod eſt inutile in perſona cedentis, generaliter etiam ipſi ceſsionario inutile ſit, alias eſſet melioris conditionis ceſsionarius, quam cedens, quod jura non permittunt, ut *Natta conſ. 398. n. 3.*

Occurrit *Monter. dec. 25. n. 31.* dicens huſuſcemodi oppoſitiones non procedere, quando ceſsio fit de eo jure, quod de per ſe natum eſt in perſona ceſsionarii novam inſtantiam, & actionem producere, ſed tunc procedere, quando ceſsio fit de eo jure, quod aliam actionem non ſuggerit, quam quæ apud cedentem eſt, ut late *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 18. p. 2. à n. 69. Olea de ceſſ. jur. tit. 6. Miſcellan. num. 56.*

4 Per ceſsionem purgatur obſtaculum regulæ excludentis cedentem, ut ſcilicèt bis idem exigi nequeat, & proinde ſi creditor ſit ſatisfactus à fidejuſſore, quamvis non poſsit amplius agere, attamen poteſt etiam ex intervallo poſt ſolutionem ei actiones cedere, & non obſtabit regula prohibens bis exigi, *l. bona fides, ff. de reg. jur.* & exceptio illa non obſtat ceſsionario, *Merlin. de pignor. lib. 4. q. 74. n. 7.*

5 Pariter ſi fidejuſſor ſolvit principali ceſſis ſibi juribus, poterit quamvis ſit in medio uti fidejuſſor ex ceſsis actionibus contra tertium poſſeſſorem agere, ità ut actiones, quæ erant inutiles penes cedentem, dum obſtabat ei exceptio excuſsionis tàm bonorum debitoris principalis, quàm fidejuſſorum, *Auth. hoc ſi debitor, C. de pignor.* erunt utiles penes fidejuſſorem ceſsionarium, ſicut Sol, quamvis non habeat colores, tamen format colores, quos non habet *Montan. dec. 25. Fontanell. ubi ſupra n. 69.* & dixi in *Spicileg. de ceſſion. jur. & action. q. 40. n. 2. & 3.*

6 Exceptio compenſationis competens contra cedentem, an poſſit opponi contra ceſſionarium, vel non poſſit, ſi enim opponi nequeat, actio quæ eſſet inutilis penes cedentem, erit utilis apud ceſſionarium. Diſtinguunt alii. Aut ceditur actio ante oppoſitam exceptionem compenſationis, & tunc liberè tranſit actio, *Angel. conſ. 259.* comprobat, quod jus compenſandi antequam deducatur in actum, eſt in ſolo habitu, & potentia, quæ in actum non deducta non afficit, nec affecit actionem ceſſam, nec inquinari poteſt in præjudicium ceſſionarii, & ità ſectando *Angelum*, concludit *Surd. dec. 191. n. 14. & conſ. 87. n. 24.* ubi quod compenſatio, quamvis videatur fieri ipſo jure, tamen intelligitur, ut tunc inducatur, quando opponitur à parte, & non ante. Aut antequam agat ceſsionarius contra debitorem ceſſum, & opponi poterit ità *Gratian. diſcept. 356.* ità intelligit *dec. 53. Præſ. de Franch. Reg. Latro dec. 24.*

Ratio viva eſt primæ partis diſtinctionis, quia poſt ceſsionem ſubſequuta denunciatione nullum adeſt debitum compenſabile, quia non ſolvibile cedenti, cum debitor ceſſus non poſsit amplius ſolvere cedenti hoc caſu, & per conſequens nec compenſare. Unde facta ceſsione, debitor debet eſſe cautus in præveniendo ceſsionarium, antequam ceſsio ſit ſibi notificata, ità *Gratian. num. 23.* propterea pro debito cedentis non videtur, poſſe opponi compenſationem contra ceſſionarium. Confert, quod fictio compenſationis non debet operari in tertii præjudicium, *Reg. de Marin. ad Revert. obſervat. 444.* de his vide, quæ pro utraque parte ſcripſi in *Spicileg. de ceſſ. jur. q. 42. per tot.*

ARGUMENTUM:

Advocatus unius, an poſſit à Parte adverſa produci teſtis, & cogi ad teſtimonium ferendum, & ſubſtinere vices duorum? Diſtinguitur materia à materia. In ſubſidium, & vigore monitorii num teneatur? Declaratur *Giurba*. Recenſentur nonnullæ reſtrictiones. Præſertim an ad probandam tranſactionem.

S U M M A R I U M.

1 *ADvocatus unius, an poſſit produci teſtis à Parte adverſa?*

2 *Reticentia veritatis, an in conſcientiam fraudis revocetur?*

3 *Diſtinguitur materia à materia.*

4 *Silentium Advocati, non indicat pravam Clientis conſcientiam.*

5 *In ſubſidium, & vigore literarum monitorialium, an teneatur revelare?*

6 *Declarantur* dec. 94. & 95. Giurb.

7 *Quid in cauſis modicis, & qualiter.*

8 *An*

Digitized by Google

8 *Ad probandam tranſactionem, an poſſit deponere contra Clientem?*

C A P. XLVII.

1 ADvocatus in ea cauſa, in qua uni parti patrocinium præſtitit adverſus Clientem, an à Parte adverſa produci poſsit teſtis, & invitus dicere teſtimonium compelli poſsit, & ità ſubſtinere vicem duorum? Pro parte ajente argui poteſt, ex regula generali *text. in l. ſi quando, C. de teſtib.* qua diſponitur, omnes etiam invitos cogi poſſe teſtimonium ferre, & à dicta regula non reperitur exceptus Advocatus, ſolum autem prohibetur adduci in teſtem à parte, & ità juribus contrariis occurrit *Annæus Robert. rer. judic. lib. 2. cap. 19.* & ità deciſum *Pariſiis* teſtatur ex *Guid. Pap. q. 45. Caball. reſol. crimin. caſ. 159. Surd. dec. 190. Farin. de teſtib. q. 60. n. 223.* & practicari in Catalonia, refert *Fontanell. dec. 189. n. 7. Duran. dec. 227.*

2 Viva ratio eſt, nam per reticentiam Advocatus videtur celare veritatem, in qua conſiſtit potiſsimum laus Advocatorum, & ſi quiſpiam in ea exiſtimatione ſit integritatis, ut ejus teſtimonium Pars adverſa cum modo non refutet, & rejiciat, ſed & eum audiri, ejuſque teſtimonium admitti poſtulet, hoc caſu Pars adverſa periculum ſubibit, ut ſi Advocatus ad favorem Clientis dicat, ejus depoſitionem non poſſet reprobare, quod ſi fortè recuſet, ejus ſilentium in conſcientiam fraudis apud probos viros revocabitur, & nemò non exiſtimabit, fraudem aliquam à Cliente admiſſam, quam Advocatus detegere nolit, & ſi Clienti fidem; Judici veritatem debet.

3 Diſtinguit materiam à materia *Præſ. de Franch. dec. 222.* quod ſi materia ſit de his, quæ Advocatus ſcit ratione conſilii per eum præſtiti, & non poſsit cogi ad deponendum, nam alias revelaret ſecreta Clienti cum nota prævaricationis, *cap. ſi quis, §. prævaricator 2. q. 3.* ubi comperiens cauſam injuſtam, & eam deſerens tenetur pœna falſi, & dicitur prævaricator, ſi merita cauſæ notificat Parti adverſæ. Si verò materia ſit de his, quę Advocatus ſcit, ut teſtis, & poſsit cogi ad deponendum, & hanc diſtinctionem amplexantur *Giurb., Caſtill., & Maſtrill.*, quos cumulat *Fontanell. D. Hodiern. ad Surd. dec. 190.*

4 Non obſtat, quod Advocatus recuſando teſtimonium, tunc illud ſilentium apud probos revocabitur ad fraudem, & pravam conſcientiam Clientis. Quia dum quis interrogatur de iis, de quibus non poteſt interrogari, non tenetur reſpondere ad mentem interrogantis, neque dicit mendacium, ſed reſpondet, neſcio, ut poſsim dicere tibi, inſtar Confeſſarii à tiranno interrogati de his, quæ ſcit in Confeſsione, legitimè reſpondet, neſcio, & ſilendo, non irrogat ſuſpicionem aliquam contra Pœnitentem.

5 Beneverum plures volunt, in ſubſidium teneri Advocatum, & Procuratorem revelare ità *Farin. q. 60. n. 220. Genuenſ. in prax. cap. 2. in fin. Lazar. de monitor. ſect. 2. q. 16. n. 9. Giurb. dec. 94.* Nihilominus verior eſt illa diſtinctio, ut non procedat, ſi Advocatus ſciret, ut Advocatus, nam tunc non tenetur, quia monitoriales literę non obligant omnē perſonam, proùt non obligant Sacerdotem, ut relevet confeſsionem Pœnitentis, ità in terminis Advocati, *Sylv. Nupt. in verb. monitoria, n. 45. Baccaron. de differ. int. Judic. civil. & crimin. diff. 72. num. 23. Lazar. num. 12.*

6 Nec obſtat *Giurba.* Quia dubium explicatum fuit in *dec. 95.* ubi ex eo, quod Advocati, & Procuratores revelaverant ratione monitorii ea, quæ noverant ratione officii, licet non tenerentur, quia vel juſtè, vel injuſtè revelaverant, ibi deciſum fuit, cogendos fore, ut dicta ſua repeterent coram Judice laico, dum ex propalatione ampliùs ſecretum non eſſet.

7 Limitant plures in ſubſidium tribus concurrentibus, ſcilicèt, quod Advocati ſint bonę vocis, ditiores partibus, & quod tractetur de modica ſumma, *Coſta de remed. ſubſid. remed. 70. n. 5. Farin. n. 194. Carena reſol. 52.* Addo aliud requiſitum correctionis fraternæ, & monitionis Clientis.

Reſtringitur præterea, ſi res, de qua agitur, eſſet cauſa ſanguinis, vel de alia re, quæ pauló minoris æſtimatur, quam mors, vel de fama alterius, quibus caſibus tenetur Advocatus cauſam deſerere, & pluribus concurrentibus revelare. Primum, quod non ſub dubio, ſed certiſsimò ſciat cauſam eſſe injuſtam. Secundò, quod id facere poſsit ſine ſcandalo. Tertiò, quod præmittat correctionem fraternam, & deindè admoneat Judicem, quibus concurrentibus melior erit conditio innocentis, quam præjudicium patientis, nec agi videtur contra juſtitiam, quia potiùs innocens ab injuſta morte liberatur, proùt de jure naturæ eſt, ut ex *Soto, Petr. de Aragon., Gregor. de Valent. tom. 3. diſp. 59. puncto 4.* dixi in *obſerv. 22. ad Præſ. de Franch.*

8 Excipitur etiam caſus, ſi lis tranſactione finita ſit, nam poteſt vocari in teſtimonium ad tranſactionem probandā adverſus Clientem, *cap. ex literis*, & ibi *tit. de tranſact. Annæo Robert. ubi ſupra.*

ARGUMENTUM.

Parochus ratione duplicitatis perſonæ ſolvit ſibi ipſi Decimas de bonis laicalibus: Intellectus *cap. 2. de Decim.*, ſcilicèt, ut Levitæ Levitis Decimas

non

non ſolvant; aſsignatur. Parochi, & Beneficiati juxtà eandem pluralitatem poſſunt ſibi ipſis concedere palàm, & citra fraudem terras ſolitas concedi, & eſſe concedentes, & conceſsionarii.

SUMMARIUM.

1 *Parochus de propriis bonis intra Parochiam ſolvit ſibi ipſi Decimã ob duplicẽ perſonã.*
2 *An ſolvat de bonis beneficialibus.*
3 *Levitæ Levitis Decimam non ſolvunt.*
4 *Beneficiatus, an ſic concedens, & conceſſionarius emphiteuſis Eccleſiaſticæ?*

CAP. XLVIII.

1 Parochus habens Parochiam in titulum; ſi intra ejuſdem Parochiæ limites bona poſſideat patrimonialia, & laicalia, putà domos, & alia, Decimam de eis ſolvere debet ſibi ipſi, tanquam diverſæ perſonæ pro earum perſonarum formalium reduplicatione in eadem perſona materiali, quod ſcilicèt ità conſiderentur duæ perſonæ diſtinctæ. Una ſcilicet Parochiani, ſeù unius de populo jure privato poſſidentis bona, ac Decimarum debitoris. Altera Parochi, & Adminiſtratoris Eccleſiæ Parochialis, quæ revera eſt Decimarum creditrix, juxtà receptam ſententiam *Innoc. Abb.* & aliorum in *cap.2.de Decim. Covar. var. lib.1. cap.17.n.8. Suar.de relig.n.1.cap.17.n.17.*cum plenè collectis per *Barboſ. vot.41. n.15. & ſeqq. Card. de Luca lib. 14. tit. de Decim. diſc. 2. n. 6. & diſc.1.n.44.*ubi quod quando in una perſona materiali pro reſpectuum diverſitate verificatur duplicitas perſonarum formalium, tunc in integra fructuum perceptione, ac repoſitione in ejus horreo, per actum occultum, ità à lege ſubintellectum ratione inanis circuitus, ſubintelligitur uterque actus ſolutionis, & exactionis reſpective, quod ſcilicet Parochus tanquam Parochianus, ac privatus poſſeſſor bonorum debitor Decimarum, iſtas ſolvit ſibi ipſi tanquam Parocho, eaſque perceptas confundit cum reliquis fructibus propriis. Ad inſtar illius ſolutionis, quas lex occultat in novatione, vel transfuſione debiti de una cauſa in aliam, & ſic concurſus actionis, & paſſionis cadit in eodem ſubjecto ob diſcretionem perſonarum formalium.

2 Quid ſi Parochus poſſideret intra Parochiam bona Eccleſiaſtica ratione aliorum beneficiorum compatibilium, ſive etiam incompatibilium ex diſpenſatione Apoſtolica, an Decimam ſolvere debeat Parochus? Negandum videtur, quia in veteri Teſtamento Levitæ Levitis Decimas non præſtabant, *cap.2.de Decim.*ut ibi gloſ.

3 Contrarium verius eſt ex vero, & recepto dictæ Decretalis intellectu, ut de illis Clericis intelligendum ſit, qui Levitarum loco ſubrogati ſunt, quia nempè hęc bona habeant, tanquam præmium, ſeù mercedem laboris, & occupationis ratione miniſterii, quod populo Decimas ſolventi exhibent in exercitio Curæ animarum, ac adminiſtratione Sacramentorum, adeò ut iſta bona dici valent, ut aſſignata pro dote ipſius Eccleſiæ Parochialis, & ad effectum Curę juxtà *Innoc.* & alios ſupracitatos, ut *Card. de Luca d. diſc. 2. num.6.*

4 Parochus, vel quivis alius Beneficiatus duas perſonas repræſentat cum omnimoda diverſitate. Unam ſcilicèt juris proprii reſolubilis. Alteram adminiſtratoris, & ſpeciem adminiſtratorum redolentem. Undè ratione ſecundæ perſonæ poteſt concedere terras ſolitas concedi per quandam ſpeciem emphiteuſis, & livelli, ità *Card. de Luca de benefic.diſc.86.n.8.& per tot.*ubi defendit Parochum poſſe ſibi concedere publicè, & palàm tanquam diverſæ perſonæ, prout de tutore, & aliis dicitur, unde hic dicitur concedens, & conceſſionarius, ſi bona fide, & palàm, ſibi ipſi concedat. At de his dicam alibi cum quandoque Beneficiati à ſibi ipſis vendant annuum cenſum de pecuniis ex affrancatione obventis.

ARGUMENTUM.

Socius, an repræſentet perſonas ſociorum, vel potiùs plures perſonæ ſociorum cenſeantur una formalis? Unus ex ſociis ſubſtinens vicem ſocii exigit inſolidum, & an ſoluta ſocietate? Si exegerit ſuam partem, an teneatur communicare. Etiam quod communis debitor ſit ſolvẽdo? Quid de uno ex hæredibus, an ſit ſocius? An ſit differentia, ſi creditores ſint in actione perſonali, vel reali, & in pari cauſa melior ſit conditio poſſidentis? Expenditur *Rotæ Romanæ deciſ.241.par.12.rec.*

SUMMARIUM.

1 *Socius, an ſubſtineat perſonas ſociorum, vel plures ſint una formalis.*
2 *Societas eſt jus incorporale, & individuum?*
3 *Diſtinguitur inter reſpectum ad ſocietatem, vel inter ipſos ſocios.*
4 *Unus ex ſociis exigit totum, & an ſoluta ſocietate.*
5 *Socius, ſi exegerit partem ſuam, an teneatur communicare?*

6 Quid

6 *Quid ſi communis debitor ſit ſolvendo?*
7 *Unus ex hæredibus, an cenſeatur ſocius?*
8 *Societas inter cohæredes eſt incidens, & impropria.*
9 *Hæres non exigens partem ſuam in pecunia, ſed in aliqua re, an teneatur communicare?*
10 *Poſſidentis in æquali cauſa crediti, an melior ſit conditio?*

CAP. II.

1 SOcius, an repræſentet plures perſonas; tàm propriam, quàm ſociorum. Vel rectiùs plures ſocii, quamvis materialiter plures perſonæ pro una formali cenſeantur? Probabiliter dubitari poteſt.

Juxtà ſecundam partem, ut intelligantur pro una, ſcribit *Card. de Luca de credit. diſc. 89. n. 7.* ibi: *Omnibuſque ſociis unum corpus conſtituentibus, eo modo, quo plures pro communi hæreditatem, vel feudum, ſeù alia bona poſſidentes contractum cum tertio inirent, quoniam quoad tertium eſt novum negotium à communione diſtinctum. Sed quoad ipſos ſocios, vel cohæredes eſt effectus ſocietatis, vel communionis; ejuſque continuatio, dum ipſi quamvis materialiter plures unam tamen ſocialis negotii perſonam repræſentant.*

2 Præterea ſocietas eſt jus incorporale, ſeù intellectuale, quod dicitur individuum, & reſidet penès quemlibet ſocium inſolidum, adeò ut aliis non exercentibus, vel negligentibus, jus exercendi in uno tantùm ſit conſiderabile. Nec implicet, quod jus ſocietatis ſit individuum reſidens in una perſona formali, ſeù intellectuali efformata, ſeù repræſentata per plures perſonas materiales, penès quas inſolidum ſit exercitium, ſecundùm *Innocent. in cap. cum non ignores, tit. de præbend.* & alios, quos *Lotter. de re benef. lib. 1. q. 20. n. 115. Ludoviſ. dec. 479.* ut in ſimili feudum dignitatis individuum de jure communi feudorum penès plures perſonas materiales poſſidentes feudum eſſe poteſt, & juriſdictio eſt individua, ſed commoditas, adminiſtratio, & uſus dividitur. *Innoc. in cap. prudentiam, n. 9. de offic. deleg.* Vel dicas, quod plures perſonæ conſtituunt ſocietatem, & efformant illud corpus, ſeù jus incorporale, & intellectuale. Idque adeò verum, ut ſi ſocius emat à ſocio partem ſuam, ſocius obtinet totum jure ſuo, & cedens tollit ſe de medio, ità ut hypotheca creditorum cedentis extinguatur, ut dixi in *Spicileg. de ceſſ. jur. & action. quæſt. 70.*

3 Melius tamen dic, quod licet ſocii ſocietatem conſtituentis reſpectu illius juris, & perſonæ intellectualis cenſeantur una perſona, nihilominùs inter ſe unus plures repræſentat, dum unus obligat alios inſolidum vi reciproci mandati, & unus tanquam mandatarius fungitur vice plurium mãdantium, *Celſ. dec. 6.* & probat *Conſil. Roccus notab. 7. de ſociet. poſt. 1. vol. reſponſ.* & ſi agit, vel exigit unus, in illa parte ſocium repræſentat.

4 Quia unus ex ſociis benè totum exigit, *l. ſi unus, ff. de pact.* etiam ſi habeat minorem partem in ſocietate, & etiam diſſoluta ſocietate, dummodò ſolvens probabiliter ignoret diſſolutionem, benè ei totum ſolvitur; *Coſta de jur. & fact. ignor. cent. 1. diſt. 52. n. 12. Pacion. de locat. cap. 36. n. 81. & ſeqq.* Melius dic, durare adhuc communionem, donec omnia ad ſocietatem pertinentia exigantur, & proportionabiliter dividantur, *Reg. Latro conſult. 75. n. 10. Rota dec. 221. p. 12. rec.*

5 Quinimò expedit ſocio exigere totum, & non ſolum partem ſuam, quia ſi exigit partem ſuam tantùm, poteſt conveniri à conſocio, ut eam communicet, cum communio ſit in qualibet parte, & non potuerit ex ſe ipſe dividere, ut in his terminis exigentis penſionis medietatem ex re communi locata, probat *Caroc. de locat. tit. de re commun. n. 46.* ubi quod vulgares dicerent, exegi portionem meam, tu exigas portionem tuam, nolo communicare, & tamen vidit judicatum pro communicatione, & ſtat *text. in l. ſi quis putans, §. ſivè autem, ff. comm. divid.* ibi: *Sivè autem locando fundum communem, ſivè colendo, quid ſocius conſecutus ſit, communi dividundo judicio tenebitur.* Et in terminis debitoris decocti probat *text. in l. verum eſt, §. ſi cum tres, ff. pro ſoc. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi unus, n. 2. Amat. reſol. 31. num. 13. Rota d. dec. 221. p. 12. rec.* ratione æqualis fortunæ per ſocios ſubeundæ inſpecto fine ſocietatis, & utilitate, quæ ex exactione reſultat, ſe invicem præpoſuiſſe dicuntur *Surd. dec. 213. n. 1. Monter. dec. 14.* & præventio in exigendo à debitore pecuniam non conſtituit meliorem exigentis conditionem, adhoc ut aliis contribuere non teneatur juxtà *text. in l. verum eſt, §. ſi cum tres, ibique DD. ff. pro ſoc.* Certiùs ubi debitor effectus ſit non ſolvendo, tunc enim poteſt ſocius ab alio ſocio petere exequutionem, *Coſta de rata q. 99. n. 8. Petr. de Ubald. de duob. fratr. p. 12. n. 3.* & dixi *obſ. 635. ad Præſ. de Franch. & in append.* ubi refellitur *gloſ. in l. ſi Titius, ff. pro ſoc.* reſtringens in exactione pecuniæ, & negans communicationem in exactione ſpecierum.

6 Difficultas eſt, quando communis debitor ſit ſolvendo, & contrarium dicendum erit, juxtà *gloſ. in l. ſi Titius, verſ. non conſecuturum, ff. pro ſoc. Carocc. dec. 109. n. 32.* quod tamen non videtur placere *Fulgoſ. in d. l. verum, §. ſi tres.* Et de rigore juris placere nequit inſpectis verbis, *d. l. ſi quis putans, §. ſi cum tres, ff. comm. divid.* Niſi dixeris attenta æquitate, & inſpectis facti circumſtantiis, *Pacion. ubi ſupra num. 84.*

7 Acrior hæſitatio eſt in hæredibus, ſi unus ex pluribus exegerit ratam ad ſe ſpectantem, an teneatur communicare exactum cohæredibus? Dic negativè ex *tex.in l.fin.C.depoſit. l.Lucius, & Titius, ff. famil.erciſc. Bald. in d.l.fin.* ubi ſolvit oppoſita argumenta, *Rodriquez de concurſ.credit.part.2.art.3.n.16.*

8 Regulæ enim ſocietatis principalis, & propriæ non procedunt in ſocietate incidenti, & impropria, qualis eſt inter plures hæredes, *Gratian.diſcept.320. n.16. Pacion. cap.61 n.14.* Si conſtet, quod cohæredes vellent inducere ſocietatem principalem, ut quia eſſet ſocietas multorum annorum, tunc cõmunicatur exactum, *Grat.diſcep.320.n.39.*

9 Si unus ex hæredibus non exegiſſet in pecunia, neque conſequutus eſſet aliquam rem debitoris communis pro debito in actione perſonali, ſed in actione hypothecaria, utrum cohæres poterit vocare in partem? Poſſidentis meliorem conditionem non eſſe, ſed communicandum exactum in re immobili, probo in *appen. ad d. obſ. 635.* adverſus *Gratianum num.35.*

10 Poſſidentis, an melior ſit conditio in æquali, & pari cauſa crediti ex eodem jure, & contractu, vide quæ ſcripſi in *d.obſ.635.n.3.* Et quamvis in *Rota d.dec.221.n.23.* habeatur, quod quando concurrunt duo creditores ex eodem titulo, & contractu, & pares in tempore, & hypotheca, faciendam eſſe inter eos pro rata quantitatis exactæ communicationem, ex *gl.Gaſp. Theſ.lib.2.cap.16.n.13. & lib.3. q.106.n.5. Amat.reſol.13.* Attamen hanc ſententiam confutat *Tondut.de prævent. p.2. cap.35. n.22.* cujus verba tranſcribo in *d.obſ.n.4* & illa aſſertio non fuit *Rotæ* ex illis verbis: *Et tamen ex abundanti unus Dominorum aadebat.*

ARGUMENTUM.

Epiſcopus plurium Cathedralium unitarum, an repræſentet plures perſonas inſtar Baronis poſſidentis plura feuda? Oſtenditur praxis unionum. Diſtinguuntur ſpecies, & differentiæ inter unionem æquè principalem, & acceſſoriam, & ex ſui natura unio æquè principalis cenſetur diſtincta, ac ſi non eſſet facta, & quælibet Diœceſis vivit ſuis legibus, & conſtituit quodlibet Capitulum Capitularem Vicarium Sede vacante, & expenditur *D. Card. de Luca* pro utraque parte.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus plurium Cathedralium unitarum, an repræſentet plures perſonas?*
2 *Oſtenditur praxis, & uſus unionum.*
3 *Unionis tres ſpecies aſſignantur, & differentiæ inter eas.*
4 *Per unionem æquè principalem remanent diſtinctæ Diœceſes.*
5 *Diverſas Synodos Epiſcopus celebrat.*
6 *Leges editæ pro una Diœceſi, non afficiant aliã.*
7 *Alternativa acceptata per Epiſcopum ſub nomine unius, non capit beneficia alterius.*
8 *Sede vacante quodlibet Capitulum creat Vicarium Capitularem.*
9 *Plures Eccleſiæ reſpectu Epiſcopi reputantur una formalis.*

C A P. L.

1 Epiſcopus plurium Eccleſiarum unitarum, an repræſentet plures perſonas pro Epiſcopatuum pluralitate? Pro reſolutione ſupponitur, quod Epiſcopus reputatur duplex perſona formaliter, licet materialiter una, ſcilicet pro bonis ſui patrimonii, & Menſæ Epiſcopalis, ut alias dictum eſt. An quoque ſubſtineat vicem plurium; ſi plurium Eccleſiarum unitarum Epiſcopus ſit. Diverſa eſt quæſtio.

2 Plurium enim Metropolitanarum, vel Cathedralium unionis uſus frequens in Italia habetur, ut ex.gr. ſunt Metropolitanæ Eccleſiæ Acheruntina, & Materanen., & Cathedrales Sunina, & Nepotina, Viterbien., & Tuſcanen., Piſtorien., & Praten., Avellina, & Frequentin., Melphien., & Rapollen., & pleraque aliæ ſimiles, ut *Card. de Luca lib.14.in annot.ad S.C.Trid.diſ.7.num.3.*

3 Unionis autem tres ſunt ſpecies. Una æque principalis. Altera ſubjectiva, ſeù acceſſoria. Tertia per incorporationem. Ubi unio eſt æquè principalis, tunc Cathedralis unita retinet eandem naturam quoad nomen, quam quoad privilegia, ità ut quodlibet corpus ſtet de per ſe, ac ſi non eſſet facta unio, juxtà *gloſ. & Bar. in l. 3. ff. de offic. Præſ.* ubi de Rege Angliæ, qui etiam eſt Dux Vaſconiæ, & in hoc Ducatu reputatur tanquam Dux, non tanquam Rex. Secunda ſpecies unionis acceſſoriæ, & ſubjectivæ, & per viam annexionis unum corpus efficit de altero, ita ut deſinat eſſe beneficium, vel Cathedralis, quaſi portio accreſcens convertatur in naturam rei principalis, prout flumen intrans in mare, aſſumit naturam ipſius maris extincto flumine, ut *Bart.in l.ſi convenerit, §.ſi nuda, ff.de pignor.act.* & fuse dixi in *Gratian. cap. 291.* Tertia ſpecies eſt per incorporationem, ſeù jure cujuſdam coæqualis ſocietatis, ſeù communionis, per quam duæ, vel plures perſonæ eorum patrimonia, vel aliqua bona in communione poſuerunt,

uni-

unicum ſociativum corpus conſtituendo, ſeu unicum negotium ſociale, quod ab omnibus inſolidum pro eorum quotis obtineri dicitur. Quæ ſpecies dicitur æquè principalis, *Card.de Luca d.diſc.7.lib.14.n.5.*

4. Ad reſolutionem quæſtionis deſcendendo. An Epiſcopus Cathedralium unitarum repræſentet plures perſonas, ſi unio ſit æquè principalis? Dicendum videtur, quod dum unio habetur, ac ſi non eſſet facta, & Cathedralis, vel Metropolitana unica retinet eaſdem prærogativas ad ſimilitudinem Baronis diſtincta feuda poſſidentis plures perſonas pro feudorum pluralitate repræſentantis, *Giurb.obſerv.28.n.16. Card. de Luca de juriſd. diſc.90.n.4.* ubi quod Principes, vel inferiores Domini poſſidentes plures Principatus, & reſpectivè plura feuda, plures dicuntur perſonas repræſentare, & ſcripſi ſupra Cap. 3. Et in hac materia plurium Cathedralium æquè principaliter unitarum ſub uno Epiſcopo unio æquè principalis peragatur, ut quælibet Diœceſis remaneat in ſuo primævo eſſe, ſuaque natura diſtincta, proinde ac ſi verè eſſent duæ diverſæ Diœceſes, ità una perſona materialis Epiſcopi habeatur pro duabus formalibus, ità in ſpecie *Card.de Luca de benefic. diſc.19. num.6.* ex *Gratian. diſc.893.* ubi de Eccleſiis Sulmonen. & Valven. *Cavaler.dec.330.* ubi de Eccleſiis Viterbien. & Tuſcanen.

5 Eſtque adeò verum, quod ſi Epiſcopus duarum Eccleſiarum, ità unitarum conſueverit diverſas Synodos celebrare, concurſus unius Diœceſis fieri non poterit coram Examinatoribus deputatis in Synodo alterius Diœceſis, ut refert deciſum *Card. de Luca de benefic.d.diſc.19.n.7.*

6 Similiter idem Epiſcopus poteſt duas Diœceſes, ità unitas cum diverſis legibus, & conſtitutionibus gubernare, itaùt leges editæ pro una, non afficiant alteram, *Alex. conſ.114.n.19. lib.4. Socc. conſ.76.n.24.lib.4. De Luca, ubi ſup. num.8.*

7 Pariter alternativa acceptata ſub nomine unius Epiſcopi non capit beneficia alterius Diœceſis, *Gonzal. ad regul.8.gloſ.58.num.22. Garzias de benefic.p.5.cap.1.n.706.* de qua re videndus *Card.de Luca d. diſc.19. per tot.* ubi aliter, ſi indefinitè abſq; adjecto acceptaverit, at id me judice non poterit contingere.

8 Quando duæ Eccleſiæ ſunt æquè principaliter unitæ, tunc Sede vacante quodlibet Capitulum deputat ſuum Vicarium, ſuamq; Diœceſim adminiſtrat, ut *Gratian., Cavaler. ubi ſup. & Card.de Luca de præbem.diſc.7.n.23.*

9 Verius dicitur, quod utraque Diœceſis reſpectu Epiſcopi unica exiſtimatur, & plures Eccleſiæ materiales efformant unum corpus, & continet unum caput, *cap.Et temporis qualitas 16. q.1. Cavaler.deciſ.418. n.31 Garz.p.5.cap.1.n.706.Gratian.diſcur.655.n.5. Rota dec.108.p.11.rec.n.6.* nam quamvis Cathedralis formalis unica, & individua ſit, attamen ea efformari poteſt in pluribus quodam ſociativo jure idem, & unicum corpus conſtituentibus, ut *Card.de Luca in annotat.ad Sac.Conſ.Trid. diſc.7. num.6. & diſc. 8. n.9.* ubi quod unica cenſeatur Eccleſia in tot membra diſtincta, atque unum, & idem ſit Capitulum, cum aliqua diviſione jurium Cathedranicorum ipſa ſubſtantia indiviſa remanente ad inſtar illius diviſionis, quæ datur in exercitio jurispatronatus.

ARGUMENTUM.

Tutor, an uti quilibet extraneus, & diverſa perſona poſſit conducere res Pupilli, vel in emphiteuſim rem ſolitam concedi, ſibi ipſi concedere? Expenditur *Text. in l. Tutores, ff.de adminiſtr. Tutor.* Quid ſit palàm, & bona fide Tutorem ſibi ipſi rem Pupilli comparare. Tutor, an poſſit à ſeipſo emere annuum cenſum, de pecunia Pupilli? Beneficiatus, an poſſit à ſeipſo annuum cenſum emere de pecunia beneficiali inveſtienda. Caſus paſſim contingens.

SUMMARIUM.

1 *Tutor, an poſſit uti quilibet alius, & diverſa perſona conducere rem Pupilli?*
2 Textus in l. Tutores, ff. de admin. Tut. *expenditur.*
3 *Palàm, & bona fide Tutor non prohibetur comparare rem Pupilli.*
4 *Explicatur, quid ſit palàm, & bona comparare.*
5 *Tutor, an poſſit eſſe concedens, & conceſſionarius rei emphiteuticæ?*
6 *Tutor, an poſſit à ſeipſo emere annuum cenſum de pecunia Pupilli?*
7 *Quid de Beneficiato, qualiter conſulendum Rectoris, & futuris Beneficiatis.*
8 *Tutor, an poſſit de ſua pecunia redimere cenſum paſſivum Pupilli, ut ſubintret in locum creditoris?*

C A P. LI.

1 Tutor, an poſſit ſibi ipſi uti cuilibet extraneo locare res Pupilli, vel res ſolitas concedi in emphiteuſim, ſibi ipſi concedere? Negandum videtur, arguendo ab emptione, quæ prohibetur, ut in *l.ſi in emptione, §. fin. & l. licet, ff. de contrah. empt.* cum in utroque contractu militet eadem ratio, ne minores decipiantur, & fraudibus ſubiician-

tur, *Guttier. de Tut. p.2. cap.15. num.2. Surd. conſ.9. num.34.*

2 Præterea tunc poſſunt Tutores uti extranei à Pupillo conducere, quando adhuc adminiſtratio non eſt decreta, *text. eſt in l. Tutores, ff. de adminiſtr. Tut.* Imò *gl.* explicat, quatenùs adminiſtratio fuerit eis denegata. Sed rectiùs alii ſentiunt, etiam quocumque modo eam non ſuſceperint, vel depoſuerint, ut *Cagnol. in l. ſingularia, n.85. ff. ſi certum petatur, Guttier. ubi ſupr. n.20. Gamm. dec.217. Pacion. de locat. cap.10. num.65.*

3 Palàm autem, & bona fide non prohibetur Tutor de bonis Pupilli, quæ vendi poſſunt, comparare, ut dicit *text. in l. cum ipſe, C. de contrah. empt.* & tradunt *Valenz. conſ.311. n.11. Guttier. p.2. cap.8. n.5. Pacion. n.60.* verba *text. in d. l. cum ipſe*, ſunt: *Nihil ex bonis Pupilli, quæ retrahi poſſunt, comparare palàm, & bona fide prohibetur.*

4 Quid modo ſit palàm, & bona fide emere, exemplificant *Doctores*, ſi contractus ſit celebratus coram aliis Tutoribus, ac etiam conſanguineis Pupilli, ut *Conſil. Rocc. reſponſ.63. tom.2. n.5. Andreol. controv.419. n.63. & ſeqq.* Et licet plures velint requiri interventum contutorum, ſive conſanguineorum, & decretum Judicis, quos refert *Andreol. n.65.* Ego palàm, & bona fide conducere tunc exiſtimo, ſi à contutore pro penſione conſueta conduceret, ut extraneus quilibet faceret, *text. eſt in l. non exiſtimo, ff. de adminiſtrat. tut.* quando contutor deficeret, tunc conſanguineorum Pupilli interventum ſufficere, putò, vel cautius decretum Judicis.

5 Major difficultas eſt de conceſſione in emphiteuſim rei ſolitæ concedi, hoc caſu licet non requiratur decretum Judicis pro alienatione utilis dominii, attamen ad hoc, ut Tutor poſſit ſibi ipſi concedere, tunc palàm, & bona fide dicetur concedere, ſi à contutore pro conſueto canone reciperet, ut extraneus quilibet faceret, & deficientibus contutoribus cum præſentia Judicis, & conſanguineorum, *Surd. conſ.9. n.40. Guttier. n.8.* Bene verum bona fides abeſſet, ſi Pupillus læderetur, ut *Pacion. n.62.*

6 Beneficiatus, vel Rector Eccleſiæ, an à ſeipſo poſſit emere annuum cenſum de pecunia cenſuali beneficii affrancata, vel Tutor de pecunia pupillari? Minor videtur adeſſe dubitatio in Tutore, quia non agitur de comparanda re Pupilli, quæ prohibetur Tutori, neque poteſt adeſſe fraus, dum conſultum eſt Pupillo ex tempore, quo Tutor ſuſcepit tutelam, vel quia tutor cautionem præſtitit rem pupilli ſalvam fore, vel ſi tutor ſit teſtamentarius approbata fuit perſona tutoris per teſtatorem, & præſumi debet idoneus, & tacite hypothecata cenſentur bona tutoris pro adminiſtratione, & duplici cautela pupillus munitur, unde probabiliter cenſeo poſſe tutorem vendere annuum cenſum in bonis ſuis, ſicut poſſet cuilibet extraneo. Quin immò magis expedire videtur, ut tutor ipſemet annuum cenſum vendat, quam extraneus. Conveniet autem ſi cum præſentia conſanguineorum emat, aut Judicis. Aliter ſi adſit læſio, vel damnum pupilli.

7 Gravis, & frequens eſt difficultas in Rectore beneficii, an poſſit uti perſona extranea vendere annuum cenſum pro beneficio, & futuris beneficiatis, in omnibus enim prædictis caſibus in praxim deduci poteſt contractus mediante ſtipulatione Notarii, vel pro Pupillo, vel pro Eccleſia, & Cappellania, & futuris beneficiatis, & Cappellanis.

Paſſim contingit, ut Rectores, vel Cappellani ſint pauperes, & emptiones ab eis non ſint tutæ, & non eſt conſultum Eccleſiæ, neque ſucceſſoribus in beneficio, vel Rectoria. Unde quamvis Rector repræſentet plures perſonas, exiſtimo, non poſſe Rectorem ſibi ipſi vendere, niſi cum interventu patronorũ, vel Ordinarii, aut de ejus licentia. Hinc in Synodo provideri deberet per Ordinarios.

8 Tutori non eſſe interdictam facultatem redimendi ex ſua pecunia annuos redditus creditori Pupilli debitos, ut ipſe in ejus locum ſuccedat vult *Roccus, ubi ſupr. n.1.* quem refert *Andreol. n.60.* & conveniunt tradita per *Fabrum in Juriſprudent. Papinian. tit.12. de Tutor. princ.7. collat.89.* ibi: *Quod verò ejuſdem Novell. cap.3. prohibet, quod ceſſio fiat Tutori, etſi ad ceſſiones quaſcumque pertinet, non tamen extendi poteſt ad hunc caſum, in quo nulla fit ceſſio, ſed citra ceſſionem ex ſola juris poteſtate ſuccedit Tutor in locum prioris creditoris.* Sed de hac re videndus *Andreol.* cum aliis per eum allegatis.

ARGVMENTVM:

Creditor anterior, an poſſit ſubſtinere vicem duorum vendita re venditoris ſubhaſta, ut poſſit licitare tanquam diverſus homo, & ceſſet contra eum jus offerendi? Similiter, an poſſit creditor poſterior? Pro affirmativa opinione ſtant *Conſil. de Meſa, D. Card. de Luca, & alii.* E' contrariò militant *Præſ. de Franch., D. Reg. de Marin. Conſ. Staiban., & alii. D. Meſa* totus ſtat in impugnando nominatim *deciſ. 69. de Franch.*, & laudat multa jura, & *Doctores*, ex quibus poteſt

teſt

ēſt quis duorum vice fungi, & quod è contrà in *text. in l. ſi plures*, *ff. de pactis*, in verbis *bujus text.* adſit mendum. *Author* ſenſum ſuum exponit. Demum, an evicta re licitata reviviſcant primæva jura creditoris?

SUMMARIUM.

1 *Creditor anterior in venditione rei ſubhaſta, an poſſit licitare uti extraneus.*
2 *Jus offerendi, an ceſſet contra creditorem, qui uti alius emit.*
3 *Reduplicari perſonam creditoris tuetur* D. Card. de Luca.
4 *Jus offerendi competit contra creditorem pro re à debitoris adjudicata.*
5 *Quid ſi creditor anterior licitaverit?*
6 *Per interpoſitā perſonā, quid ſi creditor licitet?*
7 Conſil. de Meſa *impugnat* Præſ. de Franch.
8 Hotoman. *notat* Ulpianum in l. ſi plures, ff. de pactis.
9 *Diſcurſus, & reſolutio* Authoris *quoad jus offerendi.*
10 *Evicta re licitata, an reviviſcant primæva jura creditoris?*

CAP. LII.

1 Creditor anterior emens tanquam tertius licitator, an habeatur uti extraneus, & ceſſet contra eum jus offerendi ad inſtantiam creditorum poſteriorum ad inſtitutum pluralitatis perſonarum attinet. In terminis terminantibus *Card. de Luca de credit. diſc. 32. n. 19. & ſeq.* ità loquitur: *Et quamvis ex parte actoris replicabatur, quod ipſemet eſſet creditor, quo bona debitoris in ſolutum receperit. Dicebam tamen in ſenſu veritatis, reſponſionem eſſe fallacem, quoniam ob reduplicationem perſonarum formalium in eadem perſona materiali, ipſe conſiderandus veniebat tanquam omninò tertius licitator, cujus partes rectè gerere poteſt ipſemet creditor, ad cujus inſtantiam bona debitoris ſubhaſtentur, quoniam conſideratur tanquam extraneus, ac diverſus homo ex iis, quæ habentur ad materiam juris offerendi ſub tit. de empt. & vendit. diſc. 31. Multo verò magis, ubi neque directè ipſe emptoris partes fecit, ſed eas explicavit tertius, qui deindè in ejus locum poſuit.* Undè propterea *conſideratur purus tertius, ac extraneus homo diverſus ab altera perſona creditoris cum vera ſolutione pecuniæ purè, & irrevocabiliter ſolutæ jam ſatisfacti, & conſequenter evictio rei emptæ nihil commune habet cum pecunia ſoluta creditori, neque reviviſcentia juris jam extincti intrat, ut benè cæteris relatis advertitur in Romana Domus 17. Martii 1649. & 24.* Januarii *1650. coram Bichio, quarum prima eſt impreſſa dec. 297. n. 24. & ſeqq. p. 10. rec. & altera dec. 6. num. 23. par. 11. rec.*

2 Deindè proſequitur idem *De Luca n. 29.* ut magna ſiquidem differentia eſt inter caſum, in quo creditor perſonam extranei licitatoris faciat, ac alteram, in quo geret perſonam creditoris, cui fiat adjudicatio bonorum debitoris. Primò enim caſu redditur tutus à jure offerendi, ac etiam ſibi licitum eſt juxtà opinionem, quam tenet *Rota*, & *Curia Romana*, facere ejus conditionem meliorem circa pretium, quoties non concurrit læſio ultra dimidium juxtà terminos *text. in l. 2. C. de reſcind. vend.* In altero autem ſubjacet juri offerendi, ut etiam cogitur recipere bona ad æſtimationem, ex qua pro aliquorum Tribunalium ſtylo aliqua deductio fieri ſolet, undè propterea intrat regula, *ut qui in uno gravatur, &c.* Et conſequenter ſi creditor duas habens vias, unà ſcilicèt creditoris per viam adjudicationis. Et alteram tertii per viam licitationis, hanc ſecundam eliggere voluit, negligendo cautelam reportandi ceſſionem jurium à ſeipſo, ſibi patere debet via, quam elegit, atque de propria negligentia conqueri.

3 Indubitatum itàque eſt, ob reduplicationē perſonarum admitti creditorem uti tertium, & diverſum à perſona creditoris ad licitandum, & probabilius in praxi receptum eſſe; ut ipſe creditor publicè palàm, & bona fide poſſit licitare, uti quilibet tertius, cum ejus conditio non deberet eſſe deterior illa cujuslibet extranei, *Card. de Luca in prax. diſc. 40. n. 79.* Attamen duo veniunt duo diſcutiēda pro intelligentia diſcurſus *D. Card. de Luca*. Primum, an creditori poſteriori competat jus offerendi contra anteriorem emptorem ſubhaſta, tanquam tertium ad inſtantiā ſuimet creditoris anterioris. Aliud utrum evicta re licitata ob evictionem ſequutam ad inſtantiam veri domini, vel quia res empta poſſeſſa per debitorem communem erat fideicommiſſo ſubjecta, & purificatus ſit caſus fideicommiſſi, reviviſcant priva jura creditoris anterioris, de quo etiam ediſſerit, & negare videtur *D. Card. de Luca in d. diſc. 32. num. 19.*

4 Extra aleam eſt, re debitoris communis adjudicata priori creditori competere jus offerendi poſteriori creditori contra primū adjudicationis titulo poſſidentem, ut *Præſ. de Franch. dec. 12. & 69. D. Reg. de Marin. lib. 1. reſol. 219. n. 2.* & dixi in *obſ. 453. de Franch. n. 4.*

5 Si res eſſet ſubhaſta poſita, & priori creditori licitanti adjudicata, ut *De Marin. n. 8.* & ad *Reg. Revert. obſer. 20. n. 3. D. Præſ. Merlin. controv. 68. n. 2.* & *Amat. conſil. 8.* juxtà quam opinionem *D. Præſ. Merlin.* quamvis ſibi ſuſpectam pluries in S.C. deciſum refert, & *Ego* ſcripſi in *obſerv. 453. n. 4. & 456. n. 5.* ubi quod ſi res fuerit ſubhaſtata, & expreſsè creditor

ditor fuerit uti extraneus ad licitandum admiſſus, habere locum contra eum jus offerendi, quia licet in contrarium urgeat, non eſſe denegandum creditori id, quod extraneo competit, ſcilicet, quod ceſſet adverſus eum jus offerendi. Nihilominùs ſtrictiùs vrget, quod pretium illius rei remanſit apud ipſum creditorem emptorem, & quando licitat uti extraneus, non deſinit eſſe creditor, nec ſeparetur conſideratio ab eo, quod creditor ſit. Conſequenter, ut emptionem eodem modo intelligamus, ut fuerit facta ea mente, ut ſuum conſequeretur magis, quam animo habendi dominium, & proindè ſit locus juri offerendi, proùt accideret, ſi res inter eum, & debitorem privatim accidiſſet. Nec debemus pati poſteriores creditores damnificari, ſi id fieri poſſit abſque damno pecuniariarium creditorem, *Merend. lib.123. cap.40. n.23. & ſeqq.* idemque comprobo *in obſerv. 531. n.3.* ubi quod nihil interſit hoc caſu, an contractus celebratus ſit à Judice, vel à Parte. Certius ſi creditor obtulit tantùm pretii, quantùm erat ſuum creditum, *Poſtius de ſubhaſtat. inſpect. 32. n.3.* & latè dixi in *obſerv. 69.* ubi *Præſ. de Franch.* deciſum teſtatur, quod creditor cenſeatur emiſſe juris ſui tuendi gratia.

6 Extenditur, ut procedat etiam ſi creditor emiſſet per interpoſitam perſonam, ſi creditor enim pro ſumma non excedente ſuum creditum, intrat hoc caſu præſumptio, quod potiùs emerit juris ſui tuendi gratia, *Menoch. lib. 5. præſ. 121. n. 11. Rota coram Vergellen. dec.445. n.92. & dec.61.* poſt *Merlin. de pignor.*

7 E contrario *Conſil. de Meſa lib. 1. var. cap. 9. & 10.* opus ſtat in probando contrarium, & nominatim *dict. cap.10. n.16.* impugnat *deciſionem 69. de Franch.* his verbis: *Non obſtat aliud Vincent. de Franch. fundamentum petitum ex eo, quod ſecundus creditor non poſſit duorum perſonam ſubſtinere. Contrarium enim cõſtare multis juris teſtimoniis ſupra oſtendimus cap.9. n.5. Quibus addo text. in l. Conſul, ff. de adopt. l. accipientis, ff. de autor. tut. l. fiſtulas, §.1. ff. de contrah. emp. l. 2. ff. de offic. Præſ. l. 3. ff. de rit. nupt.* quam rem pluribus exornat *Menoch. lib.3. præſ.121. n.11. ubi ad text. in cap. ſi quis juſſu, §. 1. de elect. in 6.* reſpondet *cum Molin. lib.2. de primog. cap.5. à n.51.*

8 Ad *text. in l. ſi plures, ff. de pact.* reſpondet *Conſil. de Meſa*, quod ibi in illis verbis: *Nam difficilè eſt, ut unus homo duorum vicem ſubſtineat*, adſit inſigne mendum, ut arbitratur *Hotboman. lib.6. obſ. cap.18.* credens Ulpianum ibi ſcripſiſſe: *Nec difficilè eſt*. Et *Meſa cap.9. n.5.* laudat multa jura, ex quibus poteſt quis ſubſtinere perſonam duorum, proùt in *l. ſi paterfamilias, §. quo duas, ff. de adopt.* ibi: *Facit enim hoc quaſi quilibet, cum quaſi avus*, & in *l. ſi debitor in fin. ff. ad Trebell. quia non quaſi hæres, ſed quaſi mater ex pacto accepit*, & in *l. item, ff. quod cujuſque nom.* ibi: *Quaſi decurio hoc dedit, cum quaſi domeſtica perſona*, idque pluribus illuſtrare *Menoch. n. 11.* ait *Meſa d. n.5. cap.9. & cap.10. n.27.* recenſet alia jura, ut *l.1. §. ſed videndum, ff. de ſucceſſ. edict. l.2. in princ. ff. undè legit. l. tutorem, ff. de his quib. ut indign.* junctis traditis à Uveſembec. *conſ. 2. n.33. lib. . . Hering. de fidejuſſ. cap.20. §.10. à n.74. Gratian. diſcept.205. à num.30.*

9 Ut interponam ſenſum meum, veriorem ego opinor ſententiam adverſus creditorem, ut non ceſſet jus offerendi ad beneficium poſterioris, quia anterior creditor non poſſit fungi vice duarum perſonarum; quamvis licitet, ut quilibet, dum offert in licitatione tantùm pretii, quantùm ſit ſuum creditum, ut *Præſ. de Franch. n.4. Poſtius d. inſpect. 32. n.3.* Præſertim ſi in caſu evictionis reſervaverit ſua primęva jura, *Rota dec.136.* poſt *Merlin. de pignor.* Et hanc opinionem probat *Staiban. in obſ. ad reſol. 115. n.7.* qui ità refert deciſum per S. C. per Monaſterio S. Maria de Vita de anno 1665. & in gradu reſtitutionis in integrum de anno 1669. & ſcripſi in *append. ad obſerv. 453.*

10 Evicta re empta ſubhaſta per creditorem tanquam tertium, vel per interpoſitam perſonam fructuoſa eſt quæſtio. Caſus evenire ſolum poteſt, quando res vendita non erat debitoris, ſed aliena, aut debitor poſſidebat illam uti hęres gravatus fideicommiſſo, nam alias contingere nequit, dum res venditur ad inſtantiam creditoris anterioris. Quia ſi concurrant alii creditores, & tunc ſi poſteriores ſunt, creditor anterior ex juribus ſuis anterioribus excludit poſteriores, *Neguſ. de pignor. p.5. memb.3. n.3. Gratian. diſc.734. n.18.* Aut creditor poſterior emiſſet tanquam tertius, & hoc caſu ſcribentes ſcinduntur. Siquidem *Afflict. dec.8. 16. & 333.* & alii relati per *Præſ. Merlin. lib.1. contr.26.* credunt, quod licet de ſtricto jure non intret reviviſcentia ex regula, *quod à privatione ad habitum non detur regreſſus*. Attamen ex æquitate admitti debet *Altograd. conſ.16. lib.1.* nec differentia adhiberi debet inter adjudicationem directè per Judicem factam, vel venditionem ſubhaſta, ſi res licitata fuit per creditorem uti tertium, cum factum Judicis ſit factum partis, & etiam ſi directè debitor inſolutum dederit rem creditori, juxtà dictam opinionem ex ęquitate intrat reviviſcentia, adhuc abſq; reſervatione. Præſertim ubi ſpecies emitur pro ſpecie.

Pulchra difficultas eſt, ſi emptio fuerit facta ſubhaſta ad beneficium creditoris per interpoſitam perſonam, & pure ſolutum fuit in pecunia numerata pretium abſque

ceſ-

ceſſione jurium, prout contingit dubitari in facti contingentia, de qua *Card. de Luca de credit. diſc.* 32. ubi tertius emit ſub haſta pro perſona nominanda ſolvens ſaltem apparenter numerato pretio rem ad inſtantiam creditoris anterioris venditam, & unde propterea per ſolutionem pecuniæ, pro credito pecuniario ſine vinculo, & ſine ceſſione jurium inducta fuerit extinctio, & caſus evictionis non dicebatur contingere in ipſo creditore jam ſatisfacto eum pretio rei, ſed contingit in emptore, cui ſibi non conſulenti de ceſſione jurium dimiſſi creditoris, vel conſulenti de pacto de ſubintrando in ejus locum, proviſum dumtaxat remanſerat, ut excipiendo ſe tueretur juribus creditoris dimiſſi, non autem agendo *Grattan. diſcept.* 734. *num.* 18. *Conſil. de Meſa lib.* 1. *cap.* 17.

Et quamvis ex parte creditoris replicaretur, quod ipſemet eſſet creditor, & emptor reſpectivè, ideòque in effectu dicendus eſſet, creditor, qui bona debitoris ioſolutum receperit. Dicebatur tamen reſponſionem eſſe fallacem, quoniam emerat tertius, qui partes emptoris explicavit, & iſte poſtmodum creditorem in ejus locum poſuit, hinc proindè conſiderabatur potiùs tertius, ac extraneus homo, diverſus ab altera perſona creditoris cum vera ſolutione pecuniæ purè, & irrevocabiliter ſolutæ creditori jam ſatisfacto, & conſequenter evictio rei emptæ nil commune habet cum pecunia ſoluta creditori, neque reviviſcentia, ut in principio dictum eſt, ità fuse *Card. de Luca de credit. diſc.* 32. Beneverum *n.* 1. refert ipſo inaudito in Tribunali A.C. judicatum pro creditore ex reviviſcentia primævorum jurium.

Niſi dixeris pro ſubſtentatione pronunciationis, emptionem illam à tertio pro perſona nominanda factam, deinde nominata perſona creditoris, cenſeri factam ab eodemmet creditore, & retrotrahi ad tempus licitationis, & emptionis, *Grat. diſcept.* 547. *Cenc. de cenſib. q.* 67. *Surd. dec.* 152. *Noguerol. alleg.* 11. *n.* 89. & dixi in *Grattan. cap.* 194. *n.* 10. Difficultas autem juxtà facti ſeriem eſt involuta.

ARGUMENTUM.

Intercedens pro alio, ſi principalem debitorem ſe conſtituit, utrum ſit fidejuſſor, & correus, & ſic ſui ipſius fidejuſſor? Excuſſionis beneficium, ſi non ei renunciaverit, utrum habeat? inquiritur. Diſtinquitur, utrum ſi in eodem Inſtrumento, vel ex intervallo ità interceſsit, vel ſi principaliter, & inſolidum, vel abſque dictione *inſolidum*, ſe obligaverit. Differentiæ inter fidejuſſores debiti, ſivè in dando, & inter eos de repræſentando cũ quibuſcumque clauſulis aſsignantur. Demum an ſemper fidejuſſor in dando, opponere valeat excuſsionis beneficium ſumptibus ipſius opponentis, ſi expreſsè nõ renunciaverit huic beneficio, ex *l. undè quæritur, ff. commod.*? Deciſiones recenſentur.

SUMMARIUM.

1 *Fidejubens ſe inſimul conſtituens principalem, an ſit perſona rei, & fidejuſſoris?*
2 *Negat eſſe reum hunc fidejuſſorem* Accurſius.
3 *Excuſſionis beneficium, an habeat?*
4 *Expenditur* text. in l. 1. §. Exceptiouem, ff. quar. rer. act.
5 *Media opinio adducitur.*
6 *Melior diſtinctio.*
7 *Inter fidejuſſorem in dando, vel de repræſentando diſcrimen.*
8 *Fidejuſſor hujuſmodi, an petere poſſit fieri excuſſionem ſuiſmet ſumptibus?*

CAP. LIII.

1 Intercedentes pro alio, ſi conſtituat ſe debitorem principalem, an ſit fidejuſſor, & correus, ſeù fidejuſſor ſimul, & reus principalis? Negandum videtur, quia eſſet ſui ipſius fidejuſſor, ſi eſſet reus principalis, quod nequit eſſe, *l. heres, §. ſervo, ff. de fidejuſſ.* nam quatenùs pro alio interceſſit, eſſet fidejuſſor, quatenùs ſe principalem conſtitueret, haberetur pro correo.

2 Præterea eum, qui pro alio ſe debitorem conſtituit, fidejuſſoris jure cenſendum, niſi hoc actum ſit, ut prior obligatio novetur, docet *Accurſ. in Auth. de fidejuſſ. in princ. verb. fidejuſſorem collat.* 1. & magis communem appellat *Theſaur. deciſ.* 166. *Mantic. de tacit. lib.* 16. *tit.* 17. *n.* 4. Verum enim eſt, hunc tanquam fidejuſſorem pro alio interveniſſe, & origo inſpicienda eſt, *l. quicquid quod, ff. donat.* ibi: *Cauſam, & originem conſtitutæ pecuniæ, non judicii poteſtatem prævalere placuit.*

3 Quo fit, ut huic fidejuſſori beneficium excuſſionis indulgeatur, niſi ei renunciaverit, ut *Vaſq. illuſtr. cap.* 33. *n.* 10. & magis communem profitetur *Barboſ. in l. ſi conſtante in princ. n.* 16. *ff. ſol. matrim. Theſaur. dec.* 166. *n.* 4. *Merend. lib.* 5. *contr.* 31. *n.* 1. ubi quod licet efficiatur correus, & inſolidum obligetur; Nihilominus ſi alius ſit ſolvendo, non cogetur ſolvere, quod ad eum non pervenit, *§. ſi verò, Auth. de fidejuſſ.*

4 Ad hæc text. in *l.* 1. *§. exceptionem, ff. quar.*

ver. act. probare videtur, exceptionem reo principali competentem prodeſſe etiam ei, qui tanquam principalis fidem ſuam aſtrinxit, quia cum prætoris propoſitum, & mens ſit ſuccurrere reo, propoſitum non ſuccurreret, niſi fidejuſſorem, quoque defenderet.

5 Altera eſt ſententia, ut ſi promiſſor ſe debitorem principalem conſtituerit in eodem inſtrumento, & tunc conſiderantur veluti duo correi, & excuſſio non ſit neceſſaria; *Caſtrenſ. conſ. 434. n. 3. lib. 1. Alex. conſ. 33. n. 10. lib. 4. Roderic. lib. 2. de reddit. q. 5. n. 8. Hering. de fidejuſſ. cap. 27. à n. 79.* Si autem non in eodem inſtrumento, ſed ex intervallo interceſſerit, & ſimul etiam ſe principalem debitorem conſtituerit, & tunc iſte tanquam fidejuſſor conſiderandus erit, *Alex. ubi ſupr. & Roderic.* quia poſtremò caſu duo rei diverſis temporibus conſtitui non poſſunt, *l. duos, §. ultimo, l. ſi ex duobus, ff. duobus reis, Arias de Meſa lib. 2. var. cap. 13. n. 6. 7. & 9.* ubi tradit ab hac diſtinctione non eſſe diſcedendum, & ſi contrarium velint *Facebin. lib. 8. contr. cap. 54. Rugincll. lib. 1. pract. cap. 23. n. 14.*

6 Melius dic, quod ſi interceſſit quis pro alio, & ſe conſtituit debitorem principalem, & non ſe inſolidum obligaverit, tunc pro fidejuſſore habebitur, nec ad debiti ratam tenebitur, niſi prius diſcuſſo principali, *gloſ. in §. 1. verb. fidejuſſorem, Auth. de fidejuſſor. text. eſt in l. ſed Julianus, §. idem ait, ff. ad Macedon. gl. in l. in perſona, §. qui pecuniam, verſ. putat, ff. de pactis.* Aut quis ſe conſtituit principalem debitorem, cum ſolui obligatione, & tunc non poteſt opponere exceptiones excuſſionis, & diviſionis, *Gomeſ. var. lib. 2. cap. 12. n. 1. verſ. 2. limit. Epiſcop. Afflict. var. cap. 30. n. 51. D. Rodoer. conſ. 13. n. 30.* & de iſto loquuntur *Scribentes*, ut quoad creditorem principalis correus cenſendus ſit, adeò ut videantur receſſiſſe ab Aula ea, quæ in jure habemus favore fidejuſſorum diſpoſita circa eorum ſubſidiariam coerctionem, prævia principalis excuſſione, ac alia hujuſmodi, *Card. de Luca de credit. diſc. 98. n. 3. Gratian. diſc. 310. num. 27.*

7 Diſtinctiones cadunt in fidejuſſore debiti, cujus obligatio conſiſtit in dando, non autem in fidejuſſore de repræſentando, cujus obligatio conſiſtit in faciendo, quia hoc poſtremò caſu quomodocumque obligatio concepta ſit, & per quaſcunique clauſulas fidejuſſor nunquã dici poteſt correus quoad creditorem. Undè fidejuſſor excuſatur per moratoriam à Principe conceſſam, & per mortem principalis præſentandi, ſi principalis fiat banditus, Clericus, aut alias mutet ſtatum, ità ut ejus præſentatio impoſſibilis reddatur *Reg. de Marin. lib. 1. reſ. 133. & ſeqq.* late *Card. de Luca diſc. 98. per totum.*

8 Diverſa quæſtio eſt, quando interceſſit quis pro alio, & ſe principaliter, & inſolidum obligavit, & petat diſcuſſionem principalis fieri ſuis ſumptibus, ſi non renunciaverit beneficio, *l. undè quæritur, ff. commodat.* & juxtà doctrinam *Bart. in l. 3. §. ubi duo, num. 15. ff. de duob. reis, Arias de Meſa lib. 2. cap. 14. n. 5.* & de æquitate S. C. ſolet præcepta manare, quod conventus infra certum terminum procuret ſolutionem ab aliis obligatis, ut practicatum teſtatur *Conſil. Staib. in obſ. ad reſ. 72. à n. 1.* & de anno 1670. per S. C. ſimiliter deciſum refert idem *D. Rodoer. ubi ſup. n. 66.* Beneverum contra hanc opinionem depugnat *Andreol. contr. 52.* quam amplexarer, dum principalis dicatur quoad creditorem, cui uti principalis ſe inſolidum obligavit, imò renunciavit exceptioni excuſſionis, & aliis. Secus creditor neque poſſet liquidare inſtrumentum via ritus. Cautius aget creditor, ſi conſuluerit ſe per renunciationem à debitore faciendam beneficio *d. l. undè quæritur*, ſeù excuſſionis beneficio etiam ſumptibus ipſius debitoris cum ſolitis renunciationibus beneficii ordinis, diviſionis, actionum cedendarum, & aliis fidejuſſoribus competentibus.

ARGUMENTUM.

Judex, an teneatur punire accuſatum ſecundùm acta, & probata, vel juxtà ſcientiam, quam habet uti privatus? Principium juris poſitivi, an juris naturalis principio prævaleat. Diſtinguitur triplex conſcientia *Fragoſ.* vult per accidens ob commune bonum innocentem perire, & ſenſus *Authoris.*

SUMMARIUM.

1 *Judex teneri judicare ſecundùm probata, & non propriam ſcientiam, volunt plures.*
2 *Moncns opinio cum rationibus.*
3 *Occurritur motivis ajentium.*
4 *Expenditur* text. in cap. paſtoralis, §. quia verò de offic. deleg.
5 *Diſtinguitur triplex conſcientia.*
6 Fragoſii *diſcurſus pro opinione ajente.*

CAP. LIV.

1 Judex, an teneatur judicare juxtà allegata, & probata, vel juxtà privatam notitiam, & conſcientiam? utputà Judex oculis propriis vidit Titium occidiſſe, vel percuſſiſſe Sempronium, probationes autem factæ in actis, & proceſſu concludant, id geſtum eſſe à Cajo, iſtum, an condemnare debebit? Hanc quæſtionem luculentiſſimè tractant *D. Thom. 2. 2. q. 61. art. 2.* & ibi *Cajetan. Doctores*

ves in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præſ. & in cap. Paſtoralis, §. veritas de off. deleg. noviter tangit *Card. de Luca in prax. de judic. diſc. 22. n. 3.* & duas refert opiniones, unam ajentem, ſcilicet, ut valeat Judex judicare ſecundum acta, & non ſecundum propriam conſcientiam, ex *Coccin. dec. 1784. Ludoviſ. dec. 224.* & ibi *Add. Rot. decif. 137. par. 5. rec. Reg. Rovit. pragm. 1. & 15. de ord. judic. Valaſc. de judic. perfect. rubr. 14. annot. 3.* ubi alios colligit.

2 Altera monet, quod Judex abſtinere tenebitur à judicando in illa cauſa, Principem, vel Superiorem, ad quem pertinet, rogando, ut alium deputet, qui in cauſa judicet, ut per allegatos per *Valaſc. ubi ſup.* & potiùs abſtinere debeat, & officium deponere. Ratio eſt, quia tunc concurrunt jus naturale, & jus humanum, jus naturale ſuadet, non lædi innocentem, è contrà jus humanum, quo judicandum eſt ſecundum probata. Ergò tunc ſervandum eſt jus naturale, & præſumptio juris humani cedit veritati. Et principium juris naturalis, ſcilicèt, innocentem non eſſe puniendum, eſt prius principio humano, & poſitivo. Nec eſt *text.* qui dicat, quod Judex debet judicare ſecundum probata contra veritatem ſibi notam. Imò eſt jus dicens oppoſitum, ſcilicèt ex falſis allegationibus Judicem non poſſe judicare, probatur ex *cap. cum æterna de ſent. & re judic. in 6.* ubi Judex non debet condemnare, quem Deus non condemnat, nempè innocentem. Abſurdum pariter reſultare videretur, ſi juſta eſſet ſententia, nam teſtes falſi concurrerent ad juſtam ſententiam. Ulterius præferenda eſt veritas imagini veritatis ex actis reſultanti. Facit *gloſ. in §. pubertatem, Inſtit. quib. mod. tutel. finit. verb. ex habitu.*

3 Quatenùs Judex ſit perſona publica, & conſequenter judicare debeat ex actis publicis, & non ex ſcientia propria, & privata. Reſpondent poſtremæ ſententiæ *Authores* diſtinguendo antecedens. Eſt perſona publica pro invenienda veritate, & pro innocentia ſervanda, & concedunt, pro ea opprimenda, & negant. Ergò debeat Judex judicare ſecundum acta, quando ſunt contra veritatem, negant, quando ſunt juxtà veritatem concedunt, ex his, & aliis hanc ſententiam viriliter defendit Canonicus Cathedralis Neapolis ſubtiliſſimus D. Franciſcus Verde in ſuis *Inſtitution. Canonicis*, quarum impreſſio anxiè exoptatur.

Additur, quod cum mendacium ſit intrinſece malum, mendacium eſt condemnare innocentem, ut reum, & nocentem.

4 Pro prima opinione ſtat *text. in cap. paſtoralis, §. quia vero de offic. deleg.* ubi Papa mandat Ordinario, ut exequatur ſententiam Delegati, etiam ſi ſciat ſententiam injuſtam, & per hunc *text.* ità ſentit *gloſ.* ibi tenet, & probat per plura verba *cap. 1. de offic. ordin. verb. Canones.* Beneventum *Merenda lib. 5. controv. 48. n. 2.* id concedit in Ordinario, vel alio mero executore non cognoſcente de meritis; aliter in Judice cognoſcente de meritis.

5 Diſtinguunt alii triplicem conſcientiam; Unam, ut Deus, exemplum in Confeſſario. Alteram, ut Judex ex actis. Aliam, ut privatam. Judex nequit procedere contra acta, nam illam conſcientiam non habet, ut Judex, undè non poteſt abſolvere, cum iſto modo confunderetur totum jus poſitivum, ſed laborare debeat ad inquirendam veritatem, vel alias ſuſpendere officium ſuum, aut patienter pati, ſi Superior eum punire.

6 *Fragoſ. de regim. Reip. Chriſtian. par. 1. lib. 4. diſp. 10. n. 167. cum D. Thom. & Cajet.* reſolutivè tenet, Judicem debere prius laborare, ut accuſator deſiſtat, teſtes veritatem deponant, eos repetere, & potiùs accuſati fugam è carceribus permittere, ſecus officium dimittere per aliquod tempus; idque ex charitate; & non ex juſtitia, quam teſtes violarunt, demum ſentit, quod cum gravi ſuo damno perpetuæ privationis officii non teneatur, officium dimittere, ſed conſcientiam propriam, & per accidens ſit, quod innocens puniatur, prout per accidens patiuntur pueri ex juſto bello in everſione alicujus Civitatis, & in caſu propoſito bonum publicum in adminiſtratione juſtitiæ præferatur privato. Quidquid velit *Fragoſ.* ego non judicarem contra innocentem, cæterum hic caſus potiùs eſt ſcholaſticus, quàm contingibilis.

ARGUMENTUM.

Hæres infra trimeſtre, vel annum reſpectivè confectionis inventarii, utrum actione in rem conveniri poſſit uti poſſeſſor, & diverſus ab hærede? Diſtinguitur inter rei vendicationem, & actionem hypothecariam. Ad ornatum *deciſ. 286. & 352. Præſ. de Franch. & D. Reg. Sanfel. dec. 211.*

SUMMARIUM.

1 *Hæres infra trimeſtre confectionis inventarii, an poſſit conveniri actione in rem?*
2 *Diſtinguitur actio in rem.*
3. *In rei vendicatione diſtinctio.*
4 *Cautela traditur.*
5 *Pro executione ſententiæ, an hæres moleſtetur pendente termino?*
6 *Hæres, an poſſit convenire debitores pendente trimeſtri, vel anno?*

C A P. LV.

1 HÆres infra trimeſtre, vel in caſu abſentiæ à Regno infra annum confectionis inventarii, utrum actione in rem poſſit conveniri, tanquam poſſeſſor quilibet diverſus ab hærede? nunc inſpiciendum venit. Ante omnia præmittendo, quod hæres habet tempus trium manſium ad perficiendum inventarium, ex *l. ſancimus, §. ſin autem, C. de jur. delib.* intra quod ſpatium gaudet privilegio, ut interim nequeat conveniri nedum à legatariis, verum etiam ab aliis creditoribus, ut in *d.l.ſancimus, §.donec,* ubi *Jaſ. & alii Præſ. de Franch. dec.* 352. fusè *Andreol.controv.* 198.*n.*1.*Gizzarell.dec.*79.

2 Quoad actionē in rem, veluti rei vēdicatione in dubium revocatur, negat *Facbin.lib.6. controv.*27. Ducitur, quia non dicitur poſſeſſor, niſi ſit hæres, nec poſſit intelligi alio titulo poſſidere, quam hæredis titulo. Fatetur beneverum commuoem eſſe in contrarium de rei vendicatione, aliter de hypothecaria ex obligatione defuncti, vel à legatariis. Aliter ſi is, qui ageret, haberet rem aliunde obligatam, & diſtinctionem ſequitur *De Franch. n.*5. *Cancer. var. cap.*2. *p.*3. *de invent.num.*161.

3 Diſtinguit *De Franch.* de rei vendicatione, quod aut judicium inchoatur cum hærede, & tunc poſſit cum eo uti poſſeſſore infra trimeſtre. Si autem cęptum ſit cum defuncto, & lis cum eo conteſtata, & actor velit proſequi judicium, & nequeat infra trimeſtre, quia cum cęperit defunctus teneri obligatione perſonali ex illo quaſi contractu, qui in judicio fit, obligatio transmittitur ad hæredes, *Andreol. n.* 4. *Cancer.n.*158. *Merlin. de pignor. lib.*4.*q.*173. *Antonell.de temp.legal. lib.* 4. *cap.*30. *n.*5. & deciſum refert *Reg. Salernit. deciſ.*54. ſequitur *Arias de Meſa lib.* 2. *var.cap.*38. & S.C. hanc doctrinam probaſſe refert *n.*58. & laudat elegantem *textum in l.*2.*§.fin.ff.de prætor. ſtipul.* ubi quod ſi poſſeſſor decedit pluribus hæredibus relictis, & ſumus poſt litem conteſtatam, licet unus ſolus poſſideat, teneantur, & alii hæreditariis actionibus, quaſi deſiiſſet poſſidere, & obligatio perſooalis ex quaſi contractu judiciali inito cum defuncto contra hæredes transmittitur. Cœterum ſpeculativum, & perdifficilem appellat *textum Paul. de Caſtr. in d.l.*2.*§.fin.*

4 Cautelam docent *Arias de Meſa n.* 3. *Cancer. n.*129. ut quando eſt lis conteſtata cum defuncto in judicio rei vendicationis, ſi velit actor proſequi judicium infra trimeſtre, renunciet inſtantiæ cęptæ. At ego abſtinerem ab hac cautela, ut ſcripſi in *obſer. ad Franch. ubi ſup.* ubi limitationes aliquas cumulo, & videndus *Gizzarell. dec.* 79. *in fin. Ridolphin.in ſua prax.par.*1.*cap.*9.*num.*41.

5 Pendente termino, an hęres poſſit inquietari pro executione ſententiæ. Negat *Præſ. de Franch. dec.*286. & ità junctis Aulis judicatum refert *D.Reg. Sanſelic. dec.*211. contra opinionem *Afflict.dec.*145.*n.*1. ſequeſtrantur autem fructus medio tempore.

6 Pendente iſto termino, an hæres poſſit convenire debitores hæreditarios? Videtur, quod non per titulum, *quod quiſque juris*. Ad hæc debet ſervari æqualitas in judicio. Contrarium verius, nam ille titulus loquitur in eo, qui impetravit à Principe, ut nequeat conveniri. At hæres in hoc caſu privilegium non impetravit, ſed lex ſibi conceſſit, unde non debet in ſui odium retorqueri, ità *Bart.in d.§. donec, num.*4.

ARGUMENTUM.

Legato adempto certæ perſonæ de familia, an illa deindè poterit aſpirare ad fideicommiſſum proximioribus de familia relictum. Ediſſeritur quando excluſus una via, poſſit uti alius aſpirare. Expenduntur *text. in l. ſi filius, ff. de bon. libert. l. emancipatum, § fin ff. de Senator. & l.*1. *§. ſed videndam. ff. de ſucceſſ. edict.* Quid ſi ex odio revocetur legatum, vel deſcendat, quis ex perſona odioſa?

S U M M A R I U M.

1 *LEgato adempto certæ perſonæ de familia relicto, an illa uti alia poterit aſpirare ad fideicōmiſſum proximioribus de familia relictum.*
2 *Expenditur* text. in l. ſi filius, ff. de bon. libert.
3 Text. in l. emancipatum, §. fin, ff. de Senat. *ponderatur.*
4 *Filius excluſus ex capite*, undè liberi, *admittitur ex alio capite*, unde agnati.
5 *Doctrina* Bald. in cap. ſtuduiſti de offic. de leg. *notabilis.*
6 *Excluſus ex odio, & inimicitia à legato particulari, an admittendus ad univerſale fideicommiſſum?*
7 *Filii, & deſcendentes ab odioſo excluduntur ex vitio paterno.*
8 Molin. de primogen. Addit. *& alii improbantur.*
9 *Aliter ſi pater excludatur ob contraventionem, quia filius admittitur.*

C A P. LVI.

1 PRoximior de familia, ſi ad fideicommiſſum univerſale ſit vocatus, & certa perſona de eadem familia ſit legato particulari honorata, ſi deindè adimatur legatum, poterit legatarius uti proximior de familia aſpirare ad fideicommiſſum univerſale

ipſo

ipſo purificato, quia conſideratur uti diverſa perſona, *Cardin. in cap. cum in tua, n.4. de decim. Abb. in Raynutins n.26. de teſtam. Surd. deciſ. 155. num. 16. & conſ. 300. n. 13.* excluſus enim una via poteſt venire ex alia, & tanquam alius *Cravett. conſ. 625. n. 8.* Non obſtat *Roman. conſil. 438. num. 5.* quia ibi præceſſerat exhæredatio, & excluſus à ſucceſſione, & odio habitus, & ratio odii operatur, ut cenſeatur excluſus ab alio.

2 Facit *text. in l. ſi filius in princ. ff. de bon. libert.* Ubi pater, qui duos filios habebat, unum inſtituit in bonis liberti, alium exhæredavit; Filius inſtitutus fratrem ſuum adrogavit, atque ità hærede eo relicto defunctus eſt. Dubitatur, an admitti deberet ad bonorum poſſeſſionem. Nam ex unica parte frater erat admiſſus, ex altera excluſus: & videbatur ſecundum opinionem quorundam, quod ad id, quod ei nocebat, deberet attendi: ſed *Paulus* J. C. hoc corrigit, & ità dicit: *Ei, qui alio jure venit, quam eo, quod amiſit, non nocet id, quod perdidit, ſed prodeſt id, quod habet. Sic edictum eſt, patrono, eidemque patroni filio non obeſſe, quod quaſi patronus deliquit, ſi ut patroni filius venire poſſit.*

3 Ad idem eſt *textus in l. emancipatum, §. fin. ff. de Senator.* ubi filius, & ſimul nepos Senatoris, licet ex una parte non debeat admitti, ut filius; quia pater amiſerit dignitatem ante conceptionem ejus, & ex altera parte poſſit admitti tanquam nepos Senatoris: nihilominus debet admitti, ibi: *Et magis eſt, ut debeat, ut Avi potiùs dignitas proſit, quam obſit caſus patris,* quod aliis juribus comprobat ibi *gloſ. fin.* dum dicit: *Idem notatur hoc argumento pro feudo, quod licet filius per culpam ſuam debeat amittere feudum, nepos tamen retinet ex perſona Avi ſui.*

4 Ad hæc ſtat *textus in l. 1. §. ſed videndum, ff. de ſucceſſ. edict.*, ubi licet filius tempore, vel repudiatione ſit ex una parte excluſus ex capite, *undè liberi*, admittitur tamen ex alio capite, *undè agnati, & cognati*, quod quidem in honorem ſanguinis eſt ſtatutum. Unde *gloſ. in verb. ipſe ſibi*, ità dicit: *Ergò admittitur, ut alius*, ut *argum. ſupra de adopt. l. emancipatum, §. fin. & ſupr. undè liberi, l. 2. in princ. & C. de adulter. l. jure mariti.*

5 Comprobatur argumento caſus, quem proponit, & reſolvit *Bald. in cap. ſtuduiſti, n. 4. de offic. deleg.* ubi dicit: *Pone, quod Papa concedit mihi quoddam Caſtrum ſub quibuſdam conditionibus his obſervatis, Caſtrum debet reverti ad Papam. Deindè concedit mihi Civitatem cum omnibus Caſtris ſuis, inter quæ illud Caſtrum reperitur: ſed ob non ſervatas conditiones Papa dicit Caſtrum ad ſe reverſum. Ego dico, ad me pertinere tanquam partem Civitatis, ut ff. de judic. l. Inſulæ; partem dico diſtrictualem, ſeù ſubjacentem. Quæritur, quod juris? Reſpondeo, quod id, quod perdidi ex uno capite ſpeciali, recupero ex generali.*

6 Cœterum, ſi ademptio legati ſequatur ex odio, & inimicitia vera inter legatarium, & teſtatorem, tunc in generali vocatione non venit odioſus teſtatori, *Paul. de Caſtr. & alii in l. in ipſius, C. famil. erciſc. Fuſar. de ſubſtit. q. 317. n. 1. Cald. p. 3. de poteſt. elig. & nomin. cap. 1. num. 28.*

Ampliatur etiam ſi poſt offenſam, ſeù odium teſtator confeſſus, & contritus deceſſerit, quia ſolummodò videtur remiſſa offenſa quoad Deum, & actio contritionis erit meritoria reſpectu offenſi, non offenſoris, *gloſ. in cap. ſi quis contriſtatus 50. diſt.* & ità intelligenda eſt dimiſſio, & dilectio illa, *Diligite inimicos veſtros. Fuſar. num. 13.*

7 Difficultas eſt, utrum etiam filii, & deſcendentes ab odioſo teſtatori excludantur? Arguitur, quod ſic ex *text. in l. 1. C. de libert. & eor. liber.* ubi offenſa, & ingratitudo patris nocet filiis, *Bald. in l. Athleſæ, §. dat remiſſionem, ff. de excuſ. tut.* ibi: *Secundò nota, quod ille, qui fuit inimicus patri, præſumitur inimicus filio, etiam patre mortuo, Fuſar. ubi ſupr. n. 2. Hodiern. ad Surd. dec. 41. n. 2.* Ideò in feudalibus delictum patris nocet filiis, *cap. 1. ſi vaſall. feud. priv.* ubi *gloſ. 1.* dicit, id procedere propter nimiam perſonarum conjunctionem. Nec obſtat, quod filius non portabit iniquitatem patris, *Ezechiel. cap. 8.* Quia filii non privantur ſucceſſione ob delictum parentum, ſed ob odium productum ex eo, ex parte teſtatoris.

8 Ex quibus *Roxas de incompatibil. p. 2. cap. 2. num. 58.* improbat opinionem aſſerentium, quod excluſio ſit perſonalis, ſive quod excludatur perſona tantùm ingrati offenſoris, & non ſit realis, ſeù linealis quoad filios, & deſcendentes, prout tenent *Molin. de primog. lib. 1. cap. 9. in fin. & Addition. n. 58. Manent. deciſ. 115. lib. 2.*

9 Neque obſtant *Caſtill. lib. 3. contr. cap. 15. à n. 36.* & alii relati ab *Addit. ad Molin. ubi ſup. n. fin.* & ad *cap. 10. lib. 3. n. 44.* Quia loquuntur de excluſione per contraventionem, *Peregrin. de fideicomm. art. 18. n. 33.* Inimicitia cum patre contracta filios quoque afficit, *§. patimur, inſtit. de injur.* Conſequenter, ſi filius ipſe ſolus fuiſſet legatarius, ex cauſa inimicitiæ contractæ cum patre videtur revocatũ legatum relictum filio, *Fuſar. q. 575. n. 8.* ibi: *Si cauſa revocationis reſpicit perſonam patris, non filiorum, nec pertineat ad offenſam teſtatoris, ut per plures rationes probavit, Peregrin. de fideic. art. 18. num. 33. cum ſeqq.*

Limita, ſi inimicitia fuit levis, ſi inimicitia fuit remiſſa tacitè, vel expreſsè, has, & alias limitationes, vide ad *Roxas ubi ſup. d. cap. 8.*

cap.8. per tot.& p.4. cap. 6. num.52. & per tot. & cap.6.

ARGUMENTUM.

Archiepiſcopus, & Cardinalis, & inſimul fortè Cardinalis Patronus plurium perſonarũ vices ſubſtinet, quæ explicantur. Cardinalis Patronus quot nominibus ſolet nuncupari, & hujus primi Miniſtri munus. *Regulæ Cancellariæ* moderatoriæ indultorũ Cardinalium, an comprehendant perſonam duplicem hujuſmodi qualificati Miniſtri? Adducitur individualis deciſio *Rotæ*. Differentiç inter Epiſcopos, vel Archiepiſcopos, & inter Ordinarios inſimul, & Cardinales circa collationes beneficiorum reſervatorum, diſtinguuntur reſervationes, & duplex reſervatio excludit indulta Cardinalium.

SUMMARIUM.

1 *ARchiepiſcopus Cardinalis, & Cardinalis Patronus quot perſonas gerat.*

2 *Regulæ Cancellariæ moderatoriæ indultorum Cardinalium, an comprehendant Cardinalem Patronnm?*

3 *Cardinalis Patroni munera, & ejus prærogativç.*

4 *Reſervationes beneficiorum diſtingnnntur.*

5 *Cardinales ex indulto, quæ reſervata conferant.*

CAP. LVII.

1 ARchiepiſcopus inſimul, & Cardinalis, ac etiam Cardinalis Patronus quot perſonas repræſentet? pulchra, & utilis indagatio. Archiepiſcopus uti Archiepiſcopus gerit perſonam Epiſcopi, ſeù Ordinarii in ſua propria Diœceſi. Alteram Metropolitani, & Judicis appellationis, & recurſus ab Epiſcopis, aliiſque Prælatis exiſtentibus ſibi ſuffraganeis, & in nonnullis caſibus ultra ordinariam juriſdictionem procedit tanquã Delegatus Apoſtolicus, ut dixi Cap. 19. ſi autem fuerit inſimul Cardinalis, tunc dicitur pars, & membrum Eccleſiæ univerſalis, unum corpus cum ipſo Summo Pontifice conſtituens tanquam Capitulum Eccleſię univerſalis, ut dixi *d.cap.29.n.7.& ſeq.*

2 Cardinalis, ſi Ordinarius ſit, & inſimul Cardinalis Patronus duplicem perſonam repræſentat. Unde hæſitatum fuit in Rota die 18. Junii 1631. coram Coccino, an *regula 4. Cancellariæ* moderatoria indultorum Cardinalium comprehendat collationem à Cardinali hujuſmodi factam, quia diſpoſitio de utroque ſimplici facta ſeorſum, & de per ſe habeat etiam locum in caſu mixto, *Bald.& Imol.in l.ſi ità factũ, ff. de injuſt. rupt. teſtam. Alex. in l. Titiæ textores n.4.* ubi *Jaſ. n.23.ff.de leg.1.Surd.dec.169.n.8.* pauló inferius proſequitur *Rota. Nec ad hunc effectum ei opitulatur reg.32. ut Cardinalis Patronus debeat præſtare conſenſum; Quia loquitur, quando Cardinalis Patronus eſt præſens in Curia, qualis non eſt Cardinalis Ordinarius collator; Et quamvis replicetur, quod eo magis dicta regula debeat ei opitulari, cum reſideat in ſuo Epiſcopatu. Attamen hoc non fecit ad effectum, quod debeat gaudere privilegio hujus regulæ, cum nec Legatus Sedis Apoſtolicę hoc privilegio gaudeat, ut dicit Alphonſus Soto ſuper hac regula n.18.ubi quod etiam hoc ſervatur in mediis annatis, de quibus non participant Cardinales abſentes, & ſubdit, quod eſt neceſſaria licentia ab eſſendi cum prærogativis præſentium, quam Summi Pontifices non multum libenter concedunt, quia non eſt juſtum, quod remaneant ſoli, & quod non poſſint habere conſilium maximè in arduis.*

3 Cardinalis Patronus dicitur Cardinalis Superintendens, & primus Miniſter Papæ, & in ordine hyerarchico Magiſtratuum, & Officilialium Papæ non reperitur iſte Officialis, ſeù Miniſter, utpote pendens à conſuetudine particulari cujuslibet Pontificis, qui poteſt, & quandoque ſolet illum non habere ſaltem ad tempus, & Papa pro fiduciariis negotiis tenet, & quando non aſſumit perſonam ſecundum carnem magis conjunctam, cui Cardinalis Nepotis vocabulum dari ſolet, tunc alium aſſumit. Hujus primi Miniſtri munus juriſdictionale cum aliquali alicujus vicariæ juriſdictionis, & poteſtatis etiam forenſis principaliter verſatur circa regimen dominii, ſeù principatus temporalis, ideóque dicitur Superintendens generalis Status Eccleſiaſtici, undè propterea ſubſcribit literas, aliaſque proviſiones, quæ nomine Papæ dantur, ut late *Card.de Luca lib.15. de relation. Roman. Curiæ diſc.6. n.4.& ſeqq.* ubi quod aliquando ſe ingerit circa ea, quç Principatum Pontificium Eccleſiaſticum concernunt, non circa collationes beneficiorum, proviſiones Eccleſiarum, diſpenſationes, & ſimilia. Huic primo Miniſtro Oratores, Magiſtratus nobiles Magatitii ordinis, & alii communicant ea, de quibus tractare habent cum Summo Pontifice, & ad Papæ audientiam admitti petunt, & per hunc primum Miniſtrum Pontificis oracula, & ſenſus reſpectivè ex plena audientia reportantur, & perſonæ privatæ, & illi, qui ad audientiam non admiſſi aliquid ab eo expetunt, cũ eodẽ qualificato Miniſtro tractant.

Cardinalis Nepos, qui in Palatio Apoſto-

lico

lico apud Papam cum ſecreto fiduciario ingreſſu moratur, & aſſiſtit pro frequentiori uſu obtinet etiam Apoſtolicam Legationem Status Avenionenſis, & Comitatus Venaiſini in Gallia, eumque ibi exercet per Prælatum ejus ſubſtitutum, qui non ab ipſo, ſed à Papa deputatur, cui Vicelegati nomen tribuitur, iſque omnia jura, & facultates Legati ibi exercet, etiam cum aliquorum beneficiorum reſervatorum collatione.

Obtinere quoque ſolet idem primus Miniſter regimen Principatus Firmani, quem poſtmodum regit per Prçlatum ſubſtitutum ſub nomine Gubernatoris cum appellationibus, & recurſibus, ut ſupra ob diverſos ſtylos. Aliaque obtinet munera pro Papæ beneplacito, ac minori, vel majori benevolentia, vel fiducia, ex qua hujus Miniſtri major, vel minor auctoritas pendet, ut fusè *Card. de Luca d. diſc. 6. per tot.*

4 Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, quoniam quoad Ecclesias, quibus præſunt, ſolent habere indultum conferendi beneficia reſervata, proùt etiam aliqui nimium qualificati, prçſertìm ultra Montes Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & Apoſtolicæ Sedis Legati, vel Nuntii, præſertìm Legatus, ſeù Prolegatus Avenion., ac Nuntius Hiſpaniarum. Beneverum non omnium indultorum eadem eſt formula, ſed magis lata, vel ſtricta, proùt ipſi Papæ concedenti placet, ut *Card. de Luca de benef. diſc. 1. & ſeqq.* Reſervationum ſpecies diſtinguuntur.

Reſervatio alia eſt diſcontinua, ut ratione menſis Apoſtolici. Altera contingibilis, & localis, ut beneficia Curialium morientium in Curia, vel intra duas dietas, ut in *Extravag. ad regimen de præbend. & cap. de præſenti de præbend. in 6.* Sub Curialium nomine veniunt, nedum Cardinales, & Prælati, ſed etiam Judices, Advocati, Procuratores, Sollicitatores, Notarii, ac etiam Expeditores negotiorum Datariæ, & Cancellariæ, *Mandoſ. ad reg. 5. q. 1. Lotter. de re beneſic. lib. 2. q. 34. n. 43.* Imò familiares Auditorum Rotæ, *ut in dec. 4. & 429. par. 5. rec.*

Reſervatio perſonalis, & fixa reſultat ex officio Scripturatus, & ex militiis Pii, & Lilii ex officiis Prothonotariatus Apoſtolici, & beneficia ipſorum ſunt reſervata ubicumque decedant etiam extra Romanam Curiam, & duas dietas, præſertim poſt Conſtitutionem Apoſtolicam Alex. VII. per hæc verba: *Beneficia Prothonotariorum, Scriptorum, & aliorum Officialium enumeratorum in d. Extravag. ad regimen eſſe reſervata ubicumque decedant etiam extra Romanam Curiam, & duas dietas. Itaque reſervationem beneficiorum obtentorum per dictos Officiales intrare etiam ratione ſolius officii, & inſuper Prothonotariatum ex militiis reſultantem, dictumque Scripturatum ſeparatim acquiſitum conſtituere duas perſonales coæquales excluſivas indulti.*

Præter fictam familiaritatem Papæ, quæ Romanæ Curiæ officiis annexa eſt, adeſt familiaritas vera reſultans ex actuali ſervitio Papæ, vel Cardinalium, ſeù aliquorum qualificatorum Curiæ Prælatorum, ex qua reſultat reſervatio in corpore juris clauſa, abſque tamen multiplicitate, cum duplici poſita, major abſorbeat minorem in conſideratione non habendam, ut frequenter contingit in vera, vel ficta, & privilegiata familiaritate Papæ, quæ abſorbet familiaritatem Cardinalis.

Reſervatio quoque reſultat ex Collectoria, vel Subcollectoria Apoſtolica, & parum refert, an unicus ſit Subcollector ad aliquod particulare negotium deputatus, vel quod plures eodem tempore exiſtant, ut *Card. de Luca de beneſic. in ſumma n. 56.* Prothonotariatus ratione reſervantur beneficia, & de participantibus nulla cadit difficultas, ſimiliter, ſi directè per literas Apoſtolicas à Papa creantur, vel à Legatis, vel Nuntiis Apoſtolicis ex Apoſtolica conceſſione ad id poteſtatem habentibus. Solus autem uſus inſignium non ſufficienter probat.

Reſervata ſunt Monaſteria, quæ Conciſtorialia vocari ſolent, quia ſolent in Conciſtorio provideri, beneverum etiam extra in libris Cameræ deſcripta, adhuc valorem biscentum ducatorum non excedant ſunt reſervata, & ſi non ſint deſcripta, debent excedere valorem biscentorum ducatorum.

5 Cardinales excepti ſunt à reſervatione diſcontinua ratione menſium, & duplex reſervatio quo ad alias reſervationes excludit indultum, & duplicitas reſultare debet à duplici cauſa, & diverſa, non autem unica, & ex eodem fonte, & non unica, itaùt duæ diſjunctæ ex unica cauſa productiva utriuſque duorum effectum connexorum reſultantes pro unica habenda ſunt, proùt duo effectus reſultantes ex officio Prothonotarii, vel alio, nempè reſervatio ratione officii, & alia ratione familiaritatis Papæ annexæ officio, & quæ duplex reſervatio non habetur in conſideratione. Aliter ſi quis eſſet familiaris Papæ, ac efficeretur Prothonotarius ex diverſo titulo, quia faciliùs intrat duplicitas reſervationis, ſecus quando duplex qualitas provenit ex eadem cauſa. Ità ſimiliter, ſi quis eſſet Prothonotarius, ac etiam familiaris Cardinalis, dum ex diverſo titulo duplex oritur reſervatio, ut *Card. de Luca de beneſic. diſc. 3. n. 13.* Neque cenſentur duæ reſervationes, ſi quis eſſet familiaris Papæ, & Cardinalis, quia familiaritas prima abſorbet ſecundam. Si familiaritas ſemel adfuerit, an

illa

Digitized by Google

illa deindè ceſſante; & officio Protonotarii concurrente inducatur duplicitas reſervationis ad effectum excludendi indultum videtur, dicendum, quod licet ceſſaverit reſervatio, nihilominùs remaneat affectum beneficium, & ratione affectionis eundem operetur effectum, ut penès *Card. de Luca diſc. 5. n. 26.* beneficium enim ſemel affectum ſemper remanet affectum, ſicut oleum ſemel effuſum ſuper panno imprimit maculam, quæ non deletur, licet ceſſet effuſio.

ARGUMENTUM.

Vicarii generalis Epiſcopi munus, an ſit ignotum in Sacris Canonibus? Quam juriſdictionem habeat, & utrum conſtituat unam perſonam cum Epiſcopo? Delegationes, diſpenſationes, & literæ Apoſtolicæ directæ Epiſcopo, an exequantur per Vicarium, laudatur *D. Jo: Baptiſta Mucci*, & ſenſus *Authoris*. Functiones majores, & Pontificales, an impedito, vel abſente Epiſcopo ſpectent ad Vicarium Epiſcopi? Quid Sede Vacante, an ſpectent ad Vicarium Capitularem? Archidiaconus ante deputationem Vicarii Capitularis, an in exercitio habeat juriſdictionem? Vicarius Epiſcopi, an habeat votum in Capitulo, quando habet Epiſcopus. Delinquendo Vicarius Epiſcopi, an cognoſcendus à Metropolitano?

SUMMARIUM.

1 *Vicarii generalis Epiſcopi muneris, an meminerint Sacri Canones?*

2 *Vicarius Epiſcopi habet ordinariam juriſdictionem.*

3 *Epiſcopus, & Vicarius, an conſtituant unam perſonam?*

4 *Delegationes, & diſpenſationes directæ Epiſcopo, an exequantur per Vicarium?*

5 *Functiones majores, & Pontificia abſente, vel impedito Epiſcopo ſpectant ad primam Dignitatem, ità defuncto Epiſcopo.*

6 *Juriſdictio Sede Epiſcopali vacante ante deputationem Vicarii Capitularis, ad quem ſpectet?*

7 *An omnia, quæ conveniunt Epiſcopo, Vicario conveniant?*

8 *Vicarius Epiſcopi non ſtat ſyndicatui, & delinquendo, an cognoſcatur à Metropolitano?*

9 *Vicariorum plures ſpecies.*

CAP. LVIII.

1 Vicarii generalis Epiſcopi muneris in ordine hyerarchico non videntur Sacri Canones meminiſſe, dum ea, quæ Epiſcupus per ſe ipſum explicare non puterat, per duos fixos Vicarios explicabat, id munus habentes in dignitatem per Archidiaconum, ſcilicèt temporalia, per Archipresbyterum ſpiritualia, & quia caſus dabat diffidentias inter Epiſcopum, & has dignitates, inolevit conſuetudo aliquorum Epiſcoporum, quæ deindè effecta eſt generalis, quod ſcilicet Epiſcopus apud ſe haberet fiduciarium miniſtrum, qui ejus vice multa ad utramque juriſdictionem ſpectantia explicaret, atque ità poteſtas Archidiaconi, & Archipresbyteri evanuit, & reſtricta eſt ad quædam cœremonialia, adeò ut hodierni imaginem antiquæ dignitatis obtineant, ut *Card. de Luca lib. 15. in prax. relation. Roman. Curiæ diſc. 6. num. 1.*

2 Poſtquam autem Vicarius generalis ab Epiſcopo conſtituitur, juriſdictionem à lege habet *gloſ. in cap. Romana de appell. in 6.* & habet juriſdictionem ordinariam ratione officii, *gloſ. in l. fin. C. de offic. ejus, qui vic. Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 29. n. 7.* quia juriſdictio conceſſa à lege dicitur ordinaria poſt alios, *Pignatell. lib. 3. conſult. 63.*

3 Difficultas eſt: an Epiſcopus, & Vicarius conſtituant unam perſonam? Diſtinguendum eſt inter judicialia, & inter functiones Pontificias, & alias res. Primo caſu eſt idem Tribunal Epiſcopi, & Vicarii, & cenſentur una, & eadem perſona, & non datur appellatio de uno ad alterum, & factum Vicarii Miniſtri dicitur factum Epiſcopi Domini, *gloſ. in cap. 1. de cappell. Monac. in 6. cap. Paſtoralis de offic. ordin.* Et Vicarius coruſcat radiis Epiſcopi in iis, quæ ſibi competunt uti Vicario, ſcilicèt in juriſdictione tantùm. Vicarius etenim aſſociatur Epiſcopo in juriſdictione adminiſtranda, quam ipſe, tàm in præſentia Epiſcopi, quàm in abſentia exercet, *textus* eſt *in cap. in nova diſt. 16. quæſt. 7.*

4 Hæſitari ſulet, utrum delegationes, diſpenſationes, & literæ Apoſtolicæ directæ Epiſcopo poſſint cugnoſci, & exequi per Vicarium generalem? Nuviter affirmativam opinionem firmat acutiſſimus *D. Jo: Baptiſta Mucci in dilucid. 3. in dec. Reg. Sanfelic.* & faciunt tradita per *Sbroz. de offic. Vicar. quæſt. 202. lib. 2.*

Argui poteſt in contrarium, quia demandantur Vicario ea, quæ competunt Epiſcopo jure proprio, & cum jure delegato, ſeù quæ competunt ex juriſdictione ordinaria, non delegata, ut late *Sbroz. d. lib. 2. q. 135.* & ità reminiſcor practicaſſe in Diœceſi Anglonen., & in Archiepiſcopali Curia Sypon-

tina

tina tempore mei Vicariatus, notabilis cæterum eſt doctrina tanti *Authoris in citata deciſ.* 3. ſi Epiſcopus eſſet abſens ex *Ferrett. conſ.* 316. *lib.* 2. qui ità refert practicatum, & ſequitur *Sbroz. d. q.* 135. *n.* 5. Et ità dicendum è contrà in delegatione directa Vicario.

5 Vicarius generalis, quamvis ſubrogatos fuerit in locum Archidiacooi, & Archipresbyteri; Tamen functiones majores, & Pontificales impedito Epiſcopo, vel abſente quoad earum exercitium pertinent ad primam Dignitatem, uti dignius, & principalius membrum Capituli, in præheminentialibus enim Dignitates ſunt de capitulo, & de corpore, & hujus membra, nec poteſt Vicarius ſe ingerere etiam demandante Epiſcopo, ità *Card. de Luca de præheminent. diſc.* 19. Imò paſſim per Sacram Congregationem deciſum fuit, Vicarium Capitularem non poſſe in hujuſmodi functionibus ſe ingerere in præjudicium primæ Dignitatis, ità *De Luca n.*7. Secus ſi adſit conſuetudo in contrarium.

6 Juriſdictio Epiſcopalis habitu competens Capitulo Sede Epiſcopali vacante, utrum in exercitio ſpectet ad Archidiaconum, ſeù primam Digoitatem ante creationem Vicarii Capitularis, quoad proceditur ad deputationem? Aliqui affirmant, ſed contrarium videtur ſentire, *Card. de Luca, ubi ſupra n.*12. niſi adſit coosuetudo in coorrarium.

7 Epiſcopus, ſi habeat vocem io Capitulo in collatione Caoonicatuum ſpectante ex privilegio, vel coosuetudine ad Capitulum, tunc Vicarius generalis non dicitur de Capitulo, neque illi conveniunt ea, quæ convenire poſſuot Epiſcopo, *gloſ. in Clement.* 1. *de ætat. & qualit.* ubi *Card. in §. illis verò, n.*10. *Abb. in proœm. Decretal.* 2. *p. num.* 21. *Caput.* *dec.* 15 3. *n.* 3. *p.* 1. cum aliis per *Rotam dec.* 366. *num.* 28. *par.* 9. *rec. Card. de Luca de beneſic. diſc.* 28. *num.* 15.

Si conſiderentur Epiſcopi qualitates, certè incompatibiles ſunt cum Vicario, quia ille eſt culmen dignitatis, *Archidiac. in cap. licet de præbend. in* 6. Dicitur pater omnium Clericorum, & Superintendens omnia habet jure proprio, authoritate propria omnia faciēdi. At Vicarius nihil habet jure proprio.

8 Vicarius generalis Epiſcopi, quamvis non teneatur ſtare Syndicatui, prout Vicarius Capitularis coram Epiſcopo ſucceſſore, ut *Card. de Luca lib.* 14. *in annotat. ad S. C. Trid. diſc.* 31. *n.* 21. Nihilominus Vicarius Epiſcopi, ſi delinquat dubitari contingit, an cognoſcendus à Metropolitano, vel ab Epiſcopo? Diſtinguendum erit, ſi conniventibus oculis Epiſcopi, & cognoſcit Metropolitanus. Aliter cognoſcet Epiſcopus, late *Ventrigl. de juriſd. Archiep. cap.* 88. ubi refertur deciſum contra Archiepiſcopum Salernitanum pro Epiſcopo Acernenſi.

9 Advertendum eſt, quod non omnes auctoritates, quæ de Vicariis loquuntur, cuicumque Vicario applicandæ ſuot, ſed reflectendum eſt ad earum ſpecies, ut *Card. de Luca de Regular. diſc.* 7. & 17. & alibi dicetur.

ARGUMENTUM.

Vicarii Urbis munus Cardinalitium explicatur qualiter Papam repræſentet, & ſua juriſdictio. An Cardinales in eorum titulis, & Baſilicis ſint exempti. Diſpenſationes, Apoſtolica beneplacita exequuntur Vicarii Urbis, exercent, quæ Epiſcopi in propria Diœceſi, & cum Cardinalibus in eorum titulis, an habeant cumulativam juriſdictionem. Recenſentur, quæ eis committuntur, ut novum examen in appellatione ab irrationabili judicio Ordinariorum in prælectione idonei in beneficiis Curatis, cum aliis circa eorum officium. Quot Vicarios habeat. Extollitur regimen Em. Card. D. Innici Caraccioli Archiepiſc. Neap., præſertim in deputatione Vicarii generalis Rm̃i D. Stephani Menatti.

SUMMARIUM.

1 *Vicarii Urbis munus Cardinalitium explicatur.*
2 *Vicarius Urbis repræſentat Papam tanquam Epiſcopum Urbis, & regit Curiam, ut Ordinarius.*
3 *Cardinales in eorum Baſilicis, an ſint exempti?*
4 *Diſpenſationes, & beneplacita Apoſtolica de Urbe exequuntur.*
5 *Cumulativam habent juriſdictionem cum Epiſcopis, & Cardinalibus in eorum titulis, & Baſilicis Urbis.*
6 *Recenſentur, quæ committuntur dictis Vicariis, ſcilicèt, novum examen, & alia.*
7 *Beneficia non confert, & qualiter participet in proviſione Parochiarum Urbis.*
8 *Habet tres Vicarios hujuſmodi Vicarius.*
9 *Regimen ampliſſimæ Neapolitanæ Metropolis commendatur.*

CAP. LIX.

1 Vicarii Urbis munus licet antiquum ſit, noo tameo Cardioalitium, neque perpetuum prius erat, quoniam alicui Epiſcopo

ſcopo ad nutum amovibili illud committi ſolebat, eo modo, quo hodierna praxis docet in Vicesgerentes. A ſæculo autem citra, & plus in ſtatu Cardinalitii, & perpetui conſtitutum eſt, ipſumque eſt magnæ exiſtimationis, & licet emolumentum ſit inferius, adhuc tamen eſt notabile, & ſuppletur à prærogativa juriſdictionis, quam exercet in Urbe, & Diſtrictu.

2 Siquidem eſt Vicarius generalis Papę, non tanquam Papæ, ſed tanquam Epiſcopi particularis Urbis, vel Ordinarii loci, qui per hunc repræſentatur, regit Curiam Epiſcopalem cum ordinaria Epiſcopali juriſdictione, cum omnibus Clericis, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis non exemptis, & etiam habet delegatam juriſdictionem à Concilio Tridentino, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus cum Eccleſiis, & perſonis exemptis regularibus, vel ſæcularibus in concurrentibus curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, ſivè Eccleſiaſticam Immunitatem, ut de his, & aliis, *Card. de Luca lib.5. de relation. Roman. Cur. diſc. 13.*

3 Cardinales in eorum titulis Cardinalitiis Baſilicarum, licet dubium ſit de jure, an exempti ſint ob præeminentiam Cardinalitiæ dignitatis, & quia quandam ſpeciem territorii ſeparati intellectualis conſtituere videntur. Ex particularibus tamen decretis, vel declarationibus Pontificiis contrarium praxis docet ratione, ſeù occaſione curæ populi, & Cleri ſæcularis in ejus territorio viventis ſibi commiſſi.

4 Apoſtolica beneplacita ſuper alienationibus bonorum Eccleſiarum, diſpenſationes matrimoniales ipſi diriguntur, monitoria pro revelationibus habendis, & ſimilia, & expeditiones, quæ Ordinario loci dirigi ſolent, per eum geruntur, & omnia, quæ quilibet Epiſcopus in ſua Diœceſi in cauſis, in quibus forus Epiſcopalis ſit competens.

5 Et quamvis in Urbe adſint plures Epiſcopatus, præſertim ſex Cardinalitii, & alii. Attamen Vicarius Urbis ordinariam, vel delegatam cumulativam habet cum eis juriſdictionem, adeò ut intret præventio, quaſi quod iſti Epiſcopi non ſint, ſicut alii in propria Diœceſi, ſed tanquam Coadjutores.

6 Occaſione exercendi Epiſcopalem juriſdictionem plura ſibi committuntur etiam cum non ſubditis, præſertim ut faciat Edicta, ſeù præcepta reſidentiæ. Coram eo, ejuſq; Examinatoribus examinantur illi, de quorum idoneitate Dataria vult certificari de collatione beneficiorum Eccleſiaſticorum in forma gratioſa. Sive ubi contingit, quod in concurſibus ad Parochiales juxtà formam Concilii Tridentini per appellantes ab irrationabili judicio Ordinarii fiat provocatio ad novum examen in Curia in proviſione Parochiarum, ut *Dom. Card. de Luca ibid.*

7 Beneficia tamen non confert. Adhuc tamen in beneficiorum proviſione aliquam participationem habet, ubi agitur de Eccleſiis Parochialibus ob concurſum, qui coram eo haberi debet ob prælectionem dignioris, quæ ſibi competit, etſi proviſio fiat per Datariam.

8 Habet item Vicarius hujuſmodi tres alios Vicarios particulares, ut pro cognitione cauſarum civilium, ſub quarum genere veniunt tàm temporales, quàm ſpirituales, & iſte eſt etiam Pręlatus Signaturę, & quandoque etiam in ordine Epiſcopali conſtitutus. Alterum pro cauſis criminalibus, qui ſolet eſſe Togatus, iſtique *Locumtenentes* dicuntur. Alium pro regimine Monialium, qui *Deputatus* dicitur, ut de his, & aliis *Card. de Luca diſc. 13. per tot.*

9 Praxis Archiepiſcopatus Neapolis ſimile docet, quod adſit, ſcilicet, Vicarius particularis Monialium, item Vicarius generalis cognoſcens de omnibus cum voto conſultivo plurium Juriſconſultorum per Archiepiſcopum aſſumptorum, coram quo in ſuo Palatio, ejuſque Vicario cum interventu eorumdem Juriſconſultorum Congregatio haberi ſolet in qualibet hebdomada pro diſcuſſione cauſarum graviorum, cœterorumque negotiorum, in qua Partes, eorumq; Advocati, & Procuratores audiuntur, & ſtylum hujus Archiepiſcopatus, & Mediolanenſis refert *Card. de Luca lib. 15. in tract. Rom. Curiæ diſc. 13. num. 19.*

Stylus Archiepiſcopalis Neap. maximopere emicat in regimine Emi Card. Dom. D. Innici Caraccioli Archiepiſcopi, qui Cathedralis ſuæ Sponſæ amantiſſimus, in ornatu illius totus, & in ſelectione proborum, & literarum in diverſis Congregationibus pro recta juſtitiæ adminiſtratione in Vicarium particularem oculatiſſimũ Dom. D. Orațium Valdacea Canonicum Cathedralis, & in Vicarium Generalem deputavit Rmi Dom. D. Stephanum Menattæ omnibus numeris abſolutum, & perſpicaciſſimum quacumq, dignitate meritiſſimum.

ARGUMENTUM.

Rex, an repræſentet tot perſonas, quot Regna, Principatus, Comitatus, & Ditiones? Acerrima refertur lis agitata cum *deciſionibus Rot. Rom.* an ſub indulto ſuper proviſione Canonicatus Pœnitentiarii in Eccleſiis

Regnorum Hiſpaniæ comprehenderentur Eccleſiæ Cataloniæ? Suadet partem negativam diverſitas titulorum, & legum. In tribus inſtantiis *Rota Romana* ità pluries judicavit. Cõtraria declaratio *Alex.Papæ VII.* Alternativa acceptata per Epiſcopũ duarum Cathedralium ſub nomine unius, an capiat utramque? Adhibetur diſtinctio. Rex ex conceſſione Apoſtolica conferens dignitates Eccleſiaſticas, an repræſentet Papam?

S U M M A R I U M.

1 *Rex, an tot perſonarum vicem ſubſtineat; quot Regna, & dominia poſſidet?*
2 *Diverſitas titulorum affirmativam opinionem ſuadet, juxtà quam decidit* Rota Rom.
3 *Unionibus æquè principaliter factis remanet diſtinctio unitarum.*
4 *Diverſitas legum inter Regna idem arguit.*
5 *Opinio diſtinguens.*
6 *Alternativa acceptata per Epiſcopum ſub nomine unius Cathedralis, an capiat alteram unitam?*
7 *Hiſpania ex communi uſu loquendi, an habeatur pro unico Regno?*
8 *Declaratio* Alex. Papæ VII.
9 *Rex conferendo dignitates Eccleſiaſticas ex conceſſione Apoſtolica, an repræſentet Papam?*
10 *Laico, an Papa facultatem dare poſſit proferendi cenſuras?*
11 *Errores Geographorum.*

C A P. LX.

1 REX, an repræſentet tot perſonas, quot Regna, Principatus, Ducatus, Comitatus, & ditiones poſſidet? Affirmandum videtur, prout ſimiliter de Baronibus dictum eſt, ut repræſentet tot perſonas, quot feuda, *Afflict. dec.324. n.24. Giurb. dec.50. n.5. & in tract. de feud. §.2. gloſ.118. n.21. Salgad. in labyr.cred.p.2. cap.22.n.79. Card.de Luca de feud. diſc. 89. n.23.* & in Rege docent *gloſ. in rubr.ff.de offic. Proconſul. & gloſ. in §.hæc autem, verb.proconſulariam, Auth.ut* Judic. *qui ſuffrag.*

2 Præterea Rex noſter Catholicus diſtinctis titulis poſſidet plures ditiones, ut Hiſpaniæ Regna ſub nomine Regis Hiſpaniarum, Cathaloniam, ſub nomine Principis, Barchinonam, ſub nomine Comitatus. Undè agitata acri controverſia in *Rota Romana*, utrum ſub indulto ſuper proviſione Canonicatus Pœnitentiarij in Eccleſijs Regnorum Hiſpaniæ de collatione illius prævio cõcurſu comprehenderentur Eccleſiæ exiſtentes in Principatu Cathaloniæ, & in Comitatu Barchinonem, introducta cauſa inter proviſum Apoſtolicum, & proviſum à Capitulo ad formam indulti, tres prodierunt in tribus diverſis inſtantijs ſententiæ *Rotales*, ex reſcripto etiam Signaturæ executioni demandatæ, in prima inſtantia coram *Veroſpio* duabus *deciſionibus 4. Decembris 1644. & 9. Junii 1645.* quarum prima eſt impreſſa in *dec.136. p.9. rec.* In ſecunda inſtantia coram *Rojas* præviis etiam duabus *deciſionibus* inter ſuas *dec. 279. & 389.* Et in tertia coram *Celſo* inter ſuas *dec.7.* In quibus firmatur ſub nomine Regnorum Hiſpaniæ non venire iſtos Principatum, & Comitatum.

3 Fundamentum conſtituitur ex ea generalitate, quod iſta dominii pars poſſideatur ſub nomine Principatus, & Comitatus reſpectivè, quodque ſic dominium æque principaliter, non autem acceſſoriè unitum Coronæ Aragoniæ, quæ principaliter unita eſt alteri Coronæ Caſtellæ, & Legionis, & conſequenter, quod vivat cum ſuis legibus, privilegiis, & Conſiliis independenter ab aliis Regnis, & Principatibus ejuſdem Hiſpaniæ, atque non veniat ſub privilegiis, & legibus loquentibus de aliis Regnis. Ubi enim unio, & æquè principalis, res unita retinet eandem naturam, tàm quoad nomen, quàm quoad privilegia, ita ut quodlibet corpus ſtet de per ſe, ac ſi non eſſet facta unio, juxtà *gloſ. & Bar. in l.2. ff. de offic. Præſid.* ubi ità de Rege Angliæ, qui etiam eſt Dux Vaſconiæ, & in hoc Ducatu reputatur tanquam Dux, non tanquam Rex. Simile habetur de Rege Hiſpaniæ reſpectu Comitatus Flandriæ, & Ducatus Mediolani, ut *De Luc. de juriſd. diſc.22. & de benefic. diſc. 29.* & dixi in *Gratian. cap. 279.* ubi aliter de unione accessorie facta, qua res unita amittit ſuum nomen ad inſtar fluminis intrantis in mare. In primo autem caſu in ſimili plures Cathedrales principaliter unitas mortuo Prælato, quælibet eligit ſuum Vicarium Capitularem, *Card.de Luca de præemin.diſc.7.n.6.* ubi ſi duæ Cathedrales, & Diœceſes æquè principaliter ſint unitæ, excepta perſona Epiſcopi, qui eſt utriuſque ſponſus, in reliquis omnibus quælibet retinet ſuum primævum ſtatum, ſuaque jura abſque eo, quod una miſceatur cum altera, perindè ſi eſſent verè, & realiter diſtinctæ ex deductis per *Mandoſ. conſil.27.* ubi agitur de Eccleſiis *Brundiſin. & Vritan.* tunc inſimul unitis *Gratian. diſc. 893. Cavaler. dec. 330. Bichius dec. 108.* Et unio præſumitur potiùs principaliter facta, quam acceſſorie, *Mandoſ.conſ.27.Cavaler.dec.330.*

4 Hinc *Card.de Luca de præemin.diſc.29.* differentiam facit, an Rex incorporet aliquod Regnum Coronæ, an uniat alicui Regno, prout de *Aragonia*, & *Caſtella*, & Corona

Aragoniæ tunc nuncupationem habebat ab eo Regno tanquam antiquiori, ſeù in quo Rex reſidentiam habere conſuevit, & complectatur Regna omninò diverſa *Aragoniæ, Valentiæ, utriuſque Siciliæ ultra, & citra pharum, Sardiniæ, Majoricæ, & Hieruſalem*, necnon *Principatum Cathaloniæ*, in quibus omnibus idem Rex diſcretivè conſideratur, tanquam Princeps diverſus ſub diverſis legibus, & moribus, ac ſub diverſis acquiſitionum titulis, hæc *Card. de Luca d. diſc. 29. n. 14. tit. de præmin.*

Faciunt, quæ tradunt de Cathalonia, & de Civitate Mediolani, & de ejus Statu, *Fontanell. dec. 221. n. 17. & ſeqq.* & *Boſſius in tract. de Princip. & privileg. ejus n. 86.* & diverſitatem legum, & conſuetudinum in Regno Aragoniæ, & Cathaloniæ, & etiam in locis ejuſdem Cathaloniæ, refert idem *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 4. n. 24. & ſeqq.*

5 Diſtinguit *Card. de Luca de benef. d. diſc. 29. n. 13.* Aut agitur de indultis, vel alijs diſpoſitionibus privatis inter ipſa Regna, ſeù inter ipſos Principatus, ità ut pro morum, & legum diverſitate poſſit, vel debeat indultum, aut alia diſpoſitio uni congruere, & alteri non, & tunc diſpoſitiones editæ pro uno Principatu non capiant alterum æquè principaliter unitum, eo quia tractatur de negotio privato, quod uni Regno congruit. Aut indultum, vel alia diſpoſitio principaliter continet intereſſe ipſius Principis in univerſum, qui tamen explicetur ſub intitulatione unius ex pluribus Principatibus, quos poſſidet, ità ut ſubjecta materia non ſuadeat reſtrictionem, & tunc non attenditur intitulatio unius magis, quàm alterius dominii, quæ demonſtrativè, non autem taxativè ſtare dicitur, & diſpoſitio cōvenit omnibus aliis Regnis, ut in ſpecie privilegii conceſſi Regi Hiſpaniarum, quod comprehendat omnia Regna ad Regis Catholici Monarchiam pertinentia etiam in Italia, & Belgio, aliiſque mundi partibus, ut apud *Mantic. dec. 53. Barboſ. in tract. var. de appell. verb. Hiſpania appell. 115. n. 4. & dec. 316. n. 2. & 3. p. 9.* necnon ex doctrina *Vitaliani in Clement. Archiepiſcopo n. 44. de privileg.* ubi appellatione Regum Franciæ veniant etiam aliæ Provinciæ unitæ, vel ſubjectæ, quoties ipſi Regi diſpoſitio directa eſt. Exemplificat *Card. de Luca* in Duce Urbini, & Magno Duce Florentiæ, nam licet Principatus Urbini conſtitutus erat ex diverſis dominiis, quorum ſingula diverſas intitulationes, & diverſos mores habeant, nempe Ducatu Urbini, Principatu Piſauri, Comitatu Montiſfeltri, Vicariatu Eugubino, & Montis Avii cum aliis, quæ omnia per Paulum III. unita fuere ſub expreſſa unione æque principali, tamen non dubitatur, quin indulta illi Duci conceſſa convenirent pro univerſo illo Statu, quāvis ſub nomine Ducis Urbini tantùm explicarentur. Quod etiam congruit Magno Duci Florentiæ pro iis, quæ ſibi conceduntur, quamvis ejus dominatio diverſos comprehendat Principatus, ut præſertim eſt ille Senarum.

6 Undè alternativæ gratiæ acceptata per Epiſcopum duarum Eccleſiarum ſub nomine, ſeù intitulatione unius utramque Diœceſim capit, eo quia quoad Epiſcopū habentur pro unica, quamvis quoad alios effectus inter ſe omninò diverſæ, & diſtinctæ cenſeri debeant, *Card. de Luca diſc. 18. de benefic.*

7 Spectato communi uſu loquendo hodie de facto Hiſpania non habens antiquam diſtinctionem ſub diverſis Regibus, & Principibus habetur pro unico Regno, & unica dominatione, ità explicari ſolita ſub nomine plurium Regnorum ad ſignificandum Statum antiquum, ac præſervanda præjudicia alias ſingulis Regnis, & Principatibus reſultantia, ne unus alterius ſubjectionem prætendere poſſit, ità *Card. de Luca d. diſc. 29. n. 18.* ubi quod quando deputatur Nuncius Apoſtolicus apud Regem Hiſpaniarum non veniunt alia dominia Regis Catholici extra Hiſpaniam, ſed benè univerſa hæc Regio, non diſtinguendo, an una pars habeat nuncupationem Regni, altera verò Principatus, vel reſpective Comitatus, idemque pariter in conceſſione ſubſidii, & ſimilibus, & idem praxis doceat in Regno Galliæ, ità *de Luca diſc. 29. n. 18.* Qui *in lib. de præmin. diſc. 29. num. 15.* circa Hiſpaniam advertit, quod de tempore, quo illa ſub Maurorum ſervitute vivebat, & plures adeſſent Reguli pro dictis Civitatibus, ſeù Provinciis; Attamen quia Reges iſtorum Regnorum per expulſionem Maurorum, & infidelium has partes conquiſierunt, ideò vel per viam additionis, aut reintegrationis primævo ſtatui effectæ ſunt membra iſtorum Regnorum cum dependentia ab eorum Conſiliis. Et ſubjectam materiam, & rationem conceſſionis attendendam exiſtimo.

8 Propterea, quidquid controverſum, & judicatū fuerit in *Rota in dec. 279. 286. & 316.* Contrarium declaravit *Alex. VII.* ſcilicèt, pro compræhenſione Principatus Cathaloniæ, & Canonicatus Barchinon. ſub indulto ſuper proviſione Canonicatus Pœnitentiarii in Eccleſiis Regnorum Hiſpaniæ proſpiciendo in futurum in modo conferendi per concurſum, ut idem *de Luca de benef. diſc. 28. n. 7. & diſc. 29. & de de præmin. diſc. 29. n. 15.* ubi quod ſub indulto loquēte de Regnis Caſtellæ, & Legionis veniebant Regna Hiſpalis, Murtiæ, & Granatæ.

9 Rex

9 Rex ex conceſſione Apoſtolica, ſi habeat facultatem conferendi dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica, ut docet frequens praxis Regno in pluribus beneficiis, & dignitatibus habentibus annexam plenam quaſi Epiſcopalem, & ordinariam juriſdictionem etiam cum territorio ſeparato, ut præſertim eſt Archipresbyter Altamuræ, Prioratus, & Canonicatus Regalis Eccleſiæ S. Nicolai Barenſ. cum ſimilibus, & collatio fit per ſolum Regem, repræſentat ipſum Papam, ideóque à Papa potiùs, quam à Rege iſti Prælati poteſtatem, & juriſdictionem habere dicuntur, *Card. de Luca de benefic. diſc. 9. num.* 12.

10 Laicis poteſt Papa Eccleſiaſticam, & ſpiritualem juriſdictionem ſupra perſonas, ac res Eccleſiaſticas concedere, ut advertunt *Sbroz. de Vicario lib. 1. q. 31. Alter. de cenſur. tom. 1. diſp. 7. lib. 3. cap. 6.* & in ſpecie cenſurarum comminatarum à laicis ob oraculum, ſeù commiſſionem Papæ advertitur per *Rotam die 22. Junii 1657.* coram *Cerro*, ità *De Luc. de benefic. diſc. 9. n.* 10. non tamen præſumitur, niſi clarè cõſter in materia cẽſurarũ.

11 Alia controverſia in *Rota Rom.* pariter agitata fuit, an ſub Indulto Leonis XI. loquentis de Regnis Caſtellæ, & Legionis ſuper forma exigendi decimas ex bonis acquiſitis, & acquirendis per Societatem Jeſu veniret Regnum Navarræ ob unionem, vel eſſet diverſum remanens extra Indultum ſub generalitate privilegiorum exemptivorum, ut penès *Card. de Luca de præemin. diſc. 29. per tot.* Qui *n.* 15. obſervat errores Geographorum, & Chroniſtarum, ſub una, vel altera ex Coronis Caſtellæ, vel Aragoniæ ſituantium Comitatum Flandriæ, Ducatum Mediolani, Portus Æturiæ, & altum dominium Senarum, & Plumbini. Verius enim ait, hæc dominia, & jura Regem habere ex perſona propria, ex diverſis titulis, & conceſſionibus independenter ab utraque Corona ex deductis per eruditum *Borell. in tract. de præmin. Reg. Catholic. cap.* 46.

Hæc circa Reges, & Principes dicta ſint relative ad recenſitos *Authores*, nihil deſuper firmando, neque meum judicium interponendo; Regum enim jura non intra legales privatos cancellos continentur, & proindè in omnibus relinquitur locus veritati, ut in propoſito proteſtatur *Card. de Luca de dote diſc. 146. n.* 16. ubi varias proponit quæſtiones, an dato Regno in dotem, maritus adquirat titulum Regis. Et diſtinguit Regnorum ſpecies.

ARGUMENTUM.

Pater, an poſſit filio pro ſe fidejubenti in terminis *pragm. de Macedon.* conſenſum ſuum præſtare? Et an donanti cauſa mortis ad ſuimet favorem conſentire? Diſtinctio *Montani*, & *Card. de Luca* cum deciſione S.R.C.

SUMMARIUM.

1 *Pater, an filio pro ſe fidejubenti in terminis* pragm. de Macedon. *conſenſum valeat præſtare.*
2 *In ſui beneficium, an quis authorare poſſit?*
3 *Diſtinctio* Montani *cum deciſione.*
4 *Explicatur* dec. 14. Præſ. de Franch.
5 *Opinio* Authoris.
6 *Differentia inter donationem cauſa mortis, & contractus filii.*

CAP. LXI.

1 Pater, an poſſit conſentire ad ſui favorem filio pro ipſo patre fidejubenti in terminis *pragm. de Macedon.* requirentis paternum conſenſum in obligationibus filii?

De jure communi filius obligatur ex omni contractu, præter quàm in mutuo, *l. tàm ex contractibus, ff. de judic. l. præter, §. ſed & filius, ff. de edend.* At per *pragmaticam* omnis contractus prohibetur, niſi in præſentia, & conſenſu patris, vel fuerint emancipati, aut vivant ſeorſum à patre cum uxoribus, & familia. Ergo *d. pragmatica* uti correctoria juris communis eſt reſtringenda, quantò minus fieri poteſt, *Bart. in l. Cæſar. n. 24. ff. de public. & vectigal.* Undè videtur ceſſare *pragmatica* dato conſenſu per patrem contractui, in quo ipſe pater, & filius ſe obligat creditori patris.

Tota difficultas eſt, utrum poſſit pater authorari filio in ſui beneficium? Negandum videtur, quia eſſet trahere occaſionem juris ad iniquum compendium, verba ſunt *gloſ. in l. 1. ff. de author. tut. verb. dandam actionem,* & regula eſt in rem ſuam autorem, quem fieri non poſſe, ut decidit de tutore, *text. in d. l.* 1. ibi: *Sed ſi author fiat, ut filio ſuo quid tradatur, nulla erit authoritas, evidenter enim ſua autoboritate rem acquirit.*

2 Diſſident *Doctores* in hac re. Quia *Alex. & Angel. in l. 1. §. fuit quæſitum, ff. ad Trebell. & alii*, quos citat *Dec. conſ.* 178. tradit, poſſe patrem autorari filio in ſui beneficium, & defendit *Maxill. in conſuet. Barenſ. incip.* Dos à patre *n.* 143. Sed *Montan. contr. 39. n.* 5. animadvertit, quod tunc adſit diſſidium, quando pater directè ſibi autoratur, putà ſi filius donet, vel ſe obliget patri, quia conſideratur fraus in patre autorante. At quando filius fidejubet pro patre, tunc directè obligetur creditori patris, licet in conſequentiam redundaret in beneficium patris, ut in *l. 1. ff. de autor. tut.* ubi ſi tutor Titii habebat debitorem Sempronium, qui inſtituit hæredem dictum pupillum, poterit tutor authorita-

tem præſtare pupillo ad adeundam dictam hæreditatem, quia principaliter in rem ſuam tutor non autoratur, ex qua *l.1.* colligit *Montanus* prohiberi authoritatem præſtari, quando ex contractu autorato quæritur actio ipſi autoranti, ſivè per ſe, ſive per alium ſibi ſubjectum; ſecus ſi actio autoranti non quæratur; licet contractus in conſequentiam proficiat autoranti.

3 Rectiùs diſtinquit idem *Montan. n. 3.* Aut filiusfam. eſt minor, & tunc conſenſus patris ſit in vim autoritatis ad integrandam perſonam filii, & non valeat pater ſibi autorari. Aut filius ſit perfectæ ætatis, & conſenſus non præſumatur requiſitus ad integrandam perſonam illius, nam aliter eſſet fatuitas, id dicere de filio majore habente perfectum judicium, & pater in terminis *pragmaticæ* poſſit conſenſum præſtare filio pro ſe fidejubente, & ità junctis Aulis deciſum refert in fine *d. contr. 39.* addo *Reg. Sanfelic. dec. 190. Manſon. de canſ. exceut. ampl. 10. n. 82. Dom. Præſ. Merlin. cent. 2. contr. 56. & 99.* plene *Marott. diſcept. 26.*

4 Convenit *dec. 14. Præſ. de Franch.* qua judicatum fuit, donationem factam matri ipſa ſibi autorante non valere, dum erat facta prohibitio alienationis à patre filio uſque ad certam ætatem abſque matris conſenſu, ratio poteſt eſſe, quia conſenſus ad integrandam perſonam filii non habentis perfectum judicium requirebatur, & deciſionem amplexantur *Reg. de Marin. lib. 1. var. reſol. 144. Cancer. var. lib. 2. cap. 1. num. 63.*

Beneverum pro nullitate obligationis filiifamilias militant *Reg. Galeot. lib. 2. cōtr. 74. n. 45. Conſ. Staiban. reſol. 70.* copiosè *D. Gizzius in alleg. 107. in lib. 3. Reg. de Marin.*

5 Sed ego à prima opinione non putò recedendum, quam à *Rota Romana* receptam refert *Card. de Luca lib. de dote diſc. 32. n. 13.*

6 Confundenda non tamen erit propoſita quæſtio cum illa, an pater conſenſum præſtare poſſit filio donanti cauſa mortis ipſimet patri conſentienti? Alii enim volunt, conſenſum patris requiri ad integrandam perſonam filii, & pro ſollemnitate potiùs, quam intereſſe, *Clar. in §. donatio, q. 6. n. 6. Anna alleg. 142. Reg. Galeot. lib. 2. contr. 30. Præſ. Merlin. controv. 99. lib. 2.*

In terminis enim contractuum, & *pragmaticæ de Macedoniano* verior, & magis recepta opinio eſt, potiùs pro intereſſe, quam ad integrandam perſonam requiri, ea differentiæ aſſignata ratione, quod donatio cauſa mortis, licet in fieri ſpeciem habeat contractus, attamen in facto eſſe, & in effectu eſt potiùs ultima voluntas, ad quam filiusfamilias generaliter inhabilitatus etiam cum conſenſu paterno, ex legis indulgentia ad illam ſolam ſpeciem habilitatus eſt ſub iſto requiſito conſenſus paterni tanquam qualitate habilitante, ità *Card. de Luca ubi ſup.*

ARGUMENTUM.

Filius habens ſuper aliqua re jura fideicommiſſi Aviti, & ex credito dotis maternæ, & ſic repræſentet duas perſonas, ſi venditioni illius factæ per patrem decoctum conſenſerit poſt mortem matris, an cenſeatur remittere utraque jura? Filius poſſidens bona fideicommiſſi aſcendentis, an pro dote agere poſſit ſuper bonis liberis? Remedium *l. ſi conſtante, ff. ſol. matrim* an competat filio poſt mortem matris? Expenditur *D. Card. de Luca.*

SUMMARIUM.

1 *Remiſſa cenſetur hypotheca ex conſenſu creditoris alienata re per debitorem.*

2 *Filius poſſidens bona fideicommiſſi Aviti, an agere poſſit pro dote matris in bonis liberis?*

3 *Filius repræſentans duas perſonas uti fideicommiſſarius, & heres matris, an ſibi præjudicet uti una perſona?*

4 *Patre vivente, an filius aſſecurationem petat pro dote matris defunctæ?*

5 *Opinio* Authoris.

CAP. LXII.

1 VEndito per Petrum quodam prædio cum conſenſu Joannis ejus filii, ejuſq; pretio diſtributo creditoribus cum cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, ſtante venditoris decoctione poſt ſequutam patris mortem Joannes tanquam creditor anterior ex cauſa dotium matris egit contra emptorem. Hæſitatur, an per conſenſum in venditione præſtitum reſultaverit hypothecæ remiſſio? Dicendum videtur, quod ſic per *textum in l. 2. C. de remiſſ. pignor. l. ſicut, §. ſed ſi permiſeris, ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolvit. Cavaler. dec. 492. num. 1. & dec. 528. num. 3.*

2 Concurrit, quod Joannes filius habet multa bona Avi ex fideicommiſſo per illum ordinario, ad quæ regreſſum habet ex beneficio, *Auth. res quæ, Cod. comm. de legat.* ideóque intrat diſpoſitio *textus* prædicti, & ratione æquitatis teneretur ad bona prædicta agere, & non moleſtare poſteriores creditores in bonis liberis, dum ità omnibus poteſt eſſe conſultum, ex axiomate, *quod tibi non nocet, & mihi prodeſt, faciendum eſt, Amat. conſ. 95. n. 12. Reg. de Marin. lib. 2. reſol. 16. & 58.*

3 Pro Joanne è contrario arguitur, quia ipſe duplicem gerit perſonam. Unam fideicommiſ-

miſſarii ex fideicommiſſo Avi. Alteram creditoris pro reſtitutione dotis matris. Conſenſus intelligitur præſtitus ſpectata ſoluta prima perſona, ut prædium liberè vendi poſſet, quæ perſona eſt omninò diverſa ab altera, quæ non poterat eſſe tunc in ſcena, cum viveret pater, & ad dotes maternas agere non poterat, ideòque conſenſus ex uno titulo præſtitus præjudicium nõ facit quoad jura ex alio titulo competentia ex deductis per *Surd.conſ.365.n.21.Rota dec.235.n.6.p.6. rec.* Et conſenſus per creditorem præſtitus alienationi bonorum debitoris importat remiſſionem hypôthecæ pro eo credito, quod tunc competebat, non pro eo, quod poſtmodum ſupervenit, nec exercibile erat *Caſtrenſ. conſ.375.num.5.lib.1.Præſ.de Francb.deciſ.80. num.24.*

4 Neque turbat, ſtante patris decoctione de tempore conſenſus, poterat agi ex remedio, *l.ſi conſtante, ff.ſol.matrim.* Quia privilegium mulieris pro aſſecuratione dotis pro alimentis ipſius, & filiorum, muliere mortua non tranſit ad filios, *Gratian.diſcept.427. n.15.& 16. Amat. reſ.86.n.9. Card.de Luca de dote diſc.76. num.12.*

5 Cœterum *Signorol.de Homad. in conſ.135.* per totum, firmat contractum, dicens, quod etiam ſi non ſubſit ratio civilis, inſurgit tamen ex æquitate officium Judicis, *Tuſcus lit. D. concluſ. 762. n. 12. Muca dec. 23. n.23. Fontanell.de.pact.nupt.clauſ.7.gloſ.2.p.4.n.76.* dixi in *Spicil.de ceſſ.jur.& act.in collect.n.10.*

ARGUMENTUM:

Excellentiſſimus Prorex in hoc Regno repræſentat perſonam Sereniſſimi noſtri Regis Catholici, dicitur alter Rex, & Vicarius Regis, & gaudet privilegiis, & prærogativis, quibus Supremus Princeps gaudet, & condit leges, an concedat repræſalias, amplicet officia, & ſit major Proconſule?

SUMMARIUM.

1 *Vnus tantum eſt Supremus Princeps.*
2 *Reverentia debita patrono per libertum, an præſtetur tutori patroni?*
3 *Prorex repræſentat perſonam Regis.*
4 *Leges condere poteſt Prorex.*
5 *Prorex dicitur alter Rex.*
6 *Fruitur privilegiis, & prærogativ. Summi Principis.*
7 *An concedat repræſalias?*
8 *Proreges ſunt ſupra omnem dignitatum.*
9 *Poteſt procedere levato velo.*
10 *An ampliare poſſit officia, ſicut & concedere?*

CAP. LXIII.

1 PRorex in Regno, an Regis perſonam repræſentet? Inquiritur. Ratio difficultatis eſt ex *Bald.in cap.quæ ad tranſlationem, n.1.in fin. de offic. Legat.* ubi dixit, quod unus tantum eſt Summus Princeps.

2 Præterea arguitur ex *l.filio quem pater, ff. de liber.& poſth.* ubi reverentia debita patrono per libertum non præſtatur ejus tutori, & ibi colligit *Bald.* quod major honor debetur Epiſcopo, quam ejus Vicario, ſequitur *Freccia lib.3.cap.fin.n.52.& 56.D.Reg.de Ponte dec.15.* Sunt enim quædam jura penes Regem inſeparabilia ab ejus corona, *Alber.in l.2.n.2.C. de offic.ejus, qui vic.alter.* Ratio eſt, ne veritas obumbretur imagine, *l. filio quem pater, ff.de liber. & poſth.* Delegatus Principis non eſt Princeps, *l.etiam eas, C. de appell.* ità pro ratione dubitandi, *Amicangel. in tract.de Regal.quæſt.10.num.2.*

3 Dicendum nihilominùs eſt, quod Prorex in Regno Regis perſonam repræſentat, *cap. ſua, ubi gloſ. cap. de offic.Vicar. cap.fin.93. diſt. l.2.C.de offic.ejus, qui in cap.alter.* probat text. ubi *Alber.in l.1.C.de offic.Vicar.* Vicarius enim poteſt omnia, quæ poterat ille, in cujus locum eſt ſubrogatus, *Paul.de Caſtro in l.2. in fin.ff.de offic.ejus, Præſ.de Franch. dec.165.n.2. D.Reg.Tappia dec.13. n.10.* Et omnibus gaudet prærogativis, & privilegiis, prout ipſe Rex, ità *Lucas de Penna in l.1.circa principium, C.de Caſtrenſien.lib.2.* & in ſumma ſimpliciter conſtituto Vicario, in eum omnia tranſire affirmat *Iſernia in cap. Imperialem, n.13. de probib.feud.alien.* Certum eſt Proregem Regis eſſe Vicarium, *Reg.Sanfelic.dec.221.n.8. Staiban.reſ.14. num.3.*

4 Prædicari de eis illa, quæ de perpetuis Imperatorum Vicariis à *Doctoribus* traduntur, ſcribunt *Maſtrill.cap.6. num.29. Staiban. reſol.14.n.8.* Et quod maximum eſt leges condendi poteſtatem habeat, *Giurb.conſ.crim.12. n.1. & conſ.19. n.45. Reg. Sanfelic. d.dec.221. num. 10.*

5 Ad hæc Proregis perſona in Regno dicitur alter Rex, ut *Reg.de Pont.de poteſt.Proreg. in princ.Maſtrill. de Magiſtrat. lib.5.cap.6.n.1. Borrell.de præſtant.Reg.Cathol.in præfat.n.60. D.Reg. Latr.conſult.47. à n.20. Amicangel. d. q.10.à n.1.D.Reg. de Philipp. diſſert.13.n.34.*

6 Eandemq; poteſtatem habet Prorex, quam Rex haberet, ſi præſens eſſet, juxtà tradita de Legato per *Jo:de Anan.in conſ.94.n.2. Conſil.Arias de Meſa lib.2.var. cap.22.à n 6. Dom. Reg.de Philipp.diſſert. fiſcal.13. verſ.13.& ſeq.* ubi quod fruuntur privilegiis, quibus Supremi Principes gaudent.

Unde idem *Conſil.de Meſa* quærit, an Prorex habeat poteſtatem concedendi repræſalias? Negantem opinionem prius arguit ex

Bart.

Bart.de repræſal.q.3.n.5. ubi docet, ſolos Principes, non eorum Vicarios id jus habere, & ideò Legati repræſalias concedere non poſſunt, *Franc. Marc. dec.767.n.1.lib. Fontanell. de pact.nupt.clauſ.3.gloſ.2.n.23.* Neque etiam Electores Imperii *Sixtinus de Regal.lib.2. cap.1.n.31.Koppen.dec.35.à n.13.lib.1.*

7 Adhuc tamen securè affirmandum eſt, Excellentiſſimum Proregem poſſe oppignarationes concedere, *Franc.Marc.dec.358.n.5.p.2.* Et ſæpiſſimè ab hujus Regni Proregibus conceſſas, refert *Conſil. de Meſa n. 7.* & hanc opinionem probat ex *Riminal. jun. conſ.490. Menoch.conſ.244.ut Meſa n.11.* ubi reſpondet *Bartoli* traditionem non procedere in Regum Vicariis, ſed in aliis inferioribus Miniſtris, & quod Proreges habeant majorem poteſtatum quoad hoc, quam Electores Imperii, & Parlamentum Delphinatus.

8 Proreges ſunt ſuper omnem dignitatum ordinem, & in concernentibus Statum Reipublicæ utroque tempore bellorum, & pacis mandat, & inhibet omnibus Regni Magiſtratibus, *Reg.de Ponte de poteſt. Proreg.tit.de delegat.n.17.Reg.Lanar. conſ.88. n.10. Amicangel. n.10. & à n.1.* Qui tenet contra *Reg. de Pont. ubi ſup.tit.de aſſenſu Reg.§.6.n.2.D.Reg.Sanfelic. dec.62.* volentes dignitatem Proregis comparandam Proconſulis officiis. Et veriùs probat *Amicangel.n.10.* juridicam non eſſe comparationem, ſed tanquam Vicarius, & alter Rex in Regno ſit ſupra omnem ordinem Dignitatum, & tradit idem *de Ponte ubi ſup.§.5.n.33.Maſtrill.lib.5.cap.6.n.24.*

9 Poteſtatem habet Prorex procedendi levato velo, abſq; alio proceſſu, *Præſ.de Franch. dec.455.n.2.* loquens de Prorege Siciliæ de modo procedendi ex abrupto, & utitur plenitudine poteſtatis, *Maſtrill. n.80. Reg. Latro conſult.47.num.20. & ſeqq.*

10 Excitat difficultatem *Amicangel. n.18.* an Prorex poſſit ampliare officia valoris infra ſummam ducatorum ſexcentum, prout poteſt vendere? Et refert practicari collationem per Proreges. An contrarium fusè demonſtrat *Reg. de Philipp.* & ità judicatum refert præviis literis S. Majeſtatis Catholicæ.

ARGUMENTUM.

Baro, ſi poſt emptionem juris adhoæ vendidit feudum, an retineat jus adhoæ, ex eo quod emerit, ut privatus, & alius, & non ut Baro? Similis quæſtio de Barone emente ſubfeudum, an remaneat diſtinctum à Baronia, & in ſolutione relevii non veniant fructus ſubfeudi, ſed adhoa ſolita præſtari? Expenditur diſtinctio *Andreæ*, & *deciſio* relata per *Conſil. Marcianum in conſil. 34.* Caſtro vendito, an veniant functiones fiſcales emptæ prius per venditorem?

SUMMARIUM.

1 *Baro poſt emptionem juris adhoæ, ſi vendat feudum, an iſtud tranſeat immune?*
2 *Baro emens jus adhoæ, an emat, ut alius, vel ut Baro?*
3 *In venditione Caſtri non veniunt particulari titulo quæſita.*
4 *Vendito feudo cum pertinentiis non veniunt, quæ ſeparabiliter accedunt.*
5 *Vendita domo non cenſetur vendita via uti non expreſſa.*
6 *Caſtro vendito non veniunt functiones fiſcales.*
7 *Feudum tranſit cum onere adhoæ.*
8 *Adhoæ jus, & actio pro ea eſt diverſa à feudo.*
9 *Feudum tranſit ad primogenitum, actio pro adhoa empta ad heredes extraneo.*
10 *Res vendita ad emptorem tranſit evento ultimo ſtatu, quo erat penès venditorem.*
11 *Res immunis, an tranſeat immunis ad emptorē?*
12 *Senſus* Authoris.

CAP. LXIV.

1 Baro cum emiſſet jus adhoæ, vendidit deinde feudum nulla exceptione facta, nec reſervatione adhoæ. Quæritur modo an emptor ſolvere teneatur adhoam venditori, ejuſque hæredibus?

Difficultas conſtituitur, quia Baro repræſentat feudum, ut Baro, ſed adhoam emit, ut privatus, prout paſſim emptiones fiunt, & jus adhoæ eſt diſtinctum à Baronia, & quando duo jura in unum deveniunt, cenſentur diſtincta, & nulla fit confuſio, *Surd. dec.110.num.8. & dec.155.num.13. Fontanell. dec.144. n.4.* & ſupra alibi dixi. Ergo dum jus adhoæ eſt diſtinctum à feudo, per venditionem feudi non venit jus adhoæ.

2 Præterea feudatarius repræſentat diverſam perſonam reſpectu adhoæ, ut privatus, & non uti Baro, prout in caſu fortiori, ſi Baro emit a ſuo ſubfeudatario feudum, quod ubi ab ipſo tenebat, penès Baronem ſit ſubfeudum diſtinctum à Baronia, prout erat ante emptionem ſubfeudi, hocque habet, ut quilibet alius, ità *Andr.in cap.1. §.ille tamen, n.11.in fin.de controv.feud.apud par.term.& in cap.1.§.hujus autem generis n.12. circa finem, verſ.vel dicas per ſucceſſionem non ſingulari titulo, ex quib.cauſ. feud. amitt.* in quibus locis *Andreas* diſtinguitur an feudum perveniat ad Dominum ex natura feudi, an verò titulo emptionis, & ſimilis contractus, aut titulo ultimæ voluntatis. Primo caſu quando pervenit ex natura feudi, puta per excaden-

tiam

etiam liberorum, vel ex culpis feudalibus, & eſt reſolutus titulus infeudationis, & tunc repervenit ad dominum directum, ut allodium, vel ſubfeudum ad Dominum utilem, uti corpus Baroniæ, ità *Conſil. Marc. conſ. 34. num. 9.* ex qua diſtinctione refert judicatum, quod dum Baro emerat à ſubfeudatario feudum, quod ab ipſo tenebat, Barone mortuo fructus percepti ex illo ſubfeudo non computabantur inter fructus Baroniæ ad ſolutionem relevii Domino Regi, verum inter fructus computabitur adhoa ſolita præſtari per prius à ſubfeudatario. Aliter in Rege, qui exiſtente Terra in manu ſua conceſſit illam in feudum alicui, deindè reperveniat ad Regem, ut ei apertum, & poſteà det alteri cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, quia tranſit feudum illud cum tota Terra in conceſſionarium, niſi nominatim excipiat feudum illud, quia rediit feudum ex natura ſua, & apertum fuit domino. Sequitur *Andreas*, limitans hoc dictum, ibi: *Fortè ſecus ſi univerſalt, ut ſi inſtituiſſet haredem Fiſcum, vel Regem ille conceſſionarius: tunc feudo ſi reperveniente ad Regem, ſi donabit Terram cum pertinentiis, videtur retinere illud feudum*, & deciſionem relatam per *Conſil. Marcianum* recenſent *Montan. contr. 20. n. 1. & D. Reg. Latro deciſ. 77. num. 10.*

3 Ulterius, quia in conceſſione Caſtri, cum quibuſvis ampliſſimis clauſulis non veniunt niſi ea, quæ pertinent ipſi Caſtro, non ea, quę ſunt titulo particulari quęſita, ut ex pluribus latiſſimè hoc fundant *Reg. de Pont. conſ. 63. Anna conſ. 100. & de Georg. alleg. 50.* qui omnes in unà, eademque cauſa ſcripſerunt pro Sereniſſima Regina Poloniæ, & licet judicatum fit contra conſilia prædicta, tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia junctis Tribunalibus S. R. Conſilii, & R. Cameræ. Attamen deciſio proceſſit, quia multa fuerunt in facto probata in beneficium legatarii, & quia ederant verba ampliſſima in legato, ibi: *Eo modo, & forma, prout dicta teſtatrix eos tenuit, & poſſedit quomodocumque, & qualitercumque.*

4 Ad hæc vendito feudo cum ejus pertinentiis, & integro ſtatu non venit, niſi quod rei venditæ inſeparabiliter accedit, non autem id, quod penitus eſt alterius naturæ, *Innoc. in cap. ex literis de jure patr. & in cap. cum ad Sedem de reſtit. ſpoliat.* At Baro jus adhoæ non eodem jure cum feudo poſſidebat, ſed diverſo. Imò quod non dum ubi conſtat de diverſo titulo, ſed etiam ubi non conſtat, quod emptori incumbit probatio, non eſſe diverſo titulo quæſita, qui ſe fundat in univerſitate, *Vulteyus de feud. lib. 115. n. 4. in fin. Reg. Latr. dec. 37. num. 16.*

5 Maxime procedit in contractibus, in quibus non veniunt niſi ea, quæ in contractu expreſſa ſunt, hinc vendita domo, vel agro non intelligitur vendita via, quamvis illa res vendita eſſet inutilis, *Bart. in l. binas, ff. de ſervitut. verb. præd.* Et quando acceſſorium poteſt eſſe ſeparatum, non ſequitur rem venditam, *Roman. in l. poſſideri, n. 8. ff. de acquir. poſſ.* Etiam ſi venditio ſit facta cum juribus, & pertinentiis, quia conveniunt niſi ea, quæ ſecundum naturam ipſius rei comprehenduntur ſecundùm *Innoc. ubi ſup.*

6 Inſuper facit diſtinctio *Aret. in l. 3. ff. de acqu. poſſ.* quem ſequenti fuere *Soc. jun. conſil. 160. n. 32. lib. 2. Gabriel comm. concluſ. lib. 6. concl. 10. de verb. ſignif. n. 8.* qui diſtinxerunt, quod quando eodem jure dominus rem poſſedit, cenſetur conceſſa, ſeù vendita, quando verò diverſo, non cenſetur vendita, *Reg. Latro d. dec. 37. n. 27.* ubi reſpondet ad deciſionem S. C. relatam per *Annam in alleg. 29. in fin.* quod ibi fuit deciſum, venire functiones fiſcales in vēdition: Caſtri, quia erant eodem jure conceſſæ cum Caſtro, imò liquidatæ loco introituum Baronialium, ut refert idem *Anna.* Quod ſecus viſum fuit in alio caſu in *d. alleg. 36.* ubi contrarium fuit deciſum. Undè ità fuiſſet deciſum, teſtatur *Reg. Latro* in caſu *in cit. dec. 37.* controverſo de Caſtro vendito cum omnibus bonis feudalibus, & burgenſaticis non venire functiones fiſcales particulari titulo quæſitas, & notat *Gizz. ibi in obſ.* quidquid oſtendere conetur *Moccia in ſylv. caſ. forenſ. cap. 18. cum tribus ſeqq.*

7 Accedit, quod conceſſio, ſive venditio feudi habet annexum onus adhoæ, ut *Reg. de Philipp. diſſert. fiſcal. 32. n. 70. Conſil. de Roſa conſul. 12. n. 71. Reg. Galeot. lib. 1. in addit. ad contr. 53. art. 3. à a. 51.* & hoc jure vivimus in Regno, & omnes venditiones contrahuntur cum onere adhoæ.

8 Comprobantur omnia ſupra tradita, nam jus adhoæ eſt diverſæ naturæ à feudo, quia feudum tranſit ad deſcendentes ſervato ordine primogenituræ in feudis jure Francorum, ſed jus adhoæ tranſit ad hęredes extraneos, prout burgenſatica, præſertim attenta gratia. Et in venditione feudi non veniunt burgenſatica, *Innoc. in cap. ex literis de jure patr. & in cap. cum ad Sedem de reſtit. ſpoliat. Andr. in cap. ſi verò, §. hereditatem, n. 12. de pace tenend. Georg. allegat. 50. Reg. de Marin. ad Rever. dec. 172. n. 5.* etiam alienato feudo cum juribus ſuis ex citatis authoritatibus. Et *Camer. in cap. Imperialem lit. Q.* poſſe, ait, conſiſtere pignus in re propria, ſi dominium fuerit juris diverſi, veluti utile, & directum, nam utile dominio appignorari poteſt.

9 Certius quià ſi feudum tranſiviſſet à feudatario in ſuum primogenitum, & in allodialibus forent inſtituti alii filii, vel extranei, actio pro adhoa ſpectaſſet quoque ad hære-

des

des extraneo, proùt ſi gravatus melioraſſet rem fideicommiſſariam, vel de proprio ſolviſſet debitum fideicommittentis, nam in reſtitutione fideicommiſſi deducuntur meliorationes, & credita, *Peregr. de fideicom. art.41. num.20.*

10 E' contrariò pro emptore ediſſeritur, quod venditor jus adhoæ non excepit à venditione feudi, quando à tali onere illud liberaverat per emptionem juris adhoæ. Conſequenter liberum cenſetur tranſtuliſſe, proùt rem liberam tenetur venditor tradere, *l. eleganter, §. non ſolum, ff. de dolo, Giurb. dec.113. Reg. de Marin. ad Revert. dec.196. Surd. dec.213. & ibi Hodiern.*

Neque venditor ſe tueri poteſt, quod feuda ſint affecta onere adhoæ. Quia id ſimpliciter negatur, cum multa ſint in Regno abſq; hoc onere, ut *Pratus diſc.23. & 24. tom.4. & in alleg.113. lib.3. reſ. Reg. de Marin.* Onuſque conſuetum ſi eſſe, & abeſſe poſſit, declarandum eſt emptori, *l. ſi ſterilis, §. ſi fundus, ff. de act. emp.* Quatenùs de adhoa agitur, totum pendet ab inveſtitura, & conceſſione, Noſtrateſque opinantur non deberi, niſi in conceſſione exprimatur, & ex citato *Reg. de Ponte conſ. 33. & 96. lib.1. Afflict. dec.361. n.34. Camill. de Medic. conſ.6. n.32. Amat. conſ.12. n.29. Theod. alleg.81. n.7. Reg. Revert. dec.399.* & ibi *Reg. de Marin.* Ubi tunc taxantur feuda, quando ſub contingenti ſervitio conceduntur, addo *Giurb. de ſucceſſ. feud. prælud.2. n.42.* Certe in caſu, quo venditor obſtrictus non erat tali oneri. Difficultas enim militat, quãdo ille erat obſtrictus, an tunc onus transferatur ad emptorem ſine expreſſione illius, ut *Camerar. in cap. Imperialem, lit. S. pag.75. verſ. dubium ergo erit.*

11 Ulteriùs venditor aliquid ſibi remanſiſſe, dicens, claré verba ſuæ legis proferre debet, & ſemper interpretatio ſumitur contra ipſum, *l. veteribus, ff. de pact. l. Labeo, ff. de contrah. emption.* Viceverſa res præſumitur ità vendita, proùt erat venditionis tempore penes emptorem, *l. ſi voluntate, §. fin. C. de reſcind. vendit. cap. cum venerabilis de except. l. Ædiles, §. vendendi, ff. de ædil. edict. Ciriac. contr.311. n.9.* tàm ſi res vendita fuerit feudalis, quam burgenſatica, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.8. §.6. n.17. Montan. contr.20. n.8. Reg. Latro conſult.65. n.31.41. & ſeqq. Reg. Rovit. conſ.1. lib.2. n.19. Pratus tom.3. diſc.32. n.18. Textus eſt in l. Pomponius, ff. de contrah. empt.* Nec proprie alienat, qui aliquid ſibi retinet, *l. idem, §.1. ff. de hær. inſtit. ff. pupillus, §. fin. ff. de contrah. empt.*

Rurſus quia dum feudum erat immune penes venditorem, & feudum erat perpetuò liberum, perſonis mutatis, immunitas quoque tranſit cum ipſa re, *Olea de ceſſ. jur. tit.6. q.3. n.2. Reg. de Marin. lib.1. reſ.169. Noguerol. alleg.38. n.8. Textus eſt in l.4. §. quamquam, ff. de cenſib.* ibi: *Rebus conceſſam immunitatem non debere intercidere reſcripto Imperatoris noſtri ad Peliginiaunm rectè expreſſum eſt, quippè perſonis quidem data immunitate, cum perſona extinguitur, rebus, nunquam extinguitur,* additur *text. in l.1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æſt.*

Clarius, quia empto jure adhoæ extrincta dicitur illa ſervitus feudi, ità ut in futurum nullum onus in re propria conſiſtere poſſit, *l. uti frui, ff. ſi uſufr. pet. l. ſi unus, ff. de ſervit. ruſt. præd. l. neque pignus, ff. de reg. jur.* Nemò enim ſibi ipſi ſervitutem debet. Quinimò etſi debita fuiſſet ſervitus, deindè dominium rei ſervientis perveniſſet, extincta dicitur ſervitus, confuſa, & ſublata, ità ut ſi denuò vendere velit, nominatim imponenda ſervitus eſt, alioquin liberé venit, *l. ſi quis ædes, ff. de ſervis. urb. præd. l. tria prædia, ff. de ſervit. ruſt. præd.* Conſonant adducta per *Cancer. p.3. var. cap.4. à n.202.* ubi ſi res emphiteutica ad dominum directum revertatur, ſi denuò alteri concedatur nullo reſervato canone, ad conceſſionarium libere tranſit, dum ad priſtinam libertatem redierat.

Convenit, quod actio, & paſſio non poteſt eſſe in eodem ſubjecto. Melius quia debitori ſolventi nulla poteſt fieri ceſſio actionum, & ceſſio reſolvitur in extinctionem, *l. Senatus, §. fin. ff. de leg.1. Bald. in l.1. n.41. C. de act. & obligat.*

12 Difficilis equidem videtur caſus propoſiti reſolutio, dum adhoa eſt onus intrinſecum feudi ob actionem realem pro ea competentem, *Præſ. de Franch. decis. 362. Staiban. reſol.195. n.29. & in obſ. n.8. Reg. de Marin. lib.2. reſol.21. n.24.* Undè vendito feudo cenſetur facta ceſſio cum illo onere intrinſeco adhoæ cum agatur de venditione feudi. Sed e contrà dum vendens extinxerat illam adhoam. Conſequenter vane videtur prætendi jus illam exigendi contra emptorem, dum adhoa penitùs extincta fuit, & liberato feudo ab onere, libere tranſiit in emptorem, cum abſurdum ſit dicere, quod feudum poſt extinctionem oneris illius adhoæ, & res ipſius vendentis ſibi vendenti ſervierit, *l. in re communi, ff. de præd. Textus eſt in l. ſi quis ædes, ff. de ſervit. urb. præd.* & ſi rurſus vendere vult nominatim imponenda ſervitus eſt, alioquin libere veneunt eſt optima *deciſio Reg. Rovit. 98.* ubi diſputans, an ſi ſervitus debita prædio vicino perveniat ad unum, eundemq; Dominum prædii ſervientis, & dominantis extinguatur, & qualiter reviviſcat facta alienatione in alium prædii ſervientis, & ex citata *l. Si quis ædes,* reſolvit eam extingui abſq; aliqua ſpe, niſi non pateret aditus ad alte-

rum

Digitized by Google

rum fundum, præterquam per antea ſervientem, & ſic fuiſſe deciſum refert.

Alia vide in *Cap. ſeq.*

ARGUMENTUM.

Feudatarius juris adhoæ ſuper quodam feudo, emens deindè jus adhoæ adhoæ ſuper adhoa infeudata debitæ, an cenſeatur emiſſe uti alius, ità ut demum vendendo feudum, cenſeatur reſervaſſe illud jus adhoæ adhoæ emptum? *Montanus* ſalvat diſtinctionem *Andreæ* uti dubitativè loquentis, & refellit diſtinctionem. Expenditur deciſio relata per *Conſil. Marcianum in conſil.* 34. Senſus *Authoris*.

SUMMARIUM.

1 *Fendatarius juris adhoa emens jus adhoæ adhoæ vendens poſteà feudum, an transferat jus emptum.*

2 *Opinio* Andreæ *diſtinguens.*

3 *Dubitativè loquitur* Andreas.

4 *Feudum apertum Domino, vel alio titulo reverſum diſtinguitur.*

5 *Deciſio relata per* Conſil. Marcianum in conſ. 34. *diſcutitur.*

6 *Opinio* Authoris.

CAP. LXV.

1 Feudatarius juris adhoæ ſuper quodam feudo, ſi emerit deindè jus adhoæ debitæ ſuper adoha infeudata, & demum ceſſerit, feudum adhoæ ſuo creditori per dationem inſolutum ſine reſervatione adhoæ adhoæ, an cenſeatur exceptum jus illud emptum à Regia Curia uti diſtinctum à feudo adhoæ, & ceſſo, & diverſæ naturæ.

2 Punctus conſiſtit, an ſit vera diſtinctio *Andreæ in cap.1. §.ille tamen, n.11. de controv. feud. apud par. term.* ſcilicet, an feudum perveniat ad dominum ex natura feudi, vel titulo particulari, aut univerſali, ut hoc ſecundo caſu ſit jus diſtinctum à Baronia, ex quo inferatur, quod non comprehendatur in venditione, aut ceſſione feudi. Secus in primo caſu.

3 Diſtinctionem *Andreæ* expendens *Montan. in controv.20.n.3.* advertit, quod *Andreas* non perſiſtit in diſtinctione prædicta, ſed loquitur dubitativè, illis verbis: *Fortè ſecus ſi univerſali, ut ſi inſtituiſſet hæredem Fiſcum, vel Regem*, & verbum videtur dubium, non opinionem conſtituit.

4 Indiſtinctè pariter verius eſt, quod ſivè feudum aperiatur domino, ſivè feudatarius inſtituat hæredem dominum, ſemper deſinat eſſe feudum, nec redeat ad dominum cum illo onere, quia res ſua non poteſt ſibi debere aliquod onus, vel ſervitium, *l. in re, ff. de ſerv. urb. præd.* & redit ad dominum jure priſtino, ſicut erat antequam conditionem rei imponeret *l. Attilicinus, ff. de ſerv. ruſtic. præd.* Undè idem *Andr. in Add.* ponens regulam generalem, dicit: *Per præmiſſa patet, quod ſi feudum redeat ad Regem, donec eſt in manu Regis non dicitur feudum, quod communiter deſignat ſervitium, quia res ſua nemini ſervit.* Hoc argumentum ità convincit, quando feudum redit ad Dominum ex natura feudi, ſicut quando redit ex contractu emptionis, vel dominus fuit inſtitutus hæres à feudatario. Quia ſi eſſet penès dominum, ut feudum, dominus repræſentando feudum deberet ſervire ſibi ipſi, idque repugnat regulæ, *d. l. in re.* Et ſi eſſet ità diſtinctum dominium, prout erat penès feudatarium, ide mdominus repræſentando perſonam feudatarij cum illo dominio utili, ratione cujus ſerviret ſibi ipſi directo domino, eſſet contradictio, & repugnantia in eodem ſubjecto. Hinc *Andr. in Conſtit. ſi dubitationem*, ponit regulam generalem, quod ſi feudum perveniat ad Regem, donec illud eſt in manu Regis non dicitur feudum, & propterea ſi deindè concedat rem illam, & non dicitur in feudum, liberè datur, & *Afflict. in prælud. Conſtitutionum Regni q.25.n.6.* affirmat, feudum penès Regem deſinere eſſe feudum. Quo fit, ut ſi Rex, ad quem reverſa eſt Baronia, concedat res, quæ erant ſub Baronia, intelligatur in dubio concedere ut Baro, non benè dicitur per *Andream* ità *Montan. d. controv. 20. num. 9.*

Confirmatur, quia uſusfructus conſolidatur cum proprietate quocumque titulo à proprietario acquiſitus, ſive ſingulari, ſive alio, *§.item finitur; Inſtit. de uſufr. l. ſi tibi fundi, l. ſi ſervus, l. Pomponius, ff. quib. mod. uſufr. amitt.*

Similiter debitum extinguitur ſuccedente creditore debitori, *l. Uranius, C. de fidejuſſ.* Precarium deſinit prædio conducto, *l. ſi quis ante, ff. de adquir. poſſeſſ.*

Utile dominium ſivè ſingulari titulo, ſivè voluntate feudatarii ad dominum directum perveniat, plenum, & unicum fit, *l. ſi domus, §. fin. l. ſi tibi homo, §. fin. ff. de leg. 1.*

Opinio *Andreæ* ſubſtinetur, ut ſi Rex inſtituatur hæres à Barone, tunc reſpectu creditorum Baronis Rex dicitur poſſidere ut Baro, *Reg. Latro d. dec. 67. n. 11. Reg. de Marin. lib. 2. reſol. 30. num. 4.*

Rex ſi feudum emptum ut Baro poſſideret repræſentando ſuum authorem, prout emptor repræſentat perſonam venditoris authoris ſui, ut *Barboſ. in l. poſt dotem, n. 58. ff. ſol. matr. Cencius de cenſib. quæſt. 104. n. 91. &*

q.108.n.21.Carleval.de judic.t.2.lib.1.diſp.26. n.1. Merlin. dec.466.n.2. Et contrà ſicuti poſterior priorem feudatarium repræſentaret, ità Rex ſeipſum, à quo prior feudatarius obtinuit, quo nil abſurdius.

Feudum penès Regem deſinit eſſe feudum, ſivè ex defectu inveſtituræ, qua ipſe nequit diei inveſtitus, cum debeat eſſe differentia inter inveſtitum, & inveſtientem, *cap. fin. de inſtit.* Sivè defectu fidelitatis, quæ ſervilis eſt, utporè Superiori præſtanda, *cap. cum Clerici de verb. ſignif. cap. dilecti de major. & obed.* nec ſervitus ſit ad ſeipſum, & feudum ſine fidelitate non eſt feudum, nec repræſentatio locum habet, ſi repræſentato non conveniat, *l. fin. C. de natur. liber.* undè Rex non poteſt repræſentare feudatarium in feudo à ſe conceſſo.

5 Hinc ſuccedit videndum, an ſubſiſtat, quod exiſtimat *Conſil. Marcian. d. conſil. 34. n. 9.* de Barone, ut ſi inſtituatur hæres à ſubfeudatario, vel per contractum adquirat ſubfeudum, tunc remaneat diſtinctum ſubfeudum à Baronia, illudq; habeat ut quilibet alius, utrum ut Baro. Contra dictam opinionem videtur ſentire *Freccia de ſubfeud. aut. 3. n. 27. verſ. quarto ſi poſt mortem feudatarii*, ubi docet ſubfeudo pervento ad Baronem, quod illud non ſit amplius ſubfeudum, & ſi hoc tempore moriatur Baro, fructus obventi ex illa re, dicantur fructus obventi ex Baronia, & proindè computari debeant in liquidatione relevii Baronis. Imò *Freccia loc. cit.* videtur opinionis, quod ſi Baro vult vendere dictum ſubfeudum, debet obtinere aſſenſum Regis, & poſſet eſſe ratio, quia eſſet diſmembratio à Baronia. Quod *Montan. ubi ſup. n. 11.* non audet affirmare, dum Conſtitutio Regni *Conſtit. Divæ memoriæ* permittit Baronibus locare excadentias ad conſuetum ſervitium, quod cogitandum relinquitur.

6 Accedentibus in ceſſione ſolitis clauſulis, *cum omnibus juribus, & cum integro ſtatu*, probabilior videtur opinio pro ceſſionario adhoæ; nam prima clauſula eſt univerſalis, nihil excipiens, ſed omnium jurium tranſlativa, *Olea tit. 4. q. 7. n. 5. & 6. Amat. conſ. 97. n. 77. Reg. Latr. conſult. 2. n. 10. & 66. Reg. Revert. dec. 6.* Altera clauſula importat tranſlationem omnium incrementorum, & ſtatus rei libertatem, cum integer tunc ſit, quando eſt liber, & diminutionem negat, *cap. integritas 32. q. 1. Peregr. de fideicomm. art. 3. n. 90. Præſ. Merlin. controv. 29. n. 24. cent. 1.* ut in puncto poſt *Camill. de Medic. Epiſc. Afflict. in addit. ad contr. 47. num. 34.*

Infeudata adhoa Policori per Dominum Regem in perſonam Ill. Principis D. Aloyſii Sanſeverini Magnatis integritate, & ſcientia celeberrimi. Cum is adhoam adhoæ deindè emiſſet, & demum juris adhoæ feudum ceſſiſſet Venerabili Collegio S. Ignatii Societatis Jeſu non excepta adhoa adhoæ. In poſſeſſorio obtinuit Collegium, cujus partes viriliter defendit Advocatus *D. Antonius Ruggius* juvenis equidem ingenioſus, qui pleno calamo deſuper ſcripſit. At pendet relatio.

ARGUMENTUM.

Hæres cum inventario ſe obligans proprio nomine, & bona ſua repræſentans duplicem perſonam, an juvetur beneficio inventarii? Reſolvitur articulus pro hærede, & ampliationes, & limitationes, ac conjecturæ recenſentur ad ornatum *deciſ. 648. Præſ. de Franch. & dec. 37. D. Reg. Latro.*

SUMMARIUM.

1 *HÆres cum inventario ſe obligans & propria bona, & proprio nomine, an juvetur inventario?*

2 *Quid ſi renunciet omni legum auxilio, vel obtineat dilationem ſolutionis.*

3 *Hæres non gaudet inventario, ſi reportet relaxationem partis debiti, & creditor noluit novare.*

4 *Verba æquipollentia, & conjecturæ pro renunciatione beneficii inventarii adducuntur.*

5 *Cauſa dotis, an excludat beneficium inventarii ad ornatum* dec. 37. Dom. Reg. Latro.

CAP. LXVI.

1 HÆres cum beneficio inventarii promittens ſolvere debita hæreditaria ſub obligatione ſuorum bonorum, & perſonæ duplicem perſonam repræſentans, an poſſit juvari beneficio inventarii? Negant *Gratian. diſcept. 268. & 646. Rot. poſt Merlin. de pign. deciſ. 93. n. 3.* ubi alia recenſentur *Reg. Latr. conſult. 31. Reg. Rovit. in pragm. Odiliſtium num. 16.*

Contrarium tenent *Calvin. de equit. cap. 55. n. 8. Reg. Sanfelic. dec. 212.* & deciſum junctis quatuor aulis teſtatur *Præſident. de Franch. dec. 648. Fontanell. dec. 491. Reg. Latr. dec. 115.* Quia obligatio ſuorum bonorum, & perſonæ non eſt incompatibilis cum beneficio inventarii; quando ſcilicet facta diſcuſſione bonorum inventarii appareret eſſe bona hæreditaria; ut tunc exequendum ſit ſuper bonis promittentis. Aliter ſi bona non adeſſent *Reg. de Marin. lib. 2. reſolut. 233. n. 23. Ciroc. diſcept. 11. num. 28.*

2 Extenditur etiam ſi hæres beneficiatus renunciaverit omni juris, & legum auxilio, ut *Reg. Latr. dec. 115. Rot. poſt Pacifſit. de Salvian. dec. 138. n. 10. Card. de Luca de dote*

di-

Digitized by Google

diſcurſ.28. expreſsè enim debet renunciari d.beneficio, & promitti ſolvere ultra vires.

Ampliatur, ſi obligatio hæredis contineret proprium commodum, puta dilationem, nam quoties contigit hæredem beneficiatum obligari, ſolet concedi dilatio, alias hæredis obligatio non ſequeretur, ità *Fontanell. in dec.* 41. *n.* 20. Quidquid in contrarium arguatur ex *dec.* 445. *par.*5. *rec. n.*2. & ſcripſi in *Gratian.cap.*264.

3 Limitatur ſi hæres tranſigeret, & obtineret relaxationem alicujus quantitatis, ità *Fontanell.ubi ſupra n.*1.*ex Fabr. definit.*2.*C.de tranſact. Surd. dec.*183. alias eſſet magna deceptio opponere iterum defectum bonorum, dum mens tranſigentium eſt lites amputare, ità *Ego* in *Gratian.n.*9.*&* 10.ubi idem firmavi ſi creditores ſibi ipſi conſuluere de reſervatione ſuorum primorum jurium, ut de proteſtatione non novandi, quia hæc cautela prodeſt in defectum ſolutionis quantitatis tranſactæ.

4 Si hæres beneficiatus promiſit conſervare indemnem creditorem, vel legatarium, aut per alia verba æquipollentia, vel per conjecturas conſtare poſſit de mente hæredis, quod voluerit ſolvere debita hæreditaria de proprio, tunc non juvatur inventario, latè *Rot.dec.*58.*par.*11.*recent. n.*6.*&ſeqq.*ubi poſt alia ità loquitur: *Et ulterius pro majori ſatisfactione ſponte promiſit, quod in eventum, in quem ipſe hæres obiret, voluit, juſſit, & mandavit, quod ſui hæredes teneantur reſtituere dotem liberè, & abſque ulla diminutione, & ſine aliqua exceptione ſtatim de bonis tamen hæreditariis ipſius, quia ſic placet de rebus ſuis diſponere*, & aliàs deciſiones conformes refert *de Luca de dot. d. diſcurſ.*28.*n.*9.*& de hæred. diſcurſ.*8.*num.*14.

5 Cauſa dotis, an ſit comprehenſa in deciſione quattuor aularum, ità ut contra mulierem non competat beneficium diſcuſſionis inventarii ad favorem hæredis cum inventario, qui ſe obligavit proprio nomine, & inſolidum? Dic competere ut *Reg. Latr. deciſ.*38.ubi contra fratrem adducebatur, quod ipſe non ſe obligaverat uti hæres, ſed in aſſertivis enunciaverat ſe hæredem patris, ideóque cenſebatur ſe obligaſſe proprio nomine, ex *Phanucc.de invent.q.*243.*n.*113.

Ulterius quia ſi ſcienter dotaverat frater ultra vires patrimonii, cenſebatur donaſſe, & de proprio ſe obligaſſe ex *Soccin. in l.* 1. *n.*36.*ff.ſol.matrim.Ruin.conſ.*200.*lib.*1.*n.*4.

Et punctus videtur decidi per *text.in l.cum poſt mortem, ff.de admin.tutel.*Tutor, Curator, vel alius, qui bona mulieris adminiſtrabat, promittendo dotem ultra vires patrimonii mulieris, quando habet certitudinem de illius viribus, & hoc non obſtante dotem ultra vires promiſit, tenetur de proprio, per quem *textum* ità deciſum refert *Fontanell. de pact.nupt.clauſ.*5.*gl.*7.*n.*21.*cum ſeqq.*

Ad hæc quod licet à principio frater ſe obligaſſet hæreditario nomine, tamen deindè novata fuerit obligatio per inſtrumentum mutui, in quo ſimpliciter ſe obligavit non aſſerendo ſe hæredem patris.

Quibus replicabatur pro parte fratris, & quoad primam objectionem, quod qualitas hæreditaria à principio contractus expreſſa, cenſebatur repetita in diſpoſitivis, ex notatis per *Præſ. de Franch. dec.* 213. *n.*56. *Anna conſ.*52.*num.*13.

Ad ſecundam, quod *Soc.*, *Ruin.*, *& alii* loquuntur in terminis, quando pater cenſebatur dotaſſe de bonis ſuis, vel filiæ, attenta diſpoſitione *text. in l.fin. C.de dot. promiſſ.* Et quando frater dotat, non præſumitur donare, ſed dare pro portione ſororis, dum eſt hæres patris. Certiùs non procedit, cum frater, vel alius probabiliter putet ſufficere, *Boſſius de dot.cap.*3.*n.*108.*Cyriac.contr.*110.

Ad tertiam objectionem replicabatur, quod inſtrumentum mutui non ſit animo novandi, ſed ad finem, ut maritus habeat liquidam actionem, dum capitula matrimonialia ſunt pactionata, & ultro, citroque obligatoria, & ex conſuetudine regionis ſolet practicari pro quadam cautela, ut ità inſtrumentum poſſit liquidari ad formam ritus M.C.

Ex quibus contra mulierem deciſum tradit *Reg. Latro in d.dec.*38.& deciſionem comprobat *Card. de Luca lib. de dote diſc.*28.*n.*11.

Claram demonſtrationem contrahendi proprio, & particulari nomine tradit *Card. de Luca n.* 12. ſi frater dotans ceſſionem jurium ſorori competentium adverſus paternam hæreditatem non extinctivè, ſed tranſlativè ad commodum proprium reportaret, cum actio, & paſſio non poſſit eſſe in eodem ſubjecto, neq, dicatur quis creditor ſui ipſius, idcircò quando ſolvitur debitum hæreditarium, & de bonis ejuſdem hæreditatis incongrua eſt ceſſio translativa, cum ſolum congruat extinctiva vim habens quietantię, *Ludoviſ.dec.*68.& ibi *Beltram.Buratt.dec.*75.

Alia ſuper hac materia ſcripſi in *obſerv.*648. *de Franch.& in cap.*264. *Gratian.*

ARGUMENTUM.

Filiusfamilias habens bona caſtrenſia, vel quaſi, & adventitia, an duas perſonas repræſentat, ex decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, & ceſſet jus accreſcendi? Quid ſi deinde fiat ſui juris.

SUMMARIUM.

1 *Filiusfamilias habens peculium caſtrenſe, vel quaſi de eo teſtando, an ſit duplex formalis perſona.*

2 *Filiusfamilias, ut ſupra teſtando, decedit pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

3 *Quid ſi ante obitum fiat ſui juris?*

CAP. LXVII.

1 Filiusfamilias habens peculium adventitium, & caſtrenſe, vel quaſi duas perſonas, an repræſentet teſtando? Affirma, nam ſi teſtatus eſt de caſtrenſe, vel quaſi, licet habeat bona adventitia, non tamen ea accreſcent hæredibus inſtitutis, ſed modo advenientes ab inteſtato pertinebunt, ſi modo conſtitutus in poteſtate patris deceſſerit, ità *Corneus conſ.85.lib.3.* Quia potentia cauſæ efficientis eſt limitata, ſcilicet quia filiusfamilias non poteſt teſtari, niſi de peculio caſtrenſi, vel quaſi, *l. ult. C. de inoff. teſtam. §. præter hoc, inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam.* non autem de adventitio, *l. pen.* & ibi *Caſtrenſ. & alii, C. de teſtam. fac. poſſ.*

2 Ideò fit, ut reſpectu aliorum bonorum ceſſet jus accreſcendi, *Theſaur. dec. 150. n. 11. Bellon. de jur. accreſc. cap. 10. q. 12. à n. 1.*

3 Planè ſi filiusfamilias poſt conditum de peculio caſtrenſi, aut quaſi teſtamentum ſui juris factus deceſſerit, quo ad hæredes inſtitutos omnia bona pertinent, ſivè ſint adventitia, ſive profectitia, *l. idem eſt, ff. de milit. teſtam.* Quia tunc ceſſet tunc limitatio potentiæ, ſcilicèt teſtandi, cum tanquam pater familias poſſit teſtari. Conſequens eſt, ut debeat etiam ceſſare juris accreſcendi impedimẽtum, *l. & ſi contra, C. de nupt. cap. poſt tranſlationem de renunc.* Quamobrem teſtamentum etiam antea conditum regulabitur ſecundum juris communis diſpoſitionem, ſecundum quam ad hæredem etiam ex certo genere bonorum inſtitutum univerſa pertinet hæreditas; ne alioquin teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Idque adeo verum eſt, ut procedat etiam ſi tempore mortis ignoraverit patrem ſuum deceſſiſſe, nam ex teſtamento, quod ex jure communi ſuſtinetur, pertinent ad hæredes etiam ea, quæ teſtator ſe habere ignorat, *l. idem eſt, ff. de milit. teſtam. Bellon. ubi ſup. n. 11.* textus eſt in *l. hæreditate, §. filiusfamilias, ff. de caſtrenſ. pecul.* ibi: *Neceſſario ergò caſtrenſis peculii hæres ſcriptus univerſa bona habebit, ac ſi pauperrimus facto teſtamento deceſſiſſet ignorans, ſe locupletatũ per ſervos alio loco agentes.*

ARGUMENTUM.

Arrogatus gerit duplicem perſonam. An pupillus cum duplici ſubſtitutione pupillari poſſit decedere, vel una evaneſcat per aliam? Et an pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedat?

SUMMARIUM.

1 *Arrogatus duas perſonas repræſentans, ſi ei arrogator ſubſtituat pupillariter, an decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus?*

2 *Opinio diſtinguens refertur.*

3 *Subſtitutio pupillaris utriuſque patris, an valeat?*

4 *Filiusfamilias non poteſt eſſe in poteſtate duorum.*

CAP. LXVIII.

1 Arrogatus duplicem filiationem cum habeat nempè naturalem reſpectu patris naturalis, & civilem relatione habita ad patrem arrogatorem, duplicem perſonam videtur gerere, ſi pater arrogator ſubſtituat pupillariter filio à ſe arrogato, ſubſtitutio illa eſt reſtricta ad quartam debitam ex reſcripto Divi Pii, & ſi quæ ſunt alia ab eo profecta bona erit limitata, *l. ſed ſi plures, §. in arrogato, ff. de vulgar. l. ſi arrogator, ff. de adopt.* Cœtera bona pertinent ad legitimos ſucceſſores, *l. cauſa cognita, ff. de vulgar. l. ſi arrogator, ff. de adopt.* Decedet igitur pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus ſecundùm *Bart. in l. 1. n. 36. C. de ſumm. Trin. & fid. Cathol. & d. l. ſed ſi plures, §. in arrogato, n. 1. & Bald.* ibi *Bellon. de jur. accreſc. cap. 10. q. 12. à n. 17.*

2 Effectu beneverum, non ipſo jure, quia hoc attento magis eſt, ut totum pupilli patrimonium ad ſubſtitutum pertineat, & conſequenter ut pupillus in totum teſtatus decedat, idque vinculo cautionis, quam præſtat arrogator de reſtituendis pupilli bonis iis, ad quos illæ res pertinerent, ſi arrogatio facta non eſſet, *§. cum autem, inſtit. de adopt.* quo vinculo ſuccurritur, & ſubſtituto à patre naturali, ſeu legitimis pupilli ſucceſſoribus, ut ad utiles actiones admittantur *d. l. cauſa cognita*, & ibi *gloſ. verb. in ſubſtituto.* Cautio forte omiſſa pro præſtita habetur *gl. in d. §. 1. inſtit. de adopt. verb. venturis.*

3 Neque effectu differt hæc ſententia à communi volente, utramque ſubſtitutionem valere, unam jure civili, nempe factam ab arrogatore, alteram verò jure prætorio, nempe factam à naturali, ut *Bar. in d. l. ſi arrogator n. 13.* Nam cum, ut ſupra dictum eſt, ſubſtitutus à patre naturali ſuccedat vinculo cautionis, & utiles tantùm actiones hæreditarias conſequatur, fit, ut non niſi prætorius ſucceſſor dici poſſit, *Bellon. n. 19.*

Viceverſà ſi deficiat ſubſtitutus ab arrogatore, tunc ſubſtitutus à patre naturali totum ſaltem utiliter conſequatur, ut *Bellon. n. 20.* Non enim ut in arrogatore, ità & in

na-

naturali patre ſubſtituendi poteſtas fuit ad certa bona reſtricta, & limitata, ità declarant *Bald. in d.l.ſed ſi plures, §. in arrogato in princ.* & ibi *Alex.n.3.Bellon.n.21.*

4 Dices: Filiusfamilias non poteſt eſſe in poteſtate duorum, *arg. §.ſed etſi pater, inſtit. de adopt.* ubi ſolvitur poteſtas patris naturalis, ſi filius detur in adoptionem avo ſuo materno, & tranſit poteſtas in patrem adoptivum. Sed ſubſtitutio pupillaris exigit, ut pater ſubſtituens habeat filium in poteſtate, *§.1. inſtit. de pupill. ſubſtit.* & ibi *gloſ. verb.liberis*. Et poteſt nepotibus ſubſtitui ab avo paterno; dummodò illi non ſint recaſuri in poteſtatem patris, *l.2. §. poſthumis, ff. de pupill. ſubſtit.* Ergo non poteſt valere utraq; ſubſtitutio, quia vel filius vivente patre naturali arrogatur conſentiente ipſo, & patria poteſtas ſolvitur, quæ requiritur ad eſſentiam pupillaris, vel arrogatur poſt mortem patris naturalis, & recidit in poteſtatem arrogatoris, & ſic evaneſcit prima ſubſtitutio à patre naturali facta, juxtà *d. §. 1. inſtit. de pupill.l. nec ei, §. eorum, ff.de adopt.*

Reſpondetur concedendo, quod evaneſcat ipſo jure illa ſubſtitutio patris, ſed effectu remaneat vinculo cautionis, quam præſtat arrogator, ità reſpondet *gloſ. in d. §. 1. verſ.Addo quod ratio eſt*.

ARGUMENTUM:

Duplex perſona formalis, ut Maritus, Prælatus, Tutor, & ſimiles perſonæ poſſunt impugnare factum proprium nullum, licet quis ratione incompatibilitatis alias non poſſit etiam hæres cum beneficio inventarii. Quid in feudatario, qui nulliter, alienavit feudum? Nonnullæ congeruntur ampliationes; & reſtrictiones.

SUMMARIUM.

1 *INcompatibilitatis ratione quis non poteſt venire contra factum proprium.*
2 *Maritus, Prælatus, Tutor, & ſimiles perſonæ duplices intellectuales poſſunt.*
3 *Feudatarius poteſt ex deſpectu conſenſus directi domini.*
4 *Hæres quando poſſit contra factum auctoris.*
5 *Quid ſi bona ſint conſpicua, & ſit hæres cum inventario?*

C A P. LXIX.

1 INcompatibilitatis ratione quis nequit venire contra factum proprium; quia in eodem ſimul eſſet obligatio defendendi, & approbandi, & facultas impugnandi, *l.vendicantem, ff.de evict.* ibi: *Improbe enim rem à ſe diſtractam evincere conatur, l.2.C.ne fiſcus rem, lib.10.* ibi: *Retractare fiſcum, quod ſemel vendidit, æquitatis, honeſtatiſque ratio non patitur, Mangil.de evict.q.32.48.& 58.Guzman. de evictione.quæſt.38.num.5.*

Ratio incompatibilitatis, quæ pervenit ex honeſtate, atque æquitate civili impedit contraveniri facto proprio etiam nullo, niſi prohibitionem lex inducat expreſſè in favorem ipſius legis, vel publicum, & ratione intereſſe alterius; quia tunc non contravenit nomine ſuo, ſed legis, & nomine, & intereſſe alieno colligitur ex *d.l.vendicantem,* ibi: *Ideo, quia contra legẽ erat facta venditio,* & ibi *Alberic. n.2. Quia contractus fuit nullus, & alieno nomine venit contra.* Conveniunt tradita per *Surd.conſ.284.n.10.* ibi: *Reſpondeo contrarium procedere, quando actus annullatur favore publico,* & *n.11.Sed hoc non obeſt, quia locum habet in præcepto legis, vel in nullitate actus à lege inducta, ſecus in præcepto teſtatoris. Nam videmus, quod prohibitus alienare poteſt favori ſuo renunciare, ſi non ſit minor.*

2 Cœterum Maritus, Prælatus, Tutor, & ſimiles perſonæ alienantes res à lege, vel canone alienari prohibitas, poſſunt eaſdem res vendicare nomine mulieris, vel Eccleſiæ, aut minoris, quia tunc diverſæ cenſentur perſonæ, *l.Tutorem, ff.de his quib.ut indign.l. palla,C.eod.*ubi *gloſ.verb.pupilli nomine, l.cum à matre,* & ibi *Bald.& Salyc. C. de rei vendic. Mangil. de evict. q.62. à n.3. Surd.dec.99.n.6.* Quia cum adverſus prohibitionem legis res vendita fuit, tunc ipſemet venditor ſub nomine alieno vendicat, *l.quemadmodum, C. de agricol. & cenſib. cap. ſi quis Presbyterorum de reb.Eccleſ.non alien. Roxas de incompatibil.p.5. cap.6.à num.1.*præſertim *num.16.*

3 Venditio ſi fuit nulla propter defectum conſenſus, veluti ob defectum conſenſus directi domini de rebus in feudum, vel emphiteuſi conceſſis, tunc alienans, & ejus hæres poterit rem vendicare, *Iſern. in cap. Imperialem n.6. de prohib. feud. alien.* ubi *Afflict.* cum *aliis, Barboſ. in l. Lucius Titius, n.39.ff. ſol.matrim.n.25. Præſ.de Franch.dec.665.n.3. Ciurb.dec.100.n.44.*ibi: *Exemplum eſt in feudo diſmembrato, quod alienans ipſe ad Baroniam reintegrari petit, & poſſe, inquit Andr.in Conſtit. Divæ memoriæ n.11. & 231.* ex ſpeciali diſpoſitione *d. Conſtit. incip. Conſtit. Divæ memoriæ*, tàm venditor, quàm emptor poteſt alienationem revocare, *Capiblanc. de Baron. pragm.n.87.Gizzarell.dec.2.Reg.Latro dec.43. n.20.*licet aliàs emptor non poſſet.

4 Hæres poteſt venire contra factum defuncti, ſi ille ſolum conſentit alienationi, vel fidejuſſit, *Fuſar. de ſubſtit. q.557.n.28. Mangil. q.112.n.33. Roxas n.28. & 30.* ubi quod acceſſoriè ratione fidejuſſionis tenebatur fidejuſſor,

juſſor, & ideò hæres poteſt contravenire.

5 Ubi agitur de bonis conſpicuis, ad quæ teſtator habuit particularem affectionem, ut conſervarentur, licitè admittitur impugnatio facti proprii auctoris cum obligatione reficiendi ex perſona hæredis in totum, ſi eſt ſine inventario, id quod intereſt. Vel ſi eſt beneficiatus, quantùm vires hæreditariæ ſuppetunt *Rota dec. 363. par. 10. rec.* juxtà *Gramat. dec. 93. Add. ad Burat. dec. 395. n. 6.* Ceſſante particularis affectionis circumſtantia, & prohibitionis alienandi, non poſſet hæres impugnare factum defuncti, quamvis jure proprio veniat *Fuſar. q. 557. Præſ. de Franch. dec. 83. 153. & 355. Card. de Luca de fideicomm. diſc. 161. num. 9.*

ARGUMENTUM.

Civilitatem propriam, & paternam qualiter quis habeat, ſi non poteſt bis naſci? Explicatur duplicitas perſonæ formalis ob duplicem reſpectum. Immunem ex privilegio originis patris habitu ſubire onera in propria patria, licet non actu, docet *Andreas de Iſernia*, laudatus per *Montanum*.

SUMMARIUM.

1 *Civis ex origine patris, & propria, an ſit duplex intellectualis perſona?*

2 *Immunis ex origine patris, an ſit civis ex propria, dum non ſubit onera.*

3 *Una perſona qualiter ſubſtineat vicem duarum.*

4 *Immunem in patria ſubire habitu onera docet* Andreas.

5 *Incompatibile eſt, quem bis eſſe ortum, ſed eſſe civem duarum Civitatum.*

CAP. LXX.

1 Civis duarum Civitatum, an repræſentet duas perſonas? Pro intelligentia præmittitur, quod quis poteſt gaudere ex origine paterna privilegijs loci, ubi ortus eſt pater *l. filios, C. de munic. & orig. lib. 10.* & eſſe civem Civitatis propriæ originis, quæ civilitas eſt à natura. Similiter eſſe civem loci propriæ originis, & ex cauſa accidentali adoptionis, putà, vel Senatoris munere adipiſci aliam civilitatem, vel patris adoptantis, vel loci, in quo ad honores aſſumptus eſt, ſeu à quo fuit allectus, ità *Cicero lib. 2. de leg. text. eſt in l. ordine, §. fin. ff. ad munic. l. pen. ff. de Senat.* ubi Senatores, tàm in Urbe, quàm unde oriundi ſunt, domicilium habere intelliguntur, unde poteſt quis utramque civilitatem retinere, & utriuſque Civitatis honoribus, & muneribus potiri, *Boer. dec. 13. n. 13. Gram. vot. 10. num. 14.*

2 Caſum controvenis *Montanus controv. 68.* in Titio orto in Civitate Bitondi, cujus pater erat ortus in Civitate Neapolis, qui gaudebat ex origine paterna privilegiis Neapolitanorum non ſolvendi collectas, & functiones fiſcales, & nihilominus inſtabat velle gaudere honoribus, & prærogativis ſuæ patriæ. Negabat Patria uſum prærogativarum ſuorum civium, dum ex privilegio originis paternæ eximebatur ab oneribus ſuæ patriæ, & conſequenter non poterat gaudere prærogativis propriæ originis, quia ille debet ſervire commodum, qui ſentit, & incommodum.

3 Opponebat pariter Patria, unam perſonam non poſſe repræſentare duas, nec ſungi vice duarum, ut in principio tituli dictum eſt. Sed qui vult eſſe civis duarum Civitatum, repræſentaret duas perſonas. Ergò non poteſt habere duas civilitates.

4 Cæterum leges admittere ad duas civilitates ſub diverſis reſpectibus, probat *Montanus n. 5. ex l. fin. C. de munic. & orig. lib. 10. in verſ. duarum Civitatum decurionatus onera ſubſtineat.* Ad idem eſt *text. in l. libertus, ff. ad municip.* ubi diſponitur, non deberi, eodem tempore duarum Civitatum honores, & munera alicui deferri, quod ſi deferantur, Civitas originis præferatur. Ad idem *l. origine propria, & l. filios, C. de municip. & orig. lib. 10.* Neque obſtat, quod patriæ ſuæ onera non ſubeat, quia licet actu non ſubeat ex privilegio originis paternæ, habitu tamen dicitur ſubire, & hoc ſufficit, ut dicatur civis, ità *Decius conſ. 83. n. 10. Paul. de Caſtr. conſ. 89. Andreas in cap. doctrinam, n. 42. quæ ſit prima cauſa beneficii amittendi, Præſ. de Franch. deciſ. 473. num. 24.*

5 Nec obſtat, quod una perſona non poſſit repræſentare duas. Quia ſi in una perſona duæ qualitates compatibiles inter ſe concurrunt, quarum altera non extinguit alteram, tunc judicatur de una, ut de duabus, *Roman. conſ. 422.* in noſtra facti ſpecie, ſi Titius diceret ſe eſſe ortum in duabus civitatibus adeſſet repugnantia in ſubjecto, ſcilicet eſſe ortum bis in duobus locis, ſed dum dicit velle gaudere, ut civem ex origine propria, & civem ex paterna, id non eſt incompatibile, dum leges admittunt ad duas civilitates, ità diſcurrit *Montan. ubi ſupra num. 5.*

ARGUMENTUM.

Diſcretio perſonarum, an requiratur ad inducendum fideicommiſſum particulare diſtinctum ab univerſali, vel ſufficiat prohibitio alienationis reſtricta ad certa bona, & detur ſimultaneus concurſus fideicommiſſi univer-

verſalis, & particularis? Declarantur *Soccin. jun. & Pereg.*

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſum particulare diſtinctum ab univerſali, an detur ſine diſtinctione perſonarum.*

2 *Differentia inter particulare, & univerſale fideicommiſſum.*

3 *Prohibitio alienationis reſtricta ad certa bona, an inducat fideicommiſſum particolare.*

4 *Declarantur* Soccinus jun. & Peregrinus *affirmantes.*

CAP. LXXI.

1 Diverſitas perſonarum, an exigatur ad inducendum fideicommiſſum particulare diſtinctum ab univerſali, ſcilicèt, ut perſonæ vocatæ in particulari non ſint vocatæ ſub univerſali, vel ſufficiat prohibitio alienationis certorum bonorum, & reſtricta ad certa bona?

Exemplum formatur; ſi fideicommiſſum univerſale ſit ordinatum pro illis de familia, & agnatione, & deinde certa ſtabilia prohibeantur alienari, ut conſerventur in eadem familia, utrum hoc caſu diſtinctum ſit fideicommiſſum univerſale? Ratio difficultatis eſt, quia ad validitatem legati, vel fideicommiſſi particularis diverſitas perſonarum requiritur, quia dum fideicommiſſarius univerſalis ſuccedit in univerſum jus activum, & paſſivum defuncti, quod non tranſit in legatarium, ſeù fideicommiſſarium particularem, *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 10. n. 9.* Perneceſſe danda eſt diſtinctio perſonarum, quodque unus ſit hæres, alter verò legatarius, & fideicommiſſum ſit ordinatum in re certa, ut late *Bellon. conſ. 56. n. 12.*

2 Fideicommiſſum, an ſit univerſale, vel particulare multum intereſt, nam fideicommiſſarius univerſalis etiàm non confecto inventario deducit ſua credita; Sed hæres non beneficiatus inſolidum tenetur ad legata, & fideicommiſſa particularia implenda, *l. fin. §. ſi verò poſtquam, C. de jur. delib. §. ſi verò, Auth. de hæred. & falcid.* & diſtinquit *Rota dec. 399. num. 24. par. 9. rec.*

Ad reſolutionem articuli deſcendendo *Soc. jun. conſ. 49. n. 16. & ſeqq. & 22. lib. 3. Peregrin. conſ. 64. n. 28. lib. 3.* cum aliis recenſitis per *Rotam dec. 12. n. 30. p. 10. rec. Merlin. dec. 265.* firmat ex prohibitione alienationis reſtrictæ ád certa bona inductum fideicommiſſum particulare.

3 Contrarium eſt verius, quod ſcilicèt ſtent bene ſimul fideicommiſſum eſſe univerſale, ità ut omnia bona cadant ſub legali tacita prohibitione alienationis, & tamen per teſtatorem fiat prohibitio particularis de aliquibus bonis, quæ non immutat naturam fideicommiſſi, ſed ſolùm operatur certos effectus, *Gabriel conſ. 38. n. 25. & ſeqq. lib. 2. Ludoviſ. dec. 26. Rota d. dec. 399.* dicta enim expreſſa prohibitio reſtricta ad certa bona, operatur ſignanter effectum detractionum non faciendarum ex illis bonis particulariter alienari prohibitis, niſi in ſubſidium, nec facultatis revocandi alienationem factam per defunctum, *Rota dec. 41. & 366. p. 10. rec.* Non autem facit fideicommiſſum particulare, cum ſit impoſſibile non data diſcretione perſonarum.

4 Quatenùs verò pertinet ad authoritates, *Socc. jun. & Pereg.* in quibus ceſſante etiam dicta diſcretione, firmatur ſimultaneus concurſus fideicommiſſi univerſalis, & particularis in eodem genere perſonarum. Dicitur, quòd *Authores* præfati bene loquantur in caſu ſuo, ubi agitur de duplici fideicommiſſo, quorum unum ſit ſimplex, & reſtitutorium in caſu mortis, alterum verò ſit pœnale, ſeù conſervatarium in caſu alienationis, quod ſi certa res alienatur contra prohibitionem habentem pœnam caducitatis, tunc proximè ſubſtitutus jure fideicommiſſi particularis aperti per caſum alienationis agere poterit ad rem alienatam, reliquo fideicommiſſo univerſali remanente penès alienantem, *Rot. dec. 123. p. 10. rec. Cenſ. dec. 131.* ità *Card. de Luca diſcurſ. 128. & ſeq. de fideicomm.*

ARGUMENTUM.

Socio contrahente nomine proprio, & ſociorum, an adquiratur pars virilis contrahenti, & alia virilis aliis nomine appellativo nominaris, & locum habeat *text. in l. ſi communis ſervus, ff. de ſtipul. ſerv.* Vel potiùs ceſſet rigor juris, & verborum? Ratione plurium ſocietatum quis repræſentat plures perſonas. Solutio facta per aliquem cenſetur facta pro debito proprio, & non pro eo, quod ut fidejuſſor debet.

SUMMARIUM.

1 *Socio contrahente nomine proprio, & pro ſociis, an ſingulis pars virilis adquiratur?*

2 *Ceſſat rigor juris, & verborum in contractu ſocietatis.*

3 *Socius plurium ſocietatum repræſentat plures perſonas.*

4 *Contractus ſocii finita ſocietate non trahitur ad ſocietatem.*

5 *Debitor ex proprio debito, & fidejuſſionis cenſetur ſolvere debitum proprium.*

CAP.

C A P. LXXII.

1 SOcio contrahente nomine ſuo, Titii, & ſociorũ, an acquiratur nomine proprio pars virilis, & nominatis nomine appellativo alia virilis? Videtur dicendum, quod ſic, ità *per textum Bart. in l. ſi ſervus communis, ff. de ſtipul. ſerv.* ubi ſervus, qui plures dominos habet, & ſtipulationem concipit partim nominibus propriis, partim appellativis, fit diviſio tali pacto, ut nominati primo loco nomine proprio partes viriles habeant, cœteri verò domini nomine appellativo nominati aliam virilem.

2 Contrarium in caſu ſocietatis docet idem *Bart.*, nempè quod non magis ipſis nominatis, quam aliis ſociis acquiratur, ſed æqualiter omnibus tàm proprio, quàm appellativo nomine nominatis pro portione, quam habent in ſocietate, & hujus æquitatis rationem eſſe, ait, quia ille, qui proprio nomine nominatur, non ad hoc nominatur, ut ipſi magis acquiratur, & portio major, quam cœteris ſociis, ſed potiùs ut manifeſtum fiat, illum eſſe caput ſocietatis, & juxtà *Bartol.* idem decidit Jo: *de Imola in d. l. ſi ſervus communis*, & *Angel. ibid. n. 1.* qui teſtatur eſſe conſuetudinem in Tuſcia, *Magon. de Lucenſ. 1. n. 27.* Quæ conſuetudo videtur deſtruere juris rigorem, & verborum ad ſervandam æquitatem inter mercatores, in quibus diſputare non convenit de apicibus juris.

3 Plures ſocietates quis poteſt contrahere, & ratione diverſarum ſocietatum plures perſonas repræſentare, *Petr. de Ubald. de duob. fratr. q. princip. 14. n. 8. Ludoviſ. dec. 366. n. 1. Surd. conſ. 92. n. 19. Gratian. diſcept. 298. n. 46. Manſus conſult. 54. n. 18.* ibi: *Cum non repugnet unum, eundemque duplicem perſonam ſubſtinere, & quando unum repræſentat, non poſſit, uti alia conſiderari per text. in l. 1. ubi Bald. ff. de offic. Conſul. Surd. conſ. 20. n. 19. Gratian. ubi ſup. num. 46.*

4 Socius finita ſocietate contrahens non trahitur contractus ad ſocietatem, *Caball. conſ. 121. n. 10.* ex *Paul. de Caſtr. conſ. 215. in princ. lib. 1. Manſus ubi ſup. n. 47.* ubi quod repræſentat perſonam tertii.

5 Debitor ex duabus cauſis nempè propria, & uti fidejuſſor, & deinde ſimpliciter ſolverit, tunc ſolviſſe intelligitur debitum proprium, & non uti fidejuſſor, cùm quis ſemper credatur ſolviſſe potiùs ſuo, quam quod alieno nomine debet, *l. & magis, ff. de ſolut.* late *Gratian. diſc. 224. n. 28. & diſcept. 962. n. 40. Manſus conſult. 53. n. 37. & 38.*

ARGUMENTUM:

Filius gravatus fideicommiſſo univerſali, vel legatis, an ſit duplex perſona formalis? Affirmant *Abb.* & alii. Arguitur in contrarium ex *l. jubemus, C. ad Trebell.* At occurritur. Recenſetur opinio diſtinguens. Quid ſi filia in dote inter vivos tradita inſtituta fuiſſet. Et qualiter hodie inutilis ſit diſputatio.

S U M M A R I U M.

1 F*ilius gravatus fideicommiſſo univerſali, vel legatis eſt duplex perſona formalis.*

2 *Arguitur contrarium ex* l. jubemus, C. ad Trebell.

3 Abbas, Præſ. de Franch. *duplicitatem perſona tenet.*

4 *Filius gravatus fideicommiſſo, & legatis, an deducat legitimam, & trebellianicam, vel falcidiam?*

5 *Opinio diſtinguens adducitur.*

6 *Quid ſi filia inſtituta ſit in dote prius data?*

7 *Legitima ſolum detrahitur, ſi teſtamentum corruat ex cauſa præteritionis.*

8 Trebellianicæ *probibitio hodie cenſetur in teſtamentis appoſita.*

C A P. LXXIII.

1 FIlius in teſtamento patris gravatus fideicommiſſo univerſali, vel legatis, an duorum vices ſubſtineat, ſcilicèt filii, & hæredis extranei, ut filius deducendo legitimã, & uti extraneus trebellianicam, vel falcidiam uti quilibet alius? *Abb. in ſpecie in cap. Raynutius de teſtam. n. 26.* in fideicommiſſo poſt mortem firmat, quod ſic. Ducitur, quod ubi duo diverſa jura accedunt eidem perſona, hæc cenſenda ſint duorum, ſicut ſubſtinet vices duorum, *l. ſi Conſul, ff. de adopt.* & in *Clem. olim de re judic. Theſaur. dec. 141. n. 8. D. Præſ. Merlin. centur. 1. contr. 78. n. 5.* ex duplici jure ſcilicèt filij, & altero hæredis.

2 Argumentari contra poteſt ex *l. jubemus, C. ad Trebell.* ubi liberis primi gradus non poteſt prohiberi trebellianica etiam per imputationem fructuum, & volunt *Peregr. de fideic. art. 3. n. 107.* infiniti quos congerit, & ſequitur *Mangil. de imput. q. 115.* Ergo filius etiam in deductione trebellianicæ conſideratur uti filius, & non uti quilibet alius.

3 Nihilominùs ſtrictò jure verior eſt opinio contraria, juxtà *Præſ. de Franch. dec. 11 & 612. Conſil. Arias de Meſa lib. 3. var. cap. 29. n. 8.* & *Ego* fusè *in obſerv. de Franch. ubi ſup.* & ſignanter in *obſerv. 612. n. 4.* ubi ad *d. l. jubemus* reſpondi illam loqui, quando una tantum quarta detrahebatur, quæ erat legitima, ut habetur ex *d. dec. 612. n. 19.* poſt *Alciat. in l. nemo poteſt n. 33. ff. de leg. 3.* Rationem opinionis pro validitate prohibitionis trebellianicæ aſſignant *Præſ. de Franch. & Rota Rom.* ut

expen-

Digitized by Google

expendi *n.* 5. quia ſicut pater poterat inſtituere filium in legitima,& in reliqua extraneum, ità & filius, qui in trebellianica, debet reputari,ut extraneus detracta legitima. Quidquid velint *Mangil.& Marta vot.*113.

4 Scinduntur *Doctores* in hac materia, diſtinguentes tres caſus. Aut agitur de filio hærede gravato poſt mortem, & tunc vera ſit dicta opinio ajens,ut ſi filii ſint quattuor, aut infra,tunc legitima,& trebellianica ſint medietas hæreditatis, ſi verò numerus filiorum ſit ultra quattuor, & tunc legitima ſit ſemis, & trebellianica deducatur ex alia medietate, & quarta ſit pars alterius ſemiſſis, *Peregr. de fideicom. art.3.n.51.& art.36. n.90.Afflict.dec.367.n.4.Merlin.de legit.lib.1. tit.3. q.1.n.6.* Quod ſi legatis particularibus ſit gravatus,an detrahat falcidiam? Affirmat *Peregrin. art.3.num.55.* At videndus *Cyriac. contr.316.per tot.* & cum *Peregr.*ſentit *Merlin.de legit.ubi ſup.* Excipitur ſi fideicommiſſum, vel legatum ſit ad favorem cauſæ piæ, quia tunc ceſſat detractio falcidiæ, vel trebellianicæ, *§.ſi autem hæres,Auth. ad l.falcid. Carena reſol.249.num.11.*

5 Fideicommiſſum ſi purum ſit,& tunc magis communis opinio, & practicata,ut legitima tantum deducantur,& non concurrant duæ cauſæ lucrativæ inſimul.In aliis autem caſibus deductiones fiunt diverſo tempore; & vide infra.

6 Notabile tamen eſt, ut filia, quæ jam dotem accepit à patre, & poſtea in dote inſtituta gravata, nam licet revera jam dotem habuerit,quę in legitimam imputatur,etiam conſequi poteſt trebellianicam, quia non habebit duas quartas, non dos jam exiverat patrimonium patris, *Merlin. ubi ſupra n.16. Mangil. de imput. q.1.*

7 Teſtamentum patris ſi ex cauſa præteritionis filii, non valeat, filius tunc detrahat ſolam legitimam, non trebellianicam, & legitimam, quia intelligitur purè gravatus, & ità deciſum refert *Merlin. de legit.n.21.* & refert *Dom. Præſ. Merlin.ubi ſup. n.6. Peregr. art.3. num.49.*

De fideicommiſſo in diem certum, idem quod de puro alii tenent, ut *gl. in l.Papinianus,§.meminiſſe,ff.de inoff.teſtam. Bar.& Bald. in l.filium quem habentē, ff.famil.erciſc.* ideòq; non deducendam trebellianicam. Alii verò pręſertim *Canoniſtę* contrarium volunt,quia eodem tempore non fiunt deductiones, ut *Abb.ubi ſup.num.26.*

8 Quidquid ſtricta juris cenſura dici poſſet, hodie ceſſat hæc diſputatio, dum paſſim in teſtamentis prohibetur trebellianica,& falcidia, ità ut ratione conſuetudinis videtur clauſula hæc etiam à Notario omiſſa, pro appoſita habenda ex *Bar. in l. centurio, ff. de vulgar. n.27. Præſ. de Franch. dec.11.& 612. Reg.Salern.dec.48. Conſ.Marcian.conſ.1.lib.1.à n.148. Mangil.de imput. q.115.à n.1.* Et in filiis primi gradus etiam tenet prohibitio, ut *Præſ. de Franch. ubi ſup.* & ibi *Ego in obſerv. Conſil. D.Arias de Meſa lib.2. var.cap.33.n.1.* ibi: *Tamen cum in noſtro Sacro Conſilio magis admittatur affirmativa ſententia, ea indiſtinctè attendenda eſt ex traditis à Claro, §. teſtamentum,q.63.& ità judicavimus die 6.Julii 1639. ad relationem Domini mei Andreæ Morcheſii tunc cauſæ Commiſſarii nunc Sacri Conſilii digniſſimi Præſidis. Ut proindè fiat, clauſulam prohibitionis trebellianicæ poſſe in hoc Regno omiſſam ſuppleri quaſi ex conjecturis inductā videatur.* Idque ſi de ſtylo Notarii apponi ſoleant in aliis clauſulis, comprobat *de Meſa num.22.*

ARGUMENTUM.

Hæres, & legatarius, an quis eſſe, poſſit, deficiente diverſitate perſonarum. Quid ſi hæres habeat cohæredem? Demum quid ſi unus ſit hæres, & gravatus fuit fideicommiſſo? Expenduntur hinc indè auctoritates, & ſolutio *D. Card. de Luca.*

SUMMARIUM.

1 *Hæres, & legatarius, an quis eſſe poſſit?*
2 *Quid ſi duo, vel plures ſint hæredes, & uni legetur.*
3 *Hæres ultra ratam ſuam eſt duplex perſona.*
4 *Reſolutio* Montani.
5 *Unicus hæres, an deducat legatum à ſemetipſo in reſtitutione fideicommiſſi.*
6 *Legata caduca cadunt in reſtitutione fideicommiſſi.*
7 *Diſcurſus* D. Card. de Luca, *& ſenſus* Auctoris.

CAP. LXXIV.

1 HÆres, & legatarius,an quis eſſe poſſit, vel cohæres, & legatarius? Subtilis, & fructuoſa eſt quæſtio.Ratio dubitandi eſt, quia à ſemetipſo legari ſibimet non poteſt, utputà ſi unus ſit inſtitutus hæres, & deindè teſtator legaret eidem, legatum etenim eſt nullum, cum non adſit diverſitas perſonarum, & actio, & paſſio non poſſint eſſe in eodem ſubjecto, *l.legatum, §. hæredi, & l. plenè ſub duobus, ff. de leg. 1. Card. de Luca de fideicomm.diſc.131.num.12.*

2 Quando ſunt autem duo, vel plures hæredes, ſi teſtator uni legatum dederit, in cohæredibus legare eſt idem, quod prælegare, ſeù ante partem capere, *l. filio pater, & l.quid ergo, ff.de leg.1.l.qui filiabus, §.ſi uni ex hæredibus, ff. de leg.1,* ubi J.C.cum poſuiſ-

ſet caſum in teſtatore, qui uni ex hæredibus fecerat legatum, *gloſ.* exponit, ideſt prælegatũ. Et *Bald. in d. §. ſi uni,* ſummando *textum* dicit, quod ſi cohæres legatarius adit hæreditatem, conſequitur rem jure legati, & ſub *n. 2. verſ. ſecundo noto*, dicit, quod totum illud relictum conſequitur, & probatur *in l. Titia cum teſtamento, §. Lucius Titius, ff. de leg. 2.* dum teſtator filiæ hæredi dixerat; *volo eam à ſe ipſa accipere villam Gazam;* & *Alexandro* filio dixerat: *Quod præcipuam habeat ſinthesim ſterilium villarum,* & reſpondit J.C. valere in fideicommiſſi vim.

3 Diſcretio perſonarum tantummodò adeſt in cohærede ultra ſuam ratam hæreditariam, quia hæres in parte institutus in eo ſolum parte repræſentat defunctum, & ultra illam reputatur extraneus, *Surd. dec. 90. n. 2. Cenc. de cenſib. q. 107. in fin. Rota dec. 296. par. 12. rec. n. 7.* Ergo pro illa tantùm parte cohæredis valebit, & eam habebit jure legati, & portionem ſuam jure institutionis.

4 Contrarium nihilominùs deciditur in *l. Titia ex teſtamento, ff. ad falcid. in l. ſi qua fideicommiſſorum, C. famil. erciſc.* & in aliis concordantibus, ex quibus habetur, quod teſtator legando cohæredi ſeparat rem illam à titulo institutionis, ut ipſam præcapiat, & quod remanet, eſt hæreditas, & id venit judicio familiæ erciſcundæ, ità *Paul. de Caſtro in d. l. ſi qua fideicommiſſorum.* Neque obſtat, quod pro illa rata ſuæ institutionis non valeat, ea ratione, quia pro illa non poteſt ſibimet à ſemetipſo legari. Quia id contingit ex neceſſitate juris, non ex voluntate defuncti, quia dum instituit, & deinde legavit, voluit ſeparare rem legatam ab hæreditate, nec confertur illa rata hæreditatis, vel imputatur in portionem ipſius legatarii, & cohæredis, ità *Montan. controv. 53. per tot.*

5 Difficultas adeſt in unico hærede, cui teſtator legavit, & ipſum gravavit fideicommiſſo univerſali, an valeat legatum deducere in reſtitutione fideicommiſſi? Dicendum videtur, quod non. Quia nullum ſit legatum ſibimet ipſi hæredi relictum ex *d. l. legatum, §. hæredi, & d. l. plane,* & res legata capitur jure hæreditario, & conſequenter venit in reſtitutione hæreditatis, *gloſ. in l. in fideicommiſſarium, §. ult. ff. ad Trebell.* ità docet *Alex. in l. Marcellus, §. quidam liberis, col. 1. ff. ad Trebell. Peregr. de fideicomm. art. 3. n. 53.* Eandem opinionem tenet *Mantic. de conject. tit. 7. n. 2. in fin.* relatus per *Fuſar. de ſubſtit. q. 650. n. 66.* ubi quod licet hæres gravatus deducat prælegatum, aliud ſentit, quoad illud, quod à ſemetipſo legatum eſt.

6 Præterea ſicut veniunt in reſtitutione fideicommiſſi legata aliis facta, & caduca ob legatariorum repudiationem, vel prædeceſdentiam ante obitum teſtatoris, tanquam nõ abdicata ab hæreditate, *Mart. de ſucceſſ. par. 4. q. 21. art. 11. n. 30. Surd. dec. 266.* & ibi *Hodiern., Altograd conſ. 87. n. 24. lib. 2.* Ità ſimiliter cadit in reſtitutionem fideicommiſſi legatum relictum hæredi à ſemetipſo, quod à ſe ipſo præſtare non poteſt, & reputatur caducum ob hæredis incapacitatem, ne detur actio, & paſſio in eodem ſubjecto.

7 Verius dic, dubitationem procedere durante titulo hæreditario. Secus ubi titulus reſolvitur per caſum reſtitutionis, ità illuminate *Card. de Luca ubi ſupra n. 12.* his verbis? *Verum reflectendo ad veritatem, advertebam iſtud eſſe fundamentum periculoſum, ut clientibus juxtà ſtylum inſinuabam, quoniam dicta propoſitio eſt quidem vera de jure, durante titulo hæreditario, ut ſcilicèt quoties hæres non habet cohæredem, à quo legatum aſſequi valeat, ſit incapax obtinendi legatum à ſe ipſo ob dictam incompatibilitatem. Secus autem ubi reſolutus eſt titulus hæreditarius per jam factum caſum reſtitutionis, cum tunc jura, quæ competunt hæredi obtinenti hæreditatem revocabiliter, non dicantur ſimpliciter, ac perpetuo confundi, ſed ſolum temporaliter, & cauſativè, donec ſcilicèt duret titulus incompatibilis hæredis, quo ceſſato tandem reviviſcunt, potiùs tanquam à ſomno, quàm tanquam à morte,* ex deductis per *Peregr. art. 17. n. 16. cum ſeqq.* & alios, de quibus per *Fuſar. q. 650. n. 66.*

Urget nimium ſuperfluitas alias reſultans, nam ſi durante titulo hæreditario, & etiam reſoluto non deduceretur legatum, ſuperfluum eſſet illud relictum, & vitanda eſte ſuperfluitas *Tuſcus lit. S. concluſ. 894. & ſeq.* Ad hæc hæres gravatus in reſtitutione fideicõmiſſi deducit ſua crèdita, licet actio, & paſſio non cadat in eodem ſubjecto. Reputatur diverſa perſona quando eſt gravatus, ut alias dixi. Accedit, quod quidquid ſit de ſubtilitate juris in hoc caſu attendi voluntas defuncti debet, qui voluit ſeparare legata à maſſa hæreditatis, ut in principio dictum eſt.

ARGUMENTUM.

Legatum filio, vel uxori, tutori, vel tutrici nominatæ, an cenſeatur relictum ex cauſa filiationis, vel amoris, vel potiùs tutelæ? Quid in dubio? Et attento jure *Authent. de hæred. & falcid. §. Sed hæc quidem.*

SUMMARIUM.

1 *Tutor nominatus in teſtamento, an percipiat legatum recuſando tutelam?*

2 *Quid in dubio, an ex cauſa amoris, vel tutelæ?*

3 *An debeat evidenter conſtare de cauſa amoris?*

4 *Re-*

4 *Reſolutio articuli.*
5 *Quid attento jure* Authenticorum.
6 *Ex cauſa minoris ætatis, vel legitimi impedimenti, an excuſetur, & legatum percipiat?*

C A P. LXXV.

1 TUtor nominatus in teſtamento patris, licet ſit perſona duplex formalis, nihilominùs legatum ſibi relictum in teſtamento percipit uti tutor ratione officii ſibi injuncti, & à legato repellitur, ſi tutelam recuſet, & multo magis, ſi ut ſuſpectus à tutela remotus fuerit, *l. quid autem, ff. de excuſ. tutar. l. tutor, §. quæ tutoribus, ff. eod.* ibi: *Remuneranda fidei cauſa, l. amiciſſimos, ff. eod.* ibi: *Et ideò ad ſuſcipiendum onus tutelæ etiam honore legati eos proſequi, Surd. dec. 38. n. 2.*

2 In dubio magis præſumitur illud eſſe relictum propter officium tutelæ, vel executoris teſtamenti, & hæc cauſa intelligitur finalis, *l. Attilius, ff. de donar. Bald. conſ. 357. lib. 4. Carpius* fusè *in tract. de execut. teſtam. lib. 1. cap. 18. à num. 1.*

3 Cæterum ſi non dubitetur de cauſa legati, quia illa non ſit ratione laboris, ſed conjunctionis, putà filiationis, vel quia ſit uxor, & tunc debebitur legatum, etiam ſi tutelam recuſet *l. tutor, §. quæ tutoribus, ff. de excuſ. tutor.* ibi: *Quod non habebit locum in perſona filii, quem pater impuberi fratri cohæredem, & tutorem dederit, cum judicium patris, ut filius, non ut tutor promoverit.*

Intelligendum eſt, quando evidenter, & ſine difficultate appareret, teſtatorem reliquiſſe, etiam ſi filius, vel uxor non adminiſtraſſet, *l. ſed hæc nimium, ff. de excuſ. tutar.* ibi: *Niſi evidenter expreſſerit, velle ſe dare etiam ſi tutelam non adminiſtraverit, l. 1. §. ſed quamvis, ff. ubi pupill. educ. deb.*

E' contrariò alii volunt legatum filio, & uxori factum non ratione officii tutelæ præſumatur relictum, ſed potiùs amoris ſtimulo, ità *Covar. in cap. Joannes de teſtam. n. 3. Spin. de teſtam. gloſ. 29. n. 36. Guttier. de tutel. p. 3. cap. 5. num. 32.*

4 Verius tamen eſt, quod evidenter apparere debeat, teſtatorem legaſſe, etiam ſi officium recuſaſſet, *d. l. ſed hæc nimium, Carpius ubi ſup. n. 14. & ſeqq.*

5 Dubitatur quid attento jure *Authent. de hæred. & falcid. §. ſed hæc quidem,* ubi indiſtinctè tutor legatum amittit, ſi voluntatem teſtatoris non exequitur, & ità inſpecto dicto jure ſimpliciter, & indiſtinctè volunt *Bart. in l. 1. ff. de leg. 2.* ubi *Alex. n. 4. Menoch. lib. 4. præſumpt. 124. n. 7. Guttier. de tutel. p. 1. cap. 22. n. 14.* Rectiùs probat *Carpius n. 44.* tutorem percipere legatum, ſi appareat filiationis, vel amoris cauſa legatum relictum, & non ratione officii, de qua re videndus latiſſimè *Carpius ubi ſupr. Andreol. controv. 50.* ubi tamen expendit jus *d. Authent. de hæred. & falcid.* non tangens ſigillatim limitationes, & reſtrictiones.

6 Legitimæ tamen ætatis ſi non fuerit tutor, ut quia minor, vel aliter legitimè impeditus fuerit, tunc durante minori ætate, vel legitimo impedimento excuſatur, & legatum non amittit, ità *Carpius ubi ſup. n. 7.*

ARGUMENTUM.

Officiales, & Miniſtri, ſivè Ærarii Baronum repræſentant Barones, & qualiter iſtorum citatio notificatur illis, & refertur praxis, & laudantur jura, à quibus ortum habuit, & an procedat ſolum in cauſis feudalibus?

SUMMARIUM.

1 *OFficiales, & Ærarii Baronum repræſentat eos, & horum citatio illis notificatur.*
2 *Citatio feudatariorum qualiter fiat in feudis.*
3 *An procedat ſolum in cauſis feudalibus.*

C A P. LXXVI.

1 CApitaneus, vel Officialis repræſentat Baronem, vel feudatarium titulatum conſtituentem. Ità ſimiliter Ærarius Baronis, vel feudatarii, iſte etenim reſpectu adminiſtrationis bonorum, ille ex parte juſtitiæ, ità in ſpecie *D. Reg. Tapia in dec. 5. Suprem. Senat. Ital. n. 11.* ibi: *Dicebamus ulterius ad convalidationem hujuſmodi citationis, ipſam fuiſſe factam Ærario, & Capitaneo illius loci, qui perſonam Ducis repræſentabat, tàm ex parte juſtitiæ, quàm adminiſtrationis bonorum, & à quibus certum eſt, vel fuiſſe certificatum, vel certificari potuiſſe ad doctrinam gloſ. in l. ſi tutor, verſ. oſtenderis, ubi Bar. & Bald. C. de peric. tut. cum aliis adductis per Tiraquell. de retr. lignag. §. 9. gloſ. 2. n. 40. Et cum citatio ad id ſit inducta, ut ad citandi notitiam proveniat, quod petitur, ſufficit, qualitercumq; pervenerit ad notitiam, ut in Clem. cauſam in fin. ubi DD.*

2 Confirmatur, quia citatio contra feudatarium fit in Caſtro, & loco feudi, *Andr. in cap. 1. n. 7. de controverſ. int. vaſſall. & alium de benef.* quem ſequitur *Afflict. ibid.* & hæc praxis ortum habuit à *l. 4. §. prætor ait, ff. de damn. infect.* ubi poſtquam J.C. dixit citationem fieri debere in domo, ſic ait: *Quod ſi nec habitationem habeat ad ipſum prædium erit denunciandum, vel procuratori ejus, vel certè inquilinis.* Sicut etiam ex *Clem. cauſam, §. quod ſi forſan de elect.* ibi: *Si domus eadem in remotis exiſtat, in Eccleſia Cathedrali, in cujus Civitate, vel Diœceſi conſiſtit beneficium, Reg. Tapia ubi ſup. n. 11.* Addo *Annam alleg. 83. n. 6. & ſingul. 153.* Et *Gizz. in dec. 82. Reg. Latr. n. 44.* ità refert pluries practicatum vidiſſe in S.C. præcipuè in cauſa D. Principis Buteri cum

D. Magno Comeſtabili Columna. Inſuper citatos Magiſtros Actorum in loco officii.

3 Prædicta equidem procedunt, ſi agatur contra feudatarium in cauſis concernentibus feudum, quoniam ſufficit illum citare in loco feudi per edictum, & per proclama in locis publicis, ſivè in palatio ſolitæ reſidentiæ Baronis, & feudatarii, aut penès miniſtros, ut *Card. de Luca diſc. 33. de feud. & in praxi diſc. 9. n. 19.* & ità loquitur *Andr.* Si autem cauſa non eſſet feudalis, & agereтur de delicto in loco feudi, vel de quibus Judex competens eſt relaxans citationem, idem cenſeo ex *dec. 82. D. Reg. Latr. ubi ſup.* ubi tractabatur de imploratione Brachii ſententiæ extra Regnum.

ARGUMENTUM.

In Adamo repræſentantur omnes homines, tanquam cōſtitutus ille ſit caput omnium in eſſe naturali, & morali, undè contraximus peccatum originale, Chriſtus materialiter ab Adam aſſumpſit naturam humanam, activè à Spiritu Sancto. Ideòque non potuit contrahere peccatum originale. Deipara Virgo Maria ab eo præſervata fuit. Ordinato fideicommiſſo ad favorem Franciſci, & deſcendentium in infinitum ordine ſucceſſivo, ſi data ſit facultas primo donatario gratificandi unum, & eſcludendi alios, an illa intelligatur data cuicumque ex deſcendentibus, tanquam repræſentato in primo donatario, proùt omnes in Adam.

SUMMARIUM.

1 *IN Adam repræſentantur omnes homines.*
2 *Si Adam non peccaſſet peccata filiorum non traducerentur in poſteros.*
3 *Chriſtus non potuit contrahere peccatum, & quibus rationibus.*
4 *Deipara Virgo Maria fuit præſervata.*
5 *Facultas præligendi in fideicommiſſo perpetuo data primo donatario, an cenſeatur ei data, ut repræſentanti deſcendentiam?*
6 *Reſolvitur articulus.*

CAP. LXXVII.

1 ADam repræſentat omne genus humanum, & peccatum originale eſt formaliter defectus aliquis, culpabilis in nobis participatus ex peccato Adæ, undè *Apoſt. ad Rom. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum, & per peccatum mors, & ità in omnes homines mors pertranſit, in quo omnes peccaverunt.* Adam enim conſtitutus eſt à Deo caput omnium hominum in eſſe naturali, & etiam in eſſe morali.

2 Etſi Adam non peccaſſet, peccantibus filiis ſuis non traducerentur illorum peccata in ſuos poſteros, ut *D. Bonav. in 2. diſtint. 33. art. 1. q. 11.* & ibi *Duran. q. 1. n. 9. Vaſques diſput. 133. cap. 2. n. 6. Suarez. lib. 3. de ſtatu innoc. cap. 21. n. 22.* quia ille ſolus in alios poteſt transfundere peccatum, qui eſt caput eorum in eſſe morali, ſed præter Adamum nullus à Deo eſt conſtitutus aliorum caput in eſſe morali. Ergò. Probatur, quia Adam conſtitutus eſt caput omnium hominum, ergò non alii, alias eſſent duo capita, quod repugnat, ità *Merol. lib. 1. diſput 2. dub. 9. cap. 3.*

3 Quo ad peccatum originale, eſt de fide Chriſtum non contraxiſſe, neque contrahere potuiſſe, tanquam conceptum virtute Spiritus Sancti, non virtute activa ſeminis ab Adam deciſi, ità definitum eſt in *Concil. Trid. ſeſſ. 6. decreto de juſtit. cap. 3.* ubi dicitur, quod homines niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur, non naſcerentur injuſti. Præterea anima Chriſti in primo inſtanti conceptionis prius natura unitur Verbo, quàm corpori; Conſequenter poſt illam unionem non poſſet ex vi conceptionis contrahere originale peccatum, quia per talem unionem intelligitur ablatum omne debitum contrahendi tale peccatum, & Chriſtus non accepit activè ab Adam humanam naturam, ſed tantùm materialiter, activè verò à *Spiritu* Sancto, ità poſt alios *Merol. dub. 4. per totum.*

4 Deipara Virgo Maria ab originali peccato præſervata fuit, quia in univerſalibus locutionibus Beatiſſima Virgo non comprehenditur, ut ex *Trident. ſeſſ. 5.* in illa enim debuit impleri teſtimonium illud ſponſi cœleſtis. *Tota pulchra es amica mea, & macula nō eſt in te,* de qua re infinita ſunt teſtimonia.

5 Ordinato fideicommiſſo ad filiorum, & deſcendentium Franciſci ordine ſucceſſivo cum ſtrictiſſima prohibitione alienationis, ſi Franciſco primo donatario conceſſa fuerit facultas diſponendi inter ejus filios, & deſcendentes uni gratificando, alios excludendo, firmo tamen remanente fideicommiſſo perpetuo, & ſucceſſivo, ſi Franciſcus uſus eſt facultate, & in progreſſu temporis velit aliquis ex deſcendentibus ſimiliter uti eadem facultate præeligendi, & alios excludere, an poſſit?

6 Pro opinione affirmativa arguitur; quod licet facultas attributa ſit Franciſco primo donatario, attamen iſtius perſona non ſtet taxativè, ſed demonſtrativè tanquam repræſentans univerſam ejus deſcendentiam, eodē

modo,

modo, quo omnes homines in Adam repræſentantur, & conſequenter, quod iſta voluntas explicata in primo, locum habet in omnibus ſucceſſivè vocatis, ex iis, quæ in ſpecie habentur apud *Caſtill. lib. 5. controv. cap. 87. n. 24. & ſeq. Tondut. tom. 2. q. civil. 119. n. 5. cum ſeqq.* quos refert *Card. de Luca de fideicomm. diſcurſ. 55. n. 4.* in contingentia facti videndi ſunt *Auctores* ſupra citati.

ARGUMENTUM.

Fiduciarius hæres, an repræſentet perſonam Cuſtodis, Depoſitarii, Commiſſarii, vel aliam? Pro ingeniorum varietate diverſæ ſunt ſententiæ. Declaratur ſpecies hujus hæredis. Requiſita ad ſecernendam ſpeciem. Conventio inter teſtatorem, & hæredem de reſtituenda hæreditate, quot teſtibus probetur. Verba confidentialia, an exprimenda ſint in teſtamento? Conjecturis, & teſtibus ſingularibus quando probetur. Prohibitio trebellianicæ, an indicet fiduciam? Notatur *Fontanella*. Recenſentur caſus confidentialis hæredis.

SUMMARIUM.

1 *Hæres fiduciarius quam perſonam gerat, & quis ſit declaratur.*
2 *Requiſita ut ſit confidentialis, recenſentur.*
3 *Cauſa fiduciæ quæ ſit.*
4 *Conventio de hæreditate reſtituenda qualiter probetur.*
5 *Verba confidentialia, an debeant eſſe in teſtamento?*
6 *Conjecturis probatur fiducialitas, & an teſtibus ſingularibus?*
7 *Si teſtator reliquit executores, & prohibuit trebellianicam, an excludatur fiducia?*
8 *Fiduciæ contraindicantia.*
9 *Caſus confidentialis hæredis* Fontanell. & Menoch.
10 *Cōditio qualitatis fideicommiſſarii requiritur.*
11 *Decedente fideicommiſſario ante diem tranſmittitur hæreditas.*

CAP. LXXVIII.

1 HÆres fiduciarius quam perſonam gerat, an Depoſitarii, & Cuſtodis, aut nudi Miniſtri, ſeu Commiſſarii, & executoris, aut mereatur nomen Electoris, Arbitri, aut teſtis qualificati, diverſimodè *Scribentes* pro ingeniorum varietate credunt.

Pro intelligentia præmittitur, quod inter alias ſpecies hæredum habemus unam ſpeciem hæredis, qui fiduciarius, & fideicommiſſarius appellatur, & contingit, quando non ſui contemplatione, ſed alterius gratia quis inſtituitur, & eidem gravatur reſtituere hæreditatem, quia ipſe nec fructus interim perceptos ſuos facit, nec quartam detrahit, nec aliquod emolumentum ex hæredis inſtitutione, ſed uti cuſtos, bonorum depoſitarius, & nudus miniſter poſitus cenſetur, de quo *Jureconſulti in l. Sejus Saturninus, ff. ad Trebell. & in l. in fideicommiſſo, §. cum Pollidius, ff. de uſur.* loquente de eo, qui filio teſtatoris, cum ad certam ætatem perveniſſet, hæreditatem reſtituere rogatus erat, *l. ſi ità legatum, §. Pegaſus, ff. de leg. 2. l. Lucius, §. herede, & l. in fideicommiſſariam, ff. ad Trebellian.* fusè *Peregr. de fideicomm. art. 3. n. 19. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. p. 4. n. 74.*

2 Duo copulativè requiruntur. Verba teſtamenti id præferentia. Cauſa ob quam teſtator voluerit, potiùs fiduciare, & ſecretò hæredis inſtitutionem potiùs committere, quàm palam, & directè ex teſtamento inſtituere, ut in *d. §. cum Pollidius, & Bald.* ibi *Peregr. d. n. 19. Cavaler. dec. 481.* Addo quod hæres inſtitutus ſit amicus teſtatoris, ut uxor, vel nepos, aut conſanguinei, *Pacian. conſil. 66. n. 79. Peregrin. n. 19. Fontanell. ubi ſup.*

Requiri etiam, quod purè ſit relictum, non ſub conditione volunt relati per *Pacianum, & Fontanell. num. 82.* At negat *Pacian.* Dummodò de fiducia conſtet, & videndus *Bichius dec. 35. & 317.*

3 Cauſa poteſt eſſe, quia filiis ſint impuberes, *Peregr. d. n. 19. Hodiern. ad l. hac edictali q. 28. n. 37.* Si tamen aliquis eſſet ætate major, & inſtitutus hæres fuiſſet, ſecus erit, quia non cenſenda hæreditas partim liberè relicta, partim fiduciaria, *Buratt. dec. 616. n. 23. Bichius dec. 317. n. 9.* Et quia poſſet teſtator fratri hæredi inſtituto filiorum adminiſtrationem, & gubernium, & filiis erga fratrem obedientiam injungere, *Cuman. conſ. 108. n. 1. Gratian. diſcept. 446. n. 5.* Et in omnem eventum, quia negari ſaltem non poteſt, quin cauſa ſimulandi, & fiduciæ ſit dubia, inſtitutio non erit cenſenda fiduciaria reſpectu impuberum, & cauſa debet eſſe certa, *Hondad. conſ. 46. num. 3. & 4. lib. 1. Bichius n. 12.*

4 Pactum, & conventio inter teſtatorem, & hæredem de reſtituendo hæreditatem probari poteſt per duos teſtes, ſi agitur de probanda voluntate patris inter liberos, ità in his terminis *Jaſ. in l. fin. n. 17. C. de fideic. Gratian. diſc. 650. n. 32. Marta de ſucceſſ. legali p. 4. q. 3. art. 4. n. 59. Argel. de acqu. poſſeſſ. q. 15. n. 69. Burat. dec. 616. num. 7. Bichius num. 20.*

5 Intelligitur ſi adſint verba confidentialia in teſtamento, ità *Rota* coram *Bichio d. dec. 317. n. 23.* Idem ſi verba teſtamenti ſint clara ad excluſionem inſtitutionis fiducia-

riæ,

riæ, quia ſemptem requiruntur teſtes, prout in teſtamento, ità *Reg. de Ponte conſ.63.n.9. lib.1. Cancer. p.3. var.cap.20. n.408. Gratian. diſcept.650.n.25. Buratt.dec.616.n.4. Bichius ubi ſupra*, in caſu cujus deciſionis excludebatur cauſa ſimulandi, quia teſtator inſtituerat fratrem hæredem univerſalem pro toto, & reliquerat legitimam filiis cum prohibitione non plus petendi.

6 Conjecturis probatur fiducialitas, *Salic. in l. etiam n.7. ad l. falcid.* cum aliis allegatis per *Argel.q.15.n.70.* Procedit, ſi verba teſtamenti dubia ſint, aliter ſi clara *Joſeph Ramon. conſ.67.n.17. Bich.n.34.*

Admittuntur teſtes ſingulares ad probandam confidentialem inſtitutionem, *Mantic. de conject. lib. 12. tit. 10. n. 20. Seraph. deciſ.1302.n.1.* Ubi tamen diſpoſitio eſt dubia, ſeù verba teſtamenti ſint dubia, *Buratt. dec. 616. num.16. Gratian. diſcept.650. n.24. Bich. num. 28.*

7 Si teſtator reliquit certos executores, arguitur, quod non ſit inſtitutio fiduciaria, cum de fide hæredis confidiſſe prætenditur, ità *Bich. num. 28.*

Prohibitio trebellianicæ, an arguat confidentialem inſtitutionem? *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5. gloſ.8. p.5.n.84.* Sentit quod ſic. Verius contrarium dic, quia fiduciario hæredi non competit trebellianica, *Gratian. diſc.650.n.3. Hodiern.n.28. Bich.dec.35.n.16.*

8 Ceſſat fiducia ſi hæres, qui figuratur fiduciarius, ſeù nudus miniſter, commoditatem, ſeù fructus medii tempori, percipit *Bar. in l. cum filiofam. verſ. remanebit, ff. de leg.1. Surd. dec.224.n.5. Cyriac. controv.550. n.55.* quia repugnat qualitati fiduciariæ, cum nudus miniſter ſit *Beltram. ad Ludov.dec.544. n.42. Bich. dec.35. n.10.* Deficiente cauſa, & aliis requiſitis, nec ideò fiduciarius erit quis hæres, quia nihil utilitatis percipiat *Surd. dec.15.n.4. Cuman. n.50.* hæres enim dicitur reſpectu tituli hæreditarii, quamvis reſpectu commodi eſſet fiduciarius, *Bald. in l. ſi quis Titio n.2. & in l. ſi quis, ff. de leg.2. Ludoviſ.dec.544. num.28. Bich.dec.35.num.7.*

9 Caſum refert *Fontanell.n.74.* Quidam teſtator habens plures filios ex primo matrimonio, & uxorem ex ſecundo, ſed nullos ex ea liberos, uxorem ſuam hæredem univerſalem inſtituit, dicendo, quod eam inſtituebat hæredem fideicommiſſariam, volens, quod teneretur uni, vel pluribus ex filiis ſui primi matrimonii bona ſua donare, & in eos, uti vellet, ea diſtribuere, prohibendo ei trebellianicæ deductionem. Quæſitum fuit, an hæc inſtitutio ſubjaceret diſpoſitioni, *l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.* ex quo multo plus erat comprehenſum in d. inſtitutione, in favorem ſecundæ uxoris, quam eſſet uni ex filii primarum nuptiarum relictum. *Fontanell.* conſultus reſpondit negativè, quia hæc inſtitutio non erat ad commodum uxoris, ſed filiorum, concurrentibus bis requiſitis. Primò, fideicommiſſarii erant de liberis teſtatoris. Secundò, agebatur de hæreditate, non de particulari inſtitutione. Tertiò, denique nam hæres ſcripta erat uxor, in qua confidentiam habebat teſtator. Quibus tribus requiſitis exiſtentibus manere probatam fiduciam, dicunt *Doctores*, & potius cuſtodem, & miniſtrum, quam hæredem relictum quẽ cenſeri, ut dixit *gloſ. in l. fideicommiſſariam, §.fin. ff. ad Trebell. textus* eſt notabilis in *l. liberto, §. filium, ff. de ann.leg.* & in expreſſo tenet *Paul. de Caſtr. in l. ſi cui legatur, §. hoc autem, n.5. ff. de l.1. Bertazal. conſ.8. n.4.* ubi eſt notandum, quod pro fiducia in contradictorio judicio eſt declaratum.

Menoch. conſ.1135. n.14. ex ſola confidentia, quam dixerat teſtator ſe facere de eo, quem hæres inſtituebat, veluti in ſuo caſu, dicendo, *quod ejus fidei commendabat filios ſuos, confident in eo*, aſſerit, teſtatorem feciſſe hæredem fiduciarium, ductus ex *l. Sejus Saturninus*, ibi *gloſ. verſ. fiduciarium, ff. ad Trebell.*

10 Verum eſt, quod *Peregr. d. n. 19.* & alii requirunt, quod conditio fideicommiſſariã præbuerit cauſam dilationis, propter quam teſtator non inſtituerit illum directò, ſed alium, ut quia eſſet impubes, vel male diſpoſitus.

11 Si decedat is, in cujus favorem facta fuit inſtitutio contra hæredem fiduciarium, vel ante diem tranſmittitur ad hæredes illius hæreditas, *Peregr. n.19. Fontanell. n.83.*

ARGUMENTUM.

Quam perſonam gerat is, quem teſtator gravavit reſtituere illi, quem ſecretò communicavit? An ſtandum ſit aſſertioni illius ſine juramento, utrum extrajudiciale ſufficiat? Quid ſi teſtator remiſerit omnem ſollemnitatem in declarando?

SUMMARIUM.

1 *Quam perſonam gerat is, quem teſtator gravavit reſtituere ei, quem ſecretò communicavit?*

2 *Captataria voluntas declaratur.*

3 *Conferre poteſt teſtator alicui electionem fideicommiſſarii.*

4 *Declaratio an debeat eſſe veriſimilis?*

5 *Jurare an debeat, ut teſtis eligens?*

6 *Teſtatores ſolent remittere ſollemnitates.*

CAP. LXXIX.

1 Arbitri, Electoris, Diſtributoris, qualificati teſtis, aut aliam perſonam ſubſtineat

ſtineat is, quem teſtator gravavit reſtituere hæreditatem illi de familia, quam ipſe oretenus communicat?

2 Subſtantia diſpoſitionis in alterius voluntatem conferri non poteſt,& tanquam captatoria improbata eſt,ſed perſonarum electio, vel declaratio tantùm committi poteſt,*l.cum quidem,l.uni ex familia,ff.de l.2.Pariſ.conſ.38. lib.3. Gomez.var.tom.1.cap.12.n.48. Peregr.de fideicomm.art.33.n.57. Rodoer. Suar.in tract.de capt.volunt.ex n.14.* ubi quod non ſubſtantia, ſed qualitas, & acceſſorium confertur in voluntatem alterius,ità quod Commiſſario non eligente, nihilominus diſpoſitio,& inſtitutio remanet firma, ut in *l.ſi quis Titio,& d.l.cum quidem*, proximiores de familia ſuccedunt non facta electione, vel ſi commiſſa ſit electio alicujus ex fratribus electione non facta ſuccedunt omnes *Caſtill.lib 2.controv.6.n.55. & ſeqq.*

3 Si teſtator afferat in teſtamento,ſe ſecretò declaraſſe voluntatem ſuam à tertio patefaciendam valida eſt hæc diſpoſitio, *Surd. conſ.264. n.18. lib.2. Mantic. de conject. lib.4. tit. 3. n. 12. Peregr. art. 33. num.58. Andreol. controv. 105. num. 13.*

4 Hæſitatur,an ſtandum ſit aſſertioni illius, cui teſtator commiſit voluntatis propriæ revelationem, niſi afferat eam fuiſſe teſtatoris voluntatem, quæ ex conjecturis apparentibus veriſimilis ſit? Negant *Caſtrenſ. & Imol. in l.illa inſtitutio, ff. de hæred. inſtit. Afflict.deciſ. 371.* quos refert *Andreol. num. 13.*

Ratio eſt, quia iſte fiduciarius, ſeù gravatus aliam non dicitur gerere perſonam, niſi illam teſtis ad probandam defuncti voluntatem ſibi fiducialiter communicatam, idcircò tanquam teſtis deponere debet cum juramento, juxtà *text.in l.juris jurandi,ff.de teſtib.* ut in ſpecie declarationis *Bart. in l. Theopompus n.7. ff.de dot. præleg.* ibi: *Tunc quia dictum illius eſt quodammodo teſtimonium voluntatis defuncti magis,quam judicium deponentis, debet deponere per juramentum ut teſtis*, idemque explicitè firmant ibi *Alberic.& Gotofred. Alex. conſ.54.lib.2.n.2.Altograd.conſ.78.lib.1. Rot.apud Martin. Andr. dec.73.n.5.*

5 Juramentum,an ſit præſtandum in ea forma, in qua præſtatur per teſtem, affirmare videtur *Rota apud Martin. Andr. ubi ſup. n. 4.* Contrarium verius putat *Card. de Luca de fideicomm. diſcurſ.182.n.11.* ubi teſtator alicui fiduciario ſuam certam voluntatem declarandam committit,tunc declaratio debet eſſe conveniens, veriſimilis, & adminiculata, quia non omne,quod fiduciarius ſimpliciter dicit, attendendum,ſed judicandum quoque pro Judicis prudentis arbitrio, an id ſit veriſimile, ac teſtatoris voluntati adaptatum ponderando facti circumſtantias, ne detur locus fraudibus,vel facilitas eludendi voluntatem teſtatoris, qui tanquam mortuus fiduciarium de violata fide convincere non poteſt, ut in *l.quem hæredi, ff. de hæred. inſtit.*ubi *Bart.*& alii *Fontanell.dec.526.per totam,Carp. de execut.teſtam. lib.2.cap.5.n.24.* Fiduciarius enim gerit perſonam teſtis, ità qualificati, quod ſibi, licet unico, ob ejus fidem à teſtatore probatam plenè deferatur, ita tamen quod tanquam teſtis deponere,ac jurare debeat,ejuſq;declaratio debet eſſe ſincera,veriſimilis, & juxtà unam opionem etiam adminiculata, adeò ut iſte fiduciarius dicatur organum explicativum voluntatis teſtatoris.

6 Juramentum neceſſarium non eſt, ſi diſponens expreſſe illud, & quamcumque aliam ſollemnitatem, vel formalitatem remiſerit expreſſe decernendo,ut qualiſcumq; declaratio quomodocumque facta ſufficeret, ut *Card. de Luca diſc. 183. num. 14.*

ARGUMENTUM.

An executor univerſalis teſtamenti nullo inſtituto hærede ſubſtineat perſonam hæredis, vel mandatarii, cui executio hujus ultimæ voluntatis committitur, quid ſi adſint conjecturæ, & an conveniri, & agere poſſit?

SUMMARIUM.

1 *Executor univerſalis teſtamenti, quam perſonam ſubſtineat.*

2 *Deficientibus legatariis, an commodum aequiratur executori.*

3 *Executor an ſuccedat, locum hæredis ſtantibus conjecturis.*

4 *Executor, qui poſt impleta legata gravatur reſtituere, quod ſupereſt dicitur mandatarius.*

5 *Executor univerſalis nullo hærede inſtituto poteſt immiſſionem bonorum petere.*

CAP. LXXX.

1 Executor univerſalis teſtamenti nullo inſtituto hærede, an hæredis, vel procuratoris, & mandatarii perſonam ſubſtineat, cui executio ultimę voluntatis committitur?

Si nullus ſit inſtitutus hæres, ſed datus executor univerſalis,infirmari teſtamentum cum deficiat inſtitutio,quæ eſt caput,& fundamentum teſtamenti, dicendum videtur, neque inſtitutionem ſuppleri, ex nominatione commiſſarii univerſalis, & hanc ſententiam conſtanter defendit *Valaſc.in conſult.68. Molin.de juſtit.& jur. diſput.247.n.2. Pichiard. n.50. Gama dec.196.* ubi, quod ex hujuſmodi teſtamentò legata non debentur, nec in vim codicillorum ſubſtinentur, *Flor. de Mena in addit. ad Gam.* Quidquid ſit de jure Regni Hiſpan., ut idem *Flor. de Mena, Carpius de execut, teſtament. lib. 3. cap. 9.*

2 Hinc

2 Hinc deficientibus legatariis commodum non acquiri huic executori, ſubdit *Carp. n. 45.* refellens *Eſcobar. cap. 27. de ratiocin. n. 64.* contrarium tenentem, licet verius ſit in hoc caſu recurrendum eſſe ad conjecturatam mentem teſtatoris, an hoc eventu ea fuerit, ut lucro executoris cedat, vel commuretur in aliud opus, & videndus *Phebus dec. Luſitan. 95.*

3 Si teſtator ſub nomine executoris univerſalis comprehendere voluit hæredem, & ex voluntate ejus appareat ex conjecturis, & præſumptionibus in teſtamento ſcriptis, quę ſoli hæredi conveniant taliter, quod nulla dubitatio verſari poſſit, tunc talis commiſſarius univerſalis loco hæredis, ſubſtantia, & effectu conſiderandus erit, ac ſi expreſſim ſub nomine hæredis conſtitutus eſſet. Quia hæredis inſtitutio per quæcumque verba fieri poteſt apta ad teſtatoris voluntatem propalandam, cum certæ formulæ inſtitutæ non fuerint in hæredum inſtitutionibus obſervandæ, & inſtitutio etiam per obliqua verba fieri valeat, ſi de teſtatoris mente conſtet *Caranza de partu cap. 281. illat. 13. ſect. 4. n. 295. & ſeqq. Carp. n. 50. & 51.* etſi & ità in puncto judicatum refert *Valaſc. d. conſult. 68.* & ſequitur *Carpius num. 53.*

4 Teſtatore diſponente, quod executores ſui teſtamenti an e omnia adimplerent ſua legata, & bona venderent, & quod ſupereſt implicent in emptionem annuorum introituum, vel ſtabilium, & poſteà traderent hæredi ſcripto, iſti reputantur ſimplices mandatarii, *Valenz. 35. n. 48. lib. 1.* Vel ſolùm poſſunt haberi loco hæredis quo ad hoc, ut agere, & conveniri poſſint pro exequenda voluntate defuncti, *gl. in l. nulli, C. de Epiſc. & Cler. Rot. dec. 49. n. 37. & ſeq.* ubi idem ſi pauperes quis ſcripſiſſet hæredes, nam repræſentativè conſideratur, tanquam procurator hæredum, *Argel. de legit. contract. q. 17. art. 1. n. 14. q. 15. n. 26.* nec requiritur interventus hæredis, cum executor ex conſcientia ſua debet exequi, & non pro conſcientia hæredis, *Graſſ. de execut. ult. volunt. quæſt. 11.*

5 Commiſſarius, & executor univerſalis nullo hærede inſtituto ut ſupra poteſt exequutionem petere pro teſtamento, ex *l. fin. C. de edict. Div. Andr. toll. Menoch. de adip. rem. 4. n. 267.* agere contra debitores hæreditarios, ità *Bald. Bard. & alii Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 3. §. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 919. n. 8. Carpius lib. 3. cap. 8. n. 12.* Adverſus eundem etiam poterit agi per creditores, & legatarios, *Parlador. d. cap. fin. part. 4. §. 2. n. 3. Maſcard. n. 8. Carpius n. 13.*

ARGUMENTUM.

Magnus Magiſter Melevitanæ Religionis gerit perſonam Supremi Prælati Religionis, & Principis laici Inſulæ Melevitanæ ditionem habens. Invictiſſimus Carolus V. conceſſit Inſulam Religioni Hieroſolymitanæ, an in allodium, vel in feudum? Refelluntur *Borrell. & Larata*, & in cauſis prophanis, ad quos habeatur recurſus. Magnus Magiſter habet poteſtatē gratificādi in dignitatibus.

SUMMARIUM.

1 *Magnus Magiſter Melevitanæ Religionis Supremi Prælati, & Principis laici perſonam duplicem gerit.*

2 *Carolus V. conceſſit Inſulam Religioni.*

3 *In quibus appellatur ad Papam.*

4 *Quid in cauſis merè prophanis inter laicos.*

5 *Conceſſio Inſulæ, an facta fuerit in allodium, vel in feudum?*

6 *In volente admitti ad Religionem qualiter examinentur qualitates.*

7 *M. Magiſter habet jus gratificandi in proviſionibus dignitatum.*

8 *Laudatur M. Magiſter Fr. D. Gregorius Carafa.*

CAP. LXXXI.

1 Magnus Magiſter Melevitanæ Religionis juxtà plurium perſonarum formalium reduplicationem in una perſona materiali duplicem gerit perſonam. Unam ſcilicèt Supremi Prælati, ſeù Generalis Religionis militaris S. Joannis per univerſum Orbem Catholicum. Alteram Principis laici dictæ Inſulæ dominium, & juriſdictionem habentis cum Populo, non autem cum Clero, qui ſuum habet Epiſcopum, *Card. de Luca lib. 15. de Regular. tit. miſcellan. Eccl. diſc. 4. n. 2.*

2 Occupata per Turcas Inſula Rhodi, cum Sacra Religio Hieroſolymitanam ſedem fixam non haberet. *Carolus Quintus* poſſeſſor Regni Siciliæ ultra pharum annexi Coronæ Aragoniæ Inſulam Melevitanam, quæ erat membrum dicti Regni in feudum Regale, ſeù dignitatis redolens jus Principatus dictæ Religioni, ejuſq; M. Magiſtro conceſſit, *Card. de Luca ubi ſup. n. 1.* de qua conceſſione fit mentio per *Borrell. de præſtant. Regis Cathol. cap. 74. n. 89. D. Reg. Tapia dec. 8. ſupr. Conſil. Ital. n. 23. D. Præſ. Merlin. lib. 1. contr. 95. n. 18.*

3 In concernentibus ipſam Religionem, ac negotia inter Religionem, & particulares, ſeù inter ipſos Religioſos ſuper concurſu, ſcilicèt ad commendas, & dignitates, ſivè ſuper denegatione habitus; & impugnatione, vel reſpectivè canonizatione nobilitatis datur recurſus ad ipſum Papam, frequentiùs hujuſmodi cauſas committere ſolitum in plena Signatura Gratiæ, Religione audita.

Si agitur de appellatione à foro Eccleſiaſtico

ſtico Epiſcopi, vel Inquiſitoris tunc per appellationem recurſus habetur ad A.C. vel ad *Rotam* cum commiſſionibus Signaturæ Juſtitiæ, *Card. de Luca de juriſd. diſc. 69. n. 7.*

4 Difficultas eſt in cauſis merè prophanis privatorum inter laicos à ſententiis M. Magiſtri, tanquam Principis temporalis, ejuſq; Magiſtratum, & Officialium.

Unum enim de duobus enim dicendum eſſe. Vel quod hujuſmodi appellationes darentur ad Papam, tanquam à Prælato Eccleſiaſtico. Vel quod M. Magiſtro conſiderato tanquam feudatario Regis Siciliæ id faciendum eſſet ad noſtrum D. Regem, & hujus Suprema Tribunalia, ne hic locus remaneret Acephalus.

5 Alii enim tradunt conceſſionem Inſulæ factam fuiſſe M. Magiſtro, tanquam Generali Religionis Hieroſolymitanæ, & Prælato Eccleſiaſtico, hinc proinde dictam Inſulam effectam fuiſſe de juribus Eccleſiæ, & conſequenter ſub Principatu Papæ, ad quem ab inferioribus Prælatis appellatur, ut *Spada conſ. 5. & 6. lib. 1. Creſcent. dec. 16. de privileg.* Subjungentes, quod conceſſio facta ſit per *Carolum Quintum* Religioni de hac Inſula non in feudum, ſed jure ſimplicis donationis in allodium, ut *Borrell. ubi ſupr. & Larath. in theatr. feud. tom. 1. par. 9. dilucid. 79. n. 10.*

Verius tamen eſt Inſulam prędictam conceſſam fuiſſe in feudum ſub annua recognitione, ac reſervatione illius ſuperioritatis cum alto, ſeù altiſſimo dominio, quæ vulgò *ſouranità* nuncupatur, ut advertunt *D. Reg. Tapia, & D. Præſ. Merlin. ubi ſup.* nullatenus curatis dictis authoritatibus *Borelli, & Larat.* cum illi non deſcendant ad hos terminos, nec diſtinguant, an hujuſmodi conceſſio fuerit in feudum, vel in allodium, ſed ſolum incidenter, & hiſtoricè hujuſmodi conceſſionem enuncient; Nihilominus eſt feudum majoris ordinis, cum Regalibus majoribus, ac omnimodò jure imperii, & Principatus alio concedenti non reſervato, niſi dicta ſuperioritate cum altiſſimo dominio, vulgo ut ſupra *ſouranità* nuncupata, eodem modo, quo in Italia ſunt Ducatus Mediolani, Mutinæ, Regii, Senarum, & ſimiles, quoad Imperatorem, ac ſunt Ducatus Parmæ, & Placentiæ quoad Papam, & conſequenter M. Magiſter feudatarius dicitur quoad ſubditos Princeps, & Superior major in Inſula conceſſa in feudum, ut *D. Reg. Tapia, & D. Præſ. Merlin. contr. 95. n. 17. tom. 1.* & *Card. de Luc. d. diſc. 69. à n. 6. & n. 9.* teſtatur de obſervantia, ut perquiſitis cum aliqua diligentia *deciſionibus Rotæ*, quæ habentur ſuper cauſis Melevitanis prophanis, & ſuper bonis temporalibus independenter à Religione, non fuiſſe repertam cauſam mere laicalem, & inter laicos introductam per appellationem ab illis Judicibus, & Tribunalibus laicalibus occurrens idem *de Luca dec. Creſcentii.*

6 In Sacra Religione Hieroſolymitana volente aliquo admitti ad habitum militarem, prius illius qualitates, & requiſita examinantur in Aſſemblea particulari proprii Prioratus, deinde in Conſilio ordinario, iſtoq; gravante recurritur ad Conſilium completum, à quo habetur recurſus ad Capitolum generale, demum ad Sedem Apoſtolicam. Beneverum omittitur appellatio ad Capitulum generale, quia incerta eſt celebratio illius, ut pendeat à vita M. Magiſtri, undè à Conſilio completo appellatur ad Papam, ità *Card. de Luca de præemin. diſc. 34. num. 4.*

7 Magnus Magiſter habet poteſtatem gratificandi Equitibus à proviſione dignitatum, magnum enim eſſet inconveniens in militia, ſi exercitus Imperatori, vel Generali Præfecto adimeretur hæc poteſtas inter duos milites in eadem legione æque militantes in muneribus æquales. Potiſſimè ubi unus eſt ſtipendiarius Principis ſumptu vivens, alter militat proprio ſumptu, ut vulgò dicitur, *Venturiero*, ità *Card. de Luca de benefic. diſc. 68. num. 9.* Me relatorem eſſe proteſtor in hac materia.

8 Eminentiſſima hodie M. Magiſtri Dignitate præeminet Fr. D. Gregorius Carafa, à Natura. Virtutibus, & fortuna ad eam ſubvectus, qui in Cęlo ſuæ familiæ veluti Sol emicat, ità ut dici poſſit, *Numera Stellas ſi potes?*

ARGUMENTUM.

Abbates, & inferiores Prælati juriſdictionem habentes, quando fungantur vice Epiſcopi? Adhibetur diſtinctio, & declaratur, qualiter debet conſtare de territorio ſeparato, & qui ſint actus interpetrativæ conceſſionis territorii ſeparati. Referuntur nonnulli Abbates, & Prælati territorium ſeparatum habentes. Litteras teſtimoniales ad ordines, an poſſint concedere? praxis varia refertur.

SUMMARIUM.

1 *Abbates, & Prælati inferiores, quando funguntur vice Epiſcopi.*
2 *Diſtinguuntur in duas ſpecies.*
3 *Territorium ſeparatum* nullius *declaratur.*
4 *Ubi non conſtat de qualitate territorii ſeparati tunc caput eſt Epiſcopus.*
5 *Actus probantes conventionem territorii* nullius *recenſentur.*
6 *Monaſteria aliqua Regni cum territorio ſeparato recenſentur.*

7 *An poſſint litteras dimiſſoriales ad ordines concedere, varia praxis refertur.*

C A P. LXXXII.

1 ABbates, & inferiores Prælati exempti, an funganrur vice Epiſcopi, & Ordinarii, ſi habeant omnimodam juriſdictionem quaſi Epiſcopalem excepta facultate conſerendi tonſuram, aut minores, vel Sacros Ordines, juxtà prohibitionem *Sac. Conc. Trid. cap.10. ſeſſ.23. de reform.*

2 Diſtinguendi ſunt hujuſmodi Abbates, & inferiores Prælati. Alii ſunt *nullius* cum territorio verè ſeparato omnimodam, & ordinariam quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habentes. Alii ſunt exempti, & ſpiritualem juriſdictionem habent in locis exiſtentibus intra limites Diœceſis.

3 Territorium ſeparatum *nullius eſt*, ubi Abbas, vel inferior Prælatus, putà Archipresbyter, Præpoſitus, vel alius habet juriſdictionem quaſi Epiſcopalem privative ad Epiſcopum, & qualitas territorii ſeparati probatur ex privilegio Apoſtolico expreſſo, vel ſaltem ab antiquiſſima obſervantia pacifica ità interpetrato, ut per *dec.54. Martin.Andr.* cum omnia loca cenſenda ſint ſub Diœceſi. Altera ſpecies probationis eſt per immemorabilem, quo caſu Sacra Congregatio emanare ſolet decreta, poſſe Epiſcopum tanquã Sedis Apoſtolicæ Delegatum viſitare Eccleſiam Parochialem, & in viſitatione decreta in concernentibus curam animarum, adminiſtrationem Sacramentorum, ejuſdem Eccleſiæ reſtaurationem, approbationes Confeſſariorum, benedictiones Concionatorum, & alia concernentia in S.C.Trid. delegatam in locis exemptis, donec doceatur de territorio ſeparato per privilegium Apoſtolicum, vel per immemorabilem per tres ſententias conformes canonizatam. Si Pontifex ſeparat territorium à Juriſdictione Epiſcopi, tunc dicitur abſtractum à Diœceſi Epiſcopi, ità ut amplius non ſit de Diœceſi, *Grattan. diſc. 212. n. 7.* quem refert, & ſequitur *Rota dec.235.p.13.rec.* Et ubi conſtat de vero, & proprio territorio ſeparato cum qualitate *nullius*, tunc Epiſcopus, cui tale territorium adjacet, conſideratur ſolum uti vicinior, non autem Ordinarius, & talis Abbas, vel inferior Prælatus habet legem diverſam in illo territorio, tanquam ſpecie Diœceſis per ſe ſtantis.

4 Ubi verò non conſtat de dicta qualitate, tunc Epiſcopus loci venit ſub nomine Ordinarii, tàm quoad juriſdictionem à *S. C.Trid. & Apoſtolicis Conſtitutionibus* delegatam, etiam quoad alios caſus Ordinario incumbentes exceptis illis legitimè præſcriptis à Prælato inferiori. Et Epiſcopo loci per ſpeciem delegationis committitur à *S.C.Trid.* cognitio plurium, & graviorum cauſarum criminalium, matrimonialium, & ſimilium, & demandatur etiam juriſdictio circa curam animarum. Nec adeſt monſtruoſitas duorum capitum in uno corpore, nam quando territorium eſt ſeparatum *nullius*, tunc per ſeparationem fit corpus diverſum cum diverſo capite; Et ſi non eſt ſeparatum, Epiſcopus ſolum eſt caput, & Prælatus inferior eſt membrum, cui demandatæ ſunt aliquæ operationes, in quibus ab ipſo capite prohiberi nequit, prout etiam faciunt Prælati Regulares in faciem Epiſcopi intra clauſuram cum religioſis.

5 Actus obſervantiæ interpetrativæ privilegii conceſſionis territorii ſeparati ſunt, concedere literas dimiſſoriales ad Ordines. Cognoſcere cauſas matrimoniales, & criminales. Indicere concurſum ad effectum providendi Rectorem Eccleſiæ Parochialis. Approbare Confeſſarios. Benedicere Prædicatores. Concedere Monitoriales pro revelationibus habendis, *Ciarlin.contr.220.* In locis enim exemptis intra fines Diœceſis Epiſcopus poteſt præfatos actus jure delegato exercere, idque à publicatione Concilii, *Card. de Luca de juriſd. diſc. 12.n.17.*

6 Monaſterium Monialium SS. Coſmæ, & Damiani Terræ Talliacotii exemptum prorſus à poteſtate Epiſcopi Marſicani, intra cujus Diœceſis fines eſt, probatum fuit ſubjectum juriſdictioni Montis Caſſini ex pluribus privilegiis Apoſtolicis, quibus ſtatutum fuit, quod nullus Marſorum Epiſcopus in hanc Eccleſiam, vel ejus Moniales, & Clericos illi inſervientes aliquid juriſdictionis exerceat, *Rota dec.373.p.11. rec.* latè dixi in *Gratian. d.cap.212.*

7 Monaſterium S. Stephani in Boſco in Regno noſtro habet talem juriſdictionem in locis, de quibus *Martin.Andr. in dec. 54.* Monaſterium SS. Trinitatis Cavæ Ordinis Caſſinenſis talem juriſdictionem habet in locis, de quibus apud *dec.31.* poſt *Tondut. de penſion.* Archipresbyter Carpen. etiam habet cum territorio ſeparato, ut per *Ciarlin. contr.220.* & ſcripſi latè in *Gratian. ubi ſup.*

Quamvis *S. C. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 10.* prohibeat Abbatibus, & aliis quibuſcumque inferioribus Prælatis quantumvis exemptis, & *nullius*, ne poſſint conferre tonſuram, nec ordines cuiquam, qui ſibi regularis ſubditus non ſit, nec concedere literas dimiſſoriales. Controverſia excitata fuit, an Conciliaris diſpoſitio comprehendat ſolum habentes ſpiritualem juriſdictionem in locis exiſtentibus intra limites Diœceſis? Et Sacra Congregatio Concilii per modum proviſionis delegavit facultatem alicui ex Epiſcopis viciniori bus reſpectu Abbatum, & Prælatorum

Digitized by Google

rum habentium territorium ſeparatum ſignanter reſpectu Archipresbyteri Carpen. delegata collatione Epiſcopo Mutinen., & poſtmodum per Sacram Congregationem, & Rotam res fuit judicata pro illis, ut valeant concedere literas dimiſſoriales. Demum die 8. Julii 1664. aliud decrevit Sacra Congregatio, & non potuit obtinere Archipresbyter Carpen.. Beneverum non eſt eadem praxis in omnibus; cum aliquibus enim practicatur ad favorem Prælatorum inferiorum cum aliqua etiam diverſitate, ut cum Archipresbytero Altamuræ de jure patronatus Regio. Sacra Congregatio dedit proviſiones Epiſcopo Gravinen. viciniori favorabiles, adjecto temperamento, ut ille non poſſit ordines conferre, niſi proprii Prælati litteris teſtimonialibus prævijs, ut fusè in *Gratian.cap.212.n.9.* ubi videnda ſunt alia.

ARGUMENTUM.

Procurator ad vendendum, an poſſit à ſeipſo emere, & venditoris, & emptoris vices ſuſtinere? Quæſtio, de qua conſulti Domini Regentes reſponderunt Excellentiſſimo Domino Proregi, ut penès *D.Reg. Revert. cum obſervat. D.Reg. de Marin.* Et quid in tutore, curatore, & ſimilibus.

SUMMARIUM.

1 *Procurator ad vendendum, an poſſit à ſeipſo emere?*
2 *Caſus in D. Prorege uti procuratore Domini Regis.*
3 *Affirmativa reſolutio penès* D. Reg. Revert.
4 *Intellectus* l. pupillus, §. item ipſe tutor, ff. de act. tut. & l. in emptione, §. fin. ff. de contrah. empt.
5 *Addubitatio* D.Reg. de Marin. *& diſcurſus.*
6 *Senſus Auctoris.*

CAP. LXXXIII.

1 Procurator conſtitutus ad vendendum, an poſſit à ſeipſo emere, & venditoris, & emptoris vices ſuſtinere? Caſum contigiſſe, refert *D. Reg. Revert. in dec. 78.*

2 Excellentiſſimus Prorex hujus Regni Marchio de Mondeſar à Sereniſſimo noſtro Domino tunc Rege conſtitutus procurator ad vendendum functiones fiſcales, & alios Regios annuos introitus cupiebat pro ſe, & de propria ejus pecunia ſuper dictis functionibus fiſcalibus annuos emere ducatos 1600., unde à Dominis Regiam Cancellariam Regentibus ſcire voluit, ſi poterat à ſe ipſo uti Regis procuratore emere?

3 Et affirmativè reſponderunt, cum jus non reſiſteret, ut poſſit quis duarum perſonarum diverſarum munere fungi, etenim quando officia non ſunt repugnantia, poteſt unus vicem duorum ſuſtinere, prout eſt *text.* & ibi *Bart.in l.ſi Conſul. ff. de adopt.* Hinc in caſu propoſito dicebatur, Dñum Proregem uti ſuæ Majeſtatis Procuratorem Regis perſonam ad vendendum ſuſtinere, & uti emptorem, perſonam propriam, prout ſancitum eſt in tutore, qui pupilli bonam palam, & bona fide emere poteſt, dummodò pretio juſto, & quod in aliquo pupillus non decipiatur, hic eſt *textus ſatis vulgaris in l. cum ipſe*, & ibi *gloſ. Bald. & Salic. C. de contrah. empt.gloſ.* per illum *text.in l.pupillus, §. item ſi emptor, verſ.ſed etiam,ff.de autor.tut.* ubi dicit, quod ubi tutor palam, & bona fide, bona ſui pupilli emit, poterit ſibi ipſi authorari. Idemque *Cinus in d.l.cum ipſe*, ubi dicit, quòd in hoc caſu juris fictione duo repræſentantur contrahentes, emptor nimirum, & venditor.

4 Nec obſtare, dictum fuit, *textum in l.pupillus, §.item ipſe tutor, ff.de author.tut. & in l.in emptione, §. fin.ff. de contrah. empt.* ubi decidi videtur contrarium ejus, quod ſancitum eſt in *d. l. cum ipſe*. Quia jura hæc procedunt, quando tutor clam, & mala fide bona pupilli emit. Secus verò ſi palam, & bona fide, ità dicunt ibi *gloſ. Bart.* & communiter omnes, qui nedum loquuntur in tutore, ſed etiam in curatore, procuratore, negotiorum geſtore, & in patre legitimo adminiſtratore, quod poſſit bona filii palam, & bona fide emere, dixit *Bart. in l.frater à fratre, col. antepenult. verſ. tertio quæro, ff.de condict. indeb.* Hactenus *Reg. Revert.*

5 Beneverum ibi *D. Reg. de Marin.in obſerv.* ſenſit eſſe dubiam reſolutionem *Reg. Revert.* per *text.in l.non licet,ff.de contrab.empt.& in l. ſi in emptione, §.fin.in fin.verſ.tutor,ff.eo l.* quia reſiſtit lex, ut quis emptoris, & venditoris officio fungatur, *l. pupillus, §. item ipſe, ff. de author. tut.* Et reſpondet *ad d. l.ſi Conſul*, ubi dicit *text.* quod filiusfamilias Præſes poteſt authorari adoptioni ſuæ, vel emancipationi, occurrens *de Marin.*, quod officia illa non erant prorſus repugnantia, prout eſt perſona emptoris, & venditoris ſimul. Ad *textum* verò *in d.l.cum ipſe,C.de contrah.empt.* reſpondet cum *gloſ.* ibi, quia tutor emit à contutore. Idemque notat *Menoch. præſ. 80. lib. 3. n. 9. & 10.* Vel quando tutor emit palam, & bona fide, & ſic ſubhaſta, nam tunc potius dicitur emere à Judice, quam à ſeipſo, *Menoch. loc. cit. num.8.*

6 Magiſtraliter *Reg. de Marin.* concedit, ut poſſit procurator à ſeipſo emere ſubhaſta, & palam, & bona fide, idque evenit in emptione fiſcalium, & annuorum Regiorum introituum, quia habentur pretia ex aliis publicis

P 2 ven-

venditionibus, & ceſſat fraus, & ſi in his caſibus juxta tanti *Authoris* traditionem poteſt procurator ad vendendum à ſeipſo emere. Conſequenter poteſt quis duarum perſonarum muoere fungi, & vẽditoris, & emptoris.

ARGUMENTUM.

Scribens an cenſeatur procurator, vel principalis ordinem dirigens Banco, ut pro ſe Titio ſolvat tot aureos nomine, & pro parte Petri, quos dicit ſolvere pro totidem debitis per Petrum Titio? Elucidatur res à ſimili de conſtituente pro alio ſolvere, an conſtituenti excuſſionis beneficium competat?

SUMMARIUM.

1 *Principalis, vel procurator, an ſit mandans Banco, ut ſolvat Titio, quod ei debet Cajus?*
2 *Reſolvitur adverſus Scribentem.*
3 *An competat beneficium ordinis* Scribenti.
4 *Quid in conſtitutore, an competat ipſi excuſſionis exceptio?*

CAP. LXXXIV.

1 Dirigens ordinem Banco, ut pro ſe tot aureos ſolvat Titio, quos dixit ſolvere pro Cajo pro totidem ab iſto debitis, an ſcribens cenſeatur procurator, vel proprio, aut fidejuſſorio nomine pro Cajo teneatur.

Ad majorem intelligentiam quæritur: an apocha Bancalis his verbis: *Pagate per me à Tizio docati mille, ditti, e li pago in nome, e parte di Cajo per tanto, che lui deve*, obliget Scribentem ex vi chirographi ad ſolvendum, ſi pecunia non ſit in Banco?

Pro convento edifleritur, quod ipſe totum ſcripſerit uti procurator Caii ex verbis illis, *in nome, e parte di Cajo*, Et conſequenter de proprio non teneatur ex *text. in l. fin. ff. de inſtit. act.* cum deſint verba propriam perſonam obligantia.

2 Adverſus Scribentem è contrario adducitur, ut ad ſolvendum mille cogi poſſit, nec aliter ſubveniri poſſit, ut tanquam procurator ſcripſiſſe intelligatur, cum non conſtet de mandato, Scribentem ipſum ſcilicet debitoris eſſe procuratorem, quo caſu uti principalis cenſendus ſit, non uti procurator, ità in puncto ex *Bart. & aliis Berous conſ. 199. per tot. lib. 1.* præſertim *n. 7.* ubi expreſſis verbis dicit, quod ſi non conſtat de mandato, idem ſit, ac promittere ſolutionem pro debitore, ibi; *Præterea in caſu noſtro benè conſideranda ſunt promiſſionis, & obligationis verba, nam Laurentius dixit, quas pecunias promitto nomine dicti N. ſolvere certo tempore abſq; exceptione aliqua, ex quibus verbis cum non conſtet de mandato aliquo ipſi Laurentio facto, Laurentius videtur non tanquam nuncius, nec tanquam procurator, ex quo non habuit mandatum per prædicta, ſed tanquam expromiſſor pro N. ſe obligaſſe, & interceſſiſſe, quoniam tantùm eſt dicere, promitto nomine Titii, quantùm eſt dicere, promitto ſolvere pro Titio, ut colligitur ex verbis Bart. quem alii ſequuntur in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper. nov. nunciat.* Hæc *Berous*, cujus ſententiam ſequitur *Tuſc. pract. lit. P. concl. 823. num. 18.*

3 Dubitari tamen jure poterit, an Scribenti beneficium excuſſionis principalis competat uti fidejuſſori, quoties enim quis id, quod Titius debet creditori ſolvere promittit, quamvis verbis, & loquendi modo attentis, ut principalis ſe obligare videatur, attamen quoad juris effectum pro fidejuſſore habendus, ideòque ante principalem debitorem exequi non poterit, ità in puncto poſt *Claſſicos* declarat *Cappell. Tholoſ. lib. 2. obſ. 28. n. 1.* ubi tamen limitat, ſi in tali promiſſione novatio ſubintraret, quia tunc ceſſaret beneficium ordinis, ità in terminis *D. Reg. de Marin. lib. 2. reſol. 26. à n. 1.* ubi tamen tradit audiendum Scribentem in vinculis, vel facto depoſito adverſus apocham Bancalem virtute *Pragmaticæ*.

4 Conſtituens ſe pro aliquo ſoluturum, an gaudeat beneficio excuſſionis principalis. Et diſtinguitur, quod aut quis ſimpliciter conſtituit ſe ſoluturum, quod alius debet, & gaudet excuſſione, *gloſ. in §. ſi quis igitur, Auth. de fidejuſſ. Coſta in praxi conve. à præf. n. 110. Caſar. Peregr. q. 3. n. 13.* Si autem quis uti principalis ſe conſtituit ſoluturum, quod alius debet, & tunc non gaudet excuſſione, juxtà *Gryll. obſerv. 28. n. 6. lib. 2. Marſill. de fideicommiſ. à n. 62.* & hanc opinionem in praxi ſervandam tradit *Coler. de proceſſ. execut. p. 1. cap. 10. n. 299.* Idem èſt, ſi quis promittit ſe ſoluturum in locum alterius, qui ſe conſtituit in locum principalis debitoris. Nec facit, quod expreſſe debeat renunciari, & non tacitè dicto beneficio, *Auth. præſente, C. de fidejuſſ. Theſ. dec. 166.* quia ſatis dicitur expreſſa renunciatio, cum evidenter colligatur ex verbis promiſſionis, quod aliquis ſe conſtituat in locum debitoris, late *Gratian. diſcept. 164. num. 20.*

ARGUMENTUM.

Emens pro perſona nominanda, quam perſonam repræſentet, vel nominatæ, vel propriam, aut fidejuſſoris pro nominata? Emens poteſt compelli nominare. Intra quantum temporis nominatio ſit facienda? Et an creditores

tores

Digitized by Google

toreſ nominatæ perſonæ hypothecarii præferantur creditoribus nominantis diſcutitur.

S U M M A R I U M.

1 *Modus emendi pro perſona nominanda eſt permiſſus, & frequens.*

2 *Emens pro perſona nominanda, quam perſonam repræſentet?*

3 *Gabellam non ſolvit nominatus.*

4 *Emens pro perſona nominanda poteſt compelli nominare, & ità ſervatur.*

5 *Nominatio facta, an ſit intimanda, vel debeat inveſtigare vendens?*

6 *Emens pro perſona nominanda ante nominationem eſt dominus, & an revocabiliter?*

7 *Emens hujuſmodi non poteſt recedere à contractu.*

8 *Ceſſante emptore à nominatione res ſibi purè cenſetur adquiſita.*

9 *Ante ratificationem nominati emens cenſetur dominus.*

10 *Quid ſi emptor hujuſmodi contrahat debita, an res tranſeat obnoxià creditoribus ementis?*

11 *Nominatio intra quantum temporis ſit facienda?*

12 *Quid ſi emens promittat ſolvere pretium?*

13 *Senſus* Authoris.

14 *Adducitur formula cujuſdam oblationis.*

C A P. LXXXV.

EMens pro perſona nominanda, an ſit principalis, vel repræſentet perſonam nominatam, aut ſit nominati fidejuſſor?

1 Praxis emendi pro perſona nominanda frequens eſt apud Mercatores, adhoc ut in ipſorum indigentiis prompte habeant emptores ob ſecuritatem, quam putant emptionis eo, quod nominatus tutos emat, tanquam rem creditoribus nominantis non obnoxiam. Modusq; hic emendi pro perſona nominanda eſt à jure permiſſus, juxtà *Dec. in conſ. 543. Mantic. dec. 333.* pulchre *Faber. def. 1. C. ſi quis alteri, vel ſibi.* Beneverom dicit potius de conſuetudine permiſſum.

2 Ad reſolutionem quæſtionis deveniendo videtur dicendum, quod emens pro perſona nominanda repræſentet nominatum, quia nominatione facta, hæc retrotrahitur in præjudicium creditorũ nominantis ad tempus emptionis factæ, ità *Gratian. diſcept. 547. Cencius de cenſib. q. 67. Surd. dec. 152. Carcer. p. 1. var. cap. 8. n. 192.* late *Noguerol. alleg. 11. n. 88.* Et nominatione facta dominium tranſit in nominatum, ità ut nec aliquo tempore dicatur fuiſſe penes nominantem, ac ſi contractus fuiſſet celebratus per nominatum, *Gratian. diſc. 132. num. 32.*

3 Hinc una gabella ſolvitur, quaſi nominatio fiat pro executione primi contractus, *Surd. dec. 126. in princ. & dec. 182.* Quamvis *Fab. ubi ſup. def. 5.* concedat, ſi nominatio fiat intra 40. dies, & ſequitur *D. Hodiern. ad Surd. deciſ. 222.*

4 Urget, nam emens pro perſona nominanda poteſt compelli ad nominandam perſonam, juxtà formam emptionis, ità ex *text. in l. 1. C. de pact.* ex *Riminal. jun.* probat *Cencius d. quæſt. 67. num. 11.*

Paſſim proindè ſervatur, quoties fit licitatio in venditione ſubhaſta pro perſona nominanda, tunc mandator licitanti, quod nominet perſonam, prout facta locatione bonorum patrimonii Ill. Marchionis Pinelli per S.C. accenſa candela, cum licitaſſet procurator creditorum pro perſona nominanda, per Regium Conſiliarium tunc temporis D. Thomam de Aquino, deindè meritiſſimum Regentem mandatum fuit licitanti, ut nominaret perſonam. Et cum non idoneum nominaſſet, coactus fuit nominatus per ſe conductionem aſſumere Terræ Aquævivæ, & aliorum bonorum patrimonii, in quo obſtant nominanti verba *Jureconſulti in l. quid ergo, ff. ad municipal.* ibi: *Periculum agnoſcet, qui non idoneum nominavit.*

5 Ad hæc emens pro perſona nominanda in actis talis Notarii, quam interim pro nominata haberi voluit, nominatio deinde facta non eſt intimanda, unde ſi venditor cenſus redimat illum, male ſolvat, ſeu cenſum nulliter extinguit *Gratian. d. cap. 194. n. 10.* ubi refert ità *Rotam* judicaſſe, quia cum ſciret ex eodem contractu ementem non inſerviſſe pro ſe, ſed pro nominando, præſumitur ſcientia in eo, qui tenebatur inveſtigare. Præſertim quia intimatio nunquam eſt neceſſaria, niſi exprimatur, & ſequitur *Cencius q. 67. n. 17.* ubi quod licet ad effectum, ut acquiratur cenſus perſonæ, pro qua facta emptio, ut fiat nominatio, non tamen requiratur, ut illa intimetur *Rota dec. 162. poſt tractat. Cencii.* Et *Cencius* taxat *Gratianum* ſibi varium in *dec. 135.* prout advertit *Salg. p. 2. cap. 13. n. 45.*

6 E' contrariò contra ementem pro perſona nominanda addocitur, quod donec nominatur, ſeu declaratur perſona, jus, & dominium rei acquiritur emptori ipſi ex *regula l. ſecundum reſponſum, C. de contrah. vel committ. ſtipul.* & ibi *DD. Alex. conſ. 242. lib. 6. n. 3. Dec. conſ. 543. n. 2.* Licet revocabiliter tale jus acquiratur, quouſque fiat nominatio, *Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 22. n. 9. Marta conſ. 143. n. 16. & 20. Magon. dec. Flor. 37. n. 16.* & vide infra.

7 Præterea emens pro perſona nominanda amplius recedere non poteſt ab emptione, *Maugil. de ſubhaſt. q. 2. D. Reg. de Marin. lib. 1. reſol. 74.* etiam ſi eſſet facta oblatio ad tempus limitatum, *D. Reg. Marcian. diſp. 91. Amat. reſ. 38. n. 2.* & pendente nominatione omne jus reſidet penes habentem facultatem no-

mi-

minandi. Et conſequenter periculum eſt illius. Et numinatione non facta cenſetur pro hujuſmodi emente, & non pro nominando emptio facta, *Iaſ. in l. ità ſtipulatus n. 6. ff. de verb. oblig. Magon. dec. Flor. 49. n. 10.*

8 Ulterius, nam ſi omni tempore emptor ceſſet à nominatione, res remanet ſibi, ac ſi pro ſe tantùm recepiſſet, *Mantic. de tacit. lib 4. tit. 22. n. 9.* Ità ſimiliter dicendum, ſi pro aliquo tempore ceſſet à nominatione, quia pro illa rata, temporis cenſebitur emptor pro ſe, *Alex. conſ. 232. lib. 6. Marta voto 127. num. 8.*

9 Adhæc ante nominationem, & ratificationem nominati emptor pendente conditione dicitur dominus, *l. ſecundùm reſponſum, C. de contrah. empt. Alex. ubi ſup. Amat. reſol. 49. Salgad. in labyr. credit. p. 2. cap. 9. n. 40.*

10 Quinimò ſunt, qui volunt, quod ſi emptor ante nominationem contrahat debita cum hypoteca, & deindè faciat nominationem, in hoc caſu, quia interim hujuſmodi emptor erat dominus, ratione dominii res empta comprehenditur in hypoteca, & præferuntur nominato creditores hypothecarii, cum non poſſit fieri retrotractio in præjudicium tertii, dum emptio facta fuit pro incerta perſona, & fit ex cauſa voluntaria, ità *Alex. ubi ſupr. Coſta de port. rat. q. 133. Marta conſil. 127. & 139. Hodiern. ad Surd. dec. 226.*

11 Alii quoque volunt nominationem faciẽdam intra 40. dies, ut *Fab. def. 1. & 2. ubi ſup.* Alii intra 60. dies, *l. quod ſi nolit, §. ſi quid ità, ff. de ædil. edict.* Alii intra annum *Gratian. dec. 135. num. 5. Surd. dec. 325.*

12 Accedit, quod ſi emptor hujuſmodi promittit pretium ſolvere, non liberatur nominando perſonam, ut probat *D. Altimar. ad Reg. Rovit. in conſ. 70. n. 3. lib. 2.* ex *Reg. Galeot. controv. 61. lib. 2. & D. Præſ. Merlin. contr. 67. n. 13. cent. 2.* & ego obtinui contra conductorem cujuſdam prædii pro certa perſona abſente.

Vel quia nominans tenetur ſaltem uti fidejuſſor ex *l. 1. ff. de Magiſtr. conven. ut Epiſc. Afflict. contr. 45.* & ſcripſi in *Gratian. cap. 194. n. 10.* & non nominans habilem proprio nomine obligatur per *text. in l. cum vendente, C. ubi res fiſcal.* & ibi *Caſtr., Bald., & Salic. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. n. 204.* & procedit in licitatione rerum privatarum *Boer. dec. 273. n. 5. Barboſ. in l. maritum n. 86. ff. ſol. matr.*

13 Quid igitur erit concludendum in articulo propoſito, in comperto non eſt; Diſtinguendum igitur cenſeo, quod emens pro perſona nominanda, ante nominationem cenſeatur dominus licet revocabiliter, & nominare teneatur intra legitimum tempus potiſſimum, juxtà intervallum in oblatione præfixum, alias intra annum exiſtimo poſſe. Beneverum teneatur nominare perſonam idoneam, & ementem pro nominato uti fidejuſſorem obligatum fore. Quoad creditores nominantis ſuper re empta poſt factam nominationem dominium adquiri perſonæ nominatæ, & retrotrahi illud ad diem emptionis in præjudicium creditorum medii temporis nominantis.

14 Operæ pretium duxi tranſcribere formulam oblationis nuper factæ in R. Cam. Summariæ.

Io ſottoſcritto N. mi contento, che s'accetti l'offerta preſentata a' 14. di Marzo ſcritta con retroſcritte moderazioni firmate da Magnifici Signori Governatori, e con facoltà, che durante trè meſi reſti detto affitto in mia perſona, ed io debbia obligarmi, e quelli claſſi poſſa io nominare altra perſona, la quale debbia riceverſi eſſendo à ſodisfazzione delli Magnifici Governadori, ed in detto modo s'intendono accettate le ſudette moderazioni, e fatta la retroſcritta offerta, e non altrimente.

Attendenda itàque erat forma, tàm reſpectu offerentis, quàm vendentium, & acceptantium, ut unuſquiſque ſibi conſulat, ut offerens expreſſe ſibi caveat reſpectu deobligationis, & vendens in cautela pro pretio, ut paſſim fiunt formulæ, & inſpiciuntur per vendentes, aut creditores, de qua re dixi latè *d. cap. 194. & 207. Gratiani.*

ARGUMENTUM.

Pater quando repræſentet perſonam legitimi adminiſtratoris in bonis filii, & an vigore gratiæ Regno noſtro conceſſæ poſſit in caſu obitus filii impuberis excludere fœminas à feudis maternis, vel aliis, & nominare maſculos in gradu ſucceſſibili, qui ſucceſſiſſent feminis nõ extantibus?

SUMMARIUM.

1 *Pater eſt legitimus adminiſtrator in bonis filii, in quibus eſt uſufructuarius.*

2 *Quid in bonis, in quibus non competit uſuſfructus.*

3 *Diſtinguens opinio.*

4 *Pater vigore gratiæ, an poſſit pro filio impubere fœminas à feudis excludere, & vocare maſculos.*

CAP. LXXXVI.

Pater quam perſonam repræſentat, ſi agat, vel adminiſtret bona filii, & quæ valeat expedire, involuta eſt quæſtio. Abſque diſtinctione tamen reſolvi non poteſt articulus propoſitus.

1 Propter patriam poteſtatem, propter quã pater uſumfructum conſequitur in omnibus caſibus, in quibus illum habet, efficitur per

legem

legem legitimus adminiſtrator bonorum filii, & tàm in judicio, quàm extra omnia poteſt gerere ſine decreto, & facultate Judicis, per *text.in l.1.C.de bon.mater.l.cum oportet,§.ultimo, C.de bon. quæ lib. Barboſ. in l.3. n.7. ff. ſolut.matrim. Reg.de Pont.conſ.31.n.3.lib.1.* & expedit pro filio omnia etiam ſpeciale mandatum exigentia, *Burſat. conſ. 21. n. 4 lib.1. Caſtill. de uſufruct. cap. 3. n. 10. & ſeqq.* ubi quod filiusfamilias ſine conſenſu patris ſtare non poteſt in judicio.

2 Totum dubium eſt in adventitiis, in quibus pater ipſe non habet uſumfructum, & tunc ſubdiſtinguendum eſt. Aut à principio uſusfructus non fuit quæſitus patri, nec potuit quæri, & tunc ſi filius eſt major poteſt in judicio, & extra judicium agere abſque patris conſenſu, juxtà *text.in l. Afflict.dec.180.n.3. Barboſ.in l.2. §.quod ſi in patris, n.19.& in l.3. à n.4. ff.ſol. matrim.* In adventitiis, in quibus pater potuiſſet habere uſumfructum, ſi voluiſſet, & privetur eo ſua voluntate, vel ex diſpoſitione legis, tunc filius agere non poterit citrà conſenſum patris, *gloſ.in l.fin.verſ. neceſſitate, verb.imponenda, C.de bonis, quæ lib. Barboſ. in d.l.3.à n.7.* Controverſia tamen eſt, an à principio intervenire debeat conſenſus, vel ſufficiat ex poſt facto? Alii enim volunt à principio conſenſum requiri, ità ut ſine ſpe reconvaleſcientiæ nulliter agatur, ut *gloſ. in d.§.neceſſitate, Barboſ.in d.l.3.n.8.* Oppoſitum firmat *Afflict. dec.180. ad finem.*

3 Acrior concertatio eſt, quando agitur de filiofamilias minore, utrum pater ſit legitimus adminiſtrator filii in ſua poteſtate exiſtentis, & tunc etiam diſtinguendum eſt. Aut ex prohibitione relinquentis uſusfructus non acquiritur patri, & hoc caſu curator dari debeat bonis hujuſmodi filio minori, nec pater poſſit eſſe legitimus adminiſtrator. Vel neq; legi, neque teſtatori eſt ſuſpectus, ſed ſimpliciter in favorem filii pater uſumfructum non habet, vel quia ipſe ſponte recuſavit uſumfructum habere, & pater legitimā adminiſtrationem habet, *Caldas in l. ſi curatorē habens, verb.læſis, n.147.Caſtill.ubi ſup.n.62.*

Imò Pater uti legitimus adminiſtrator filii minoris poteſt bona mobilia illius ſine decreto alienare, *Jaſon.in l.præſes n.5. C.de tranſact.* & poſt alios *Caſtill.ubi ſupr. n.68.* ubi ait ſolum controverti, an poſſit alienare bona immobilia ſine decreto.

Advertendum autem eſt, quod pater tenetur reddere rationem de adminiſtratis, & inventarium conficere, *Caldas ubi ſupra n.134.Caſtil.n.107.* aliter eſt in patre habente uſumfructum, qui nec inventarium conficere tenetur *Caſtill. num.118.*

4 Pulchrum dubium eſt de filiofamilias feuda materna, vel ab aliis obventa poſſidente, qui infans ſit, vel impubes; utrum pater uſumfructum habeat, vel legitimus adminiſtrator ſit, & valeat vigore gratiæ Regno noſtro conceſſæ in caſu obitus filii impuberis excludere ſorores, & fœminas proximè ſucceſſuras in feudo, & nominare maſculum in gradu ſucceſſibili, qui ſucceſſiſſe fœminis non obſtantibus.

5 Primam difficultatem tangit *Reg.de Marin. lib.2.reſol.69.n.16.* ubi quærit: an pater comparere poſſit pro filio infante, agendo in materia feudi, tanquam curator, vel tanquam pater? Dici poteſt, quod poterat tanquam pater, ex *text.in l.patri, ff.de min.* adducendo *gl. in l. tutores in verb. inferre*, juncto *text.ff.de admin.tut.* potuit *Speculator*, & poſt eum *Jo: Andr.in tit.de proc. §.conjuncta perſona, verſ. item his*, pro iſta opinione allegantur *Bald. & Angel.in l.ſed & hi, ff.de proc.* & poſita per *DD. in l.exigendi, C. de proc.* Dicebat etiam, quod hoc conceditur cuilibet perſonæ conjunctæ, ſi illa perſona non habeat tutorem, vel curatorem, ut in prædictis juribus *Bald. in l. Senatus, C. qui accuſare non poſſunt*, & per illum *text.*, & ſic multò fortius eſt concedendum patri, ex quo de patre eſt, *text.clarus in d.l.patri*, & ex hoc inferebatur, quod pater licet in feudis non habet uſumfructum, ut ſupra allegavi, & conſequenter non ſit legitimus adminiſtrator, quando habet uſumfructum, ut per *gl. & DD.in Auth. excipitur*, poſt alios ſequitur in *6. notabili, C. de jur. delib.* ubi voluit per illum *text.*, quod pater pro filio infante dicitur eſſe legitimus adminiſtrator etiam in bonis, in quibus non acquiritur uſusfructus, & per conſequens in iſto dubio pater non modo poteſt comparere, ut perſona conjuncta, ut ſupra dixi, verum etiam pro filio infante poteſt agere, tanquam adminiſtrator etiam in feudalibus, in quibus patri non acquiritur uſusfructus, & per conſequens non videtur neceſſarium diſcutere, an ut Curator, idem *de Marin.loc.cit.*

An poſſit pater in caſu obitus filii feudatarii infantis, vel impuberis excludere ſororem illius à feudis vigore gratiæ Regno conceſſæ, & maſculum, qui ſucceſſiſſet fœminis non extantibus vocare ad ſucceſſionem feudorum filii? Pro opinione ajente ſcripſi in *tract. de linea lib. 1. art. 6. n. 66. & ſeq.*

ARGUMENTUM.

Duplex ſalarium, an debeatur Officiali, qui duplex exercet officium, unum ſcilicèt proprium, alium per accidens? Illuſtrat rem *D.Card.de Luca*, & deciſionem refert. Qui ſi unum officium dividatur in duos?

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Salarium duplex debeatur, duplex exercens officium.*
2 *Diſcurſus* D. Card. de Luca.
3 *Officialis plura explicando negotia in eodem itinere, an plures dietas exigat.*
4 *Quid ſi unum officium dividatur in duos?*

CAP. LXXXVII.

1 Salarium duplex, an debeatur duplex exercens officium, quandoque dubitari contingit. Ratione duplicis oneris, & ſollicitudinis duplex emolumentum deberi ex *tex. in Auth. in Judic. ſine quoque ſuffrag.* ait *Angel.* poſt *gloſ.* ibi *Bald. in l. binos, C. de Advoc. diverſ. Judic. Jo: de Platea in l. his ſcholaribus, C. de erog. milit. annon. n. 12. Paul. de Caſtr. in l. ſi eadem n. 4. ff. de offic.* & ſecundum hanc opinionem per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio judicatum inveniſſe, refert *D. Reg. de Marin. lib. 1. reſol. 312.* in perſonas D. Camilli de Curte, & D. Martii de Gorioſtola, & D. Marcelli de Mauro, qui in Regia Camera Præſidentis, & Fiſcalis officium exercuerunt, addo *Zacchiam de Salar. q. 11. n. 11. Card. de Luca lib. de juriſd. diſcurſ. 85. in fin.* concludens his verbis:

2 *Et propterea cum Judici agenti cauſam contraventionis bonorum debeatur quarta, Theſaurario autem, tanquam Theſaurario, abſque eo, quod nullo modo ſe ingerat in cauſa, debeatur etiam decima, dicendum omnino eſt, quod ſi ex mandato Principis, ille qui eſt Theſaurarius, deputetur etiam Judex, utrumque emolumentum conſequi debet, dum ità nulli ſit injuria, & præjudicium. Si enim cauſa cognita fuiſſet ab alio Judice, puta Camerario, utique iſta duo emolumenta erant præſtanda, unum Judici, alterum Theſaurario. Ergo nihil intereſt partibus, quod iſta emolumenta, quæ jam ſolvenda erant, intrent in unam, vel duas burſas. Atque irrationabile videtur, quod Theſaurarius, qui abſque labore, vel opera, nec quidem minima conſequitur decimam de incamerationibus, tanquam nudum emolumentum officii, debeat eandem decimam, & non aliud percipere in cauſis per eum ex Principis delegatione tractatis, & in quibus laborat, nam ità remaneret labor ſine præmio*, & ità judicatum refert in fine *Card. de Luca.*

3 Officialis plura explicando negotia in eodem itinere, an plures dietas, vel plura emolumenta exigat? Ex *D. Reg. Rovit. pragm. 6. de Commiſſ. & prag. 15. de official. Zacchia d. q. 11. D. Reg. de Marin. ubi ſupr. Card. de Luca in prax. judic. diſc. 24. n. 5.* ità ſcribit: *Et cum eiſdem legalibus ſubtilitatibus affectari ſolet plurium negotiorum complicatio, ità ut multiplicata obtinerentur integra ſtipendia ex leguleicis traditionibus, quod officiali plura officia, vel munia exercenti, vel implenti, quam plura ſtipendia, vel emolumenta congruant* ...

Facit, quod conductus ad negotium intra certum tempus peragendum, ſalarium totum conſequitur, ſi negotium breviori tempore peragat *Zacchias q. 41.* Idemque ſi uno die quis faceret, quod in duobus, *Barboſ. in l. de diviſione n. 7. ff. ſolut. matrim. Pacion. de locat. cap. 50. num. 98.*

4 Officium, quod unum erat, ſi dividatur in duo, tunc ſalarium dividitur *Bald. in l. binos, n. 3. C. de advoc. diverſ. Judic. Pacion. n. 93.*

ARGUMENTUM.

Abbatiſſa Monaſterii capacis in communi reſpectu ſucceſſionis repræſentat perſonam deſcendentis, agnatæ, & cognatæ. Ex conceſſione Apoſtolica poteſt exercere juriſdictionem, & ſubſtinere perſonam Judicis, & quam poſſit habere juriſdictionem ſpiritualem declaratur. Subſtinet demum poteſtatem Prælatæ. An ſuccedat in Majoratibus, & fideicommiſſis agnatitiis? Quid ſi adeſſet onus aſſumendi nomen, & inſignia? Refellitur *Sanchez*, & declaratur *dec. 29. Præſ. de Franch.*

SUMMARIUM.

1 *Abbatiſſa repræſentat perſonam filiæ ad finem ſuccedendi.*
2 *Monialis, an ſuccedat in fideicommiſſis agnatitiis?*
3 *Quid ſi adeſſet onus aſſumendi nomen, & inſignia?*
4 *Refellitur* Sanchez per Rotam Romanam.
5 *Differentia inter ſucceſſionem perpetuam Monaſterii, & ad vitam Monialis.*
6 *Quid in Majoratibus.*
7 *Si teſtator injunxit onus aſſumendi nomen, & inſignia ſuccedit Monachus.*
8 *Abbatiſſa ex conceſſione Apoſtolica, an exerceat juriſdictionem ſpiritualem?*
9 *Abbatiſſa gerit munus Prælatæ, & legitimæ adminiſtratricis.*

CAP. LXXXVIII.

1 Abbatiſſa plurium perſonarum vices ſubſtinet. Primam filiæ reſpectu ſucceſſionis paternæ ſibi delatæ, vel maternæ, quando Monaſterium eſt capax in communi, & ſucceſſionis jure agnationis, & cognationis, nam hæc jura tanquam ſanguinis non amittit monialis, cum jus agnationis nec pacto dirimi poſſit, neque alio jure civili, *l. jus agnationis, ff. de pact. l. jura ſanguinis, ff. de reg. jur. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 13. n. 73. Tiraquel. de nobilit. cap. 26. num. 8.*

2 Suc-

2 Succedit etiam Monialis profeſſa in fideicommiſſis familiæ, & agnationi relictis; nam licet non poſſit conſiderari ea propagatio ſucceſſionis, in qua conſiſtit effectus, & conſervatio familiæ. Benè tamen retinet agnationis jura, ut *Bald. in l. 1. n. 55. C. de Summ. Trin. & Fid. Cathol. & in conſ. 30. lib. 1. Lap. alleg. 101. n. 4. Brun. de Statut. excluſ. fæmin. art. 12. princ. q. 11. n. 165.* qui voluere, ut etiam ipſe Monacus concurrere poſſit ad eam ſucceſſionem, quæ ex diſpoſitione Statuti reſervata ſit ſolis agnatis, & retinet jura ad effectum inteſtatæ ſucceſſionis, *Dec. in Auth. ingreſſi n. 7. C. de ſacroſ. Eccl. Bar. in Auth. ſi qua mulier, n. 5. & Bald. n. 10. C. eod.*

3 Totum dubium conſiſtit, quando vocati eſſent deſcendentes à ſorore, vel à fœminis cum onere aſſumendi nomen, & arma teſtatoris, an veniret Monacus, vel veniat Monialis. Negat *Sanchez in Summa lib. 7. cap. 15. n. 25.* ubi diſputando de utriuſque opinionis veritate, dicit opinionem ad favorem Monaſterii videri ſibi probabilem. Sed contrariam probabiliorem, cum teſtator habeat rationem conſervandæ agnationis, & per conſequens cenſeatur excludere Monaſterium, juxtà *dec. 29. Præſ. de Franch. n. 8. Ginrb. dec. 32. num. 27.*

4 Cæterum verius eſt, Monaſterium ſuccedere durante vita Monaci, ſivè Monialis, ut *Rodr. canonic. 99. tom. 2. q. 78. art. 13.* ubi ità judicatum refert in Regio Senatu Pinciano, dum hæc qualitas non videtur repugnare ſtatui Religioſo; quia nomen agnationis in Religione communiter retineri ſolet, cum inſignibus familiæ, ſatis eſt, ut profeſſus utatur in annulo ſignatorio, quoties occaſio feret, non autem neceſſe ſit, deferre humero ſuſpenſa, ità *Rota dec. 434. num. 4. & ſeq. par. 13. rec.*

5 Opinionem *Sanchez* admitti, ait *Rota* in terminis, in quibus teſtator nollet Monaſterium ſuccedere loco filii ad excluſionem ſubſtituti perpetuam, juxtà *dec. 29. de Franch.* & ità intelligendos *Guttier. Canonic. quæſt. 32. n. 29. D. Reg. Tapia in Auth. ingreſſi, C. de Sacroſ. Eccleſ. cap. 16. n. 10.* Aliter ſi agatur de ſuccedendo vita durante Monaci, vel Monialis.

6 Vel procedere in Majoratibus Hiſpaniæ, qui ex conſuetudine illius Regionis ſolent poſſideri cum quodam ſplendore, & pompa, & hos eſſe terminos, *Molin. de Hiſp. primog. lib. 1. cap. 3. n. 95.* quem ipſe *Sanchez* ſequutus fuit. Aliter ſi Majoratus non habeat juriſdictionem annexam, quia ſuccedit Monacus, vel Monialis, *Molin. cap. 13. n. 95. Cabedo dec. Luſit. 113. Gamma dec. 6. num. 4.*

7 Neque obſtat, quod aſſumptio nominis, & inſignium ſit ſpecies quædam adoptionis, ut notatur in *l. Senatoribus, & l. cum adoptivum, C. de decur. lib. 10.* & conſuluit *Cephal. conſil. 250. n. 40.* & Monacus non poſſit adoptari, quia impropria eſt adoptio, ità reſpondet *Rota ubi ſup.* aſſignando diverſitatem, & *deciſiones Rotæ 433. & 434. par. 12.* Magiſtralem appellat *Card. de Luca de fideicomm. diſc. 63. n. 9.* & conveniunt *Dunozett. dec. 938. & 945. Celſ. dec. 341. num. 99.*

8 Poteſt etiam ex indulto Apoſtolico Abbatiſſa conferre beneficia in Eccleſia Monaſteriali exiſtentia, & habere juriſdictionem in beneficiatos privativè ad Epiſcopum, ut de Abbatiſſa S. Petri Puellarum Barchinon. *Rota* penès *Bichium dec. 267.* ubi quod licet fœmina non ſit capax juriſdictionis ſpiritualis, & Clavium, *cap. nova de pænit. & remiſſ. cap. de Monialibus de ſent. excomm.* ideòque non poſſit cogere ad obediendum mediante interdicto, vel ſuſpenſione. Attamen id procedit in ſuſpenſione propriè ſumpta, ob quam contraveniens irregularitatem incurrat *Bonacin. de cenſur. in comm. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 2. n. 4.* Sed non in ſuſpenſione impropriè ſumpta, quæ fit ſubtrahendo redditus, & prohibẽdo beneficiatis ſibi ſubjectis exercitium officii, ac celebrationem miſſarum, *Abb. in cap. dilecta de major. & obed. n. 5. Layman, Theolog. mor. lib. 1. tract. 5. cap. 3. n. 3. Tamburr. de jur. Abbatiſſ. diſp. 32. q. 5.* Et eidem Abbatiſſę competit poteſtas privandi beneficiatos, quamvis hoc ſpectet ad juriſdictionem ſpiritualem, ità *Rota d. dec. 434. num. ult.*

9 Gerit quoque Abbatiſſa perſonam Prælatæ, & Superioris Monaſterii, cui præſtant Moniales obedientiam, & legitimæ adminiſtratricis bonorum munus ſubſtinet, & primam, & præcipuam figuram repræſentat.

ARGUMENTUM.

Hæres cum inventario, ſi non exprimat qualitatem hæreditariam, & reſtituat ſortem minori creditori cenſuali hæreditatis cum authoritate curatoris, an agat uti tertius, ſi reportet ceſſionem tranſlativam, & an perſeveret cenſus vivus? Expenditur defectus poteſtatis cedentis, & commodum, & damnum ſimul ceſſionarii, & ſenſus *Authoris*.

SUMMARIUM.

1 *HÆres cum inventario ſimpliciter reſtituens ſortem cenſualem, an ſolvat tanquam tertius?*

2 *Solutio, an cenſeatur facta per hæredem ad liberandam hæreditatem?*

3 *Minor an poſſit facere ceſſionem tranſlativam jurium hæredi debitoris ſolventi?*

4 *Hæres non exprimens qualitatem hæreditariam reputatur uti tertius.*

5 *Actio, & paſſio poteſt eſſe in hærede cum inventario, & qualiter.*

6 *Ceſſionem jurium extinctivam, & translativam opinatur* Author.

C A P. LXXXIX.

1 HÆres beneficiatus citra expreſſionem qualitatis hęreditarię, ſi creditori cenſuali hæreditatis ſolvat ſortem, & reportet ceſſionẽ translativã, & non extinctivã, utrum agat ut tertius, & valeat ceſſio, ſi facta ſit ſolutio minori cum authoritate curatoris?

2 Ceſſionis translativæ nullitatem ſuadet, quod actio, & paſſio non dentur in eodem ſubjecto, & nemo poſſit eſſe ſui ipſius creditor, undè actus referri potiùs debeat ad liberandum, & in cauſam neceſſariam, quam voluntariam, cum idem ſit hæres, & debitor.

3 Qualitas cedentis idem comprobat, quia minor creditor facere poterat actum neceſſarium, & extinctivam ceſſionem abſque ſollemnitatibus, & non poterat facere translativam, tanquam voluntariam alienationem, cumque voluntas regulanda ſit à poteſtate, idcircò geſtum cenſetur id, quod licitè, & validè fieri poteſt, ut in ſpecie *Rota dec.358. & ſeq.* poſt *Cenc. de cenſib. & dec.67. & 95.* poſt *Merlin. de pignor. & dec.83.* ubi pro ceſſione translativa, quamvis verba extinctionem indicantia concurrerent, ut verba *redimere, retrovendere, retrocedere,* & ſimilia. Et è converſò in allegatis deciſionibus non curatur de verbis, *ponens, conſtituens, transferens,* & ſimilibus, ubi de ſubſtantia voluntatis conſtat faciendi ceſſionem extinctivam ratione incompatibilitatis, quia ratione illius talia verba intelligi debent eo modo, quo compati poſſunt cum actu, reſpectu ſcilicet jurium crediti in ſorte, & fructibus ſolutis ad effectum excipiendi, vel etiam agendi, nõ autem ut cenſus perſeveret vivus quoad curſus fructuum in futurum, ac etiam ut ſubjaceat hypothecis cedentis in damnum ipſius ceſſionarii.

4 E' contrariò retorqueri poteſt voluntas ceſſionarii, dum ſumus in claris, quod voluerit ceſſionem translativam reportare tanquam tertius, quia etiam ipſa hæreditaria qualitas nullatenus expreſſa fuit, quod eſt unum ex argumentis, ex quibus decidi ſolet quæſtio, an acquiſitiones, aliique actus geſti hæreditario, vel proprio nomine initi cenſeantur.

5 Incompatibilitas ceſſat, dum ceſſionarius eſt hæres cum beneficio inventarii, & hæres ob ſeparationis beneficium inductum per *text. in l.fin. C. de jur. delib.* verè, & propriè non dicitur hæres, ſed potiùs adminiſtrator hæreditatis, *Mantic. dec.326. Reg. Rovit. dec.48. Reg. Latro conſult.13.* Undè propterea ob reduplicationem perſonarum, quæ in uno, eodemque ſubjecto diverſis reſpectibus abſque dubio datur, non implicet, quem eſſe creditorem, & debitorem ſui ipſius, prout bona hæreditaria ſibi vendere poteſt, cum verè fingantur duæ diſtinctæ, & ſeparatæ perſonæ.

6 Beneverum quatenus vires hæreditariæ ſuppetunt, quoad hæredem inventarium non ſuffragatur, nec hæres poſſit impugnare factum defuncti. Non indè tamen inferri poteſt ad omnimodam incompatibilitatem acquirendi ſub perſona propria ea jura, quorum exercitium durante hæreditatis idoneitate adverſus tertios ex dicta ratione impeditum remaneat, non autem adverſus ipſam hæreditatem, cum poſſit bona hæreditaria ſibi adjudicare facere curando bonis curatorem dari, ſivè ad effectum excipiendi adverſus creditores hæreditarios cum ſtent ſimul hæreditatem hodiè idoneam eſſe, & locupletem, cras ob detecta debita minus idoneam.

Expenſis hinc indè utriuſque opinionis rationibus, ego cenſerem, translativam fuiſſe ceſſionem, & pariter extinctivam, translativam ad effectum excipiendi, ut dictum eſt, & agendi in caſu deficientiæ, & ſupervenientis decoctionis hæreditatis, non autem ut cenſus vivus perſeveret ad beneficium hæredis ſtante defectu poteſtatis cedentis, & ulterius ne in damnum ipſius hæredis nomen cenſum ſubjaceat hypothecis cedentis, ſeù ſui auctoris, unde judicanda ceſſio, prout ad beneficium ceſſionarii jura luendi, cum idem hæres habent hujuſmodi jus, ideòque ut duplex perſona cenſum redemerit, & uti hæres, & uti tertius ob beneficium inventarii.

ARGUMENTUM.

Idem quando poſſit eſſe debitor, & creditor, plura exempla recenſentur, & quando ſit quis titularis, & penſionarius ſimul. Dominus, & feudatarius, dominus, & emphiteuta cum ſimilibus.

S U M M A R I U M.

1 *TItularis ſuper proprio beneficio habet commoditatem penſionis.*

2 *Dominus, & feudatarius ſimul, vel emphiteuta qualiter quis ſit.*

3 *Hæres gravatus, & fideicommiſſarius quis eſt ſimul.*

4 *Mandans, & mandatarius, emptor, & venditor quis ſimul ſit.*

5 *Perſonarum diverſitas, an ſit compatibilis.*

CAP.

C A P. XC.

AN unus, & idem poſſit eſſe debitor, & creditor, ſępius incidit hęſitari, & plura pro opinione affirmativa recenſentur exempla.

1 Primum eſt in terminis penſionis Eccleſiaſticæ, nam titularis ſuper proprio beneficio habere non poteſt, cum res ſua nemini ſerviat, cœterum ſubſtantia penſionis reſidente penès alterum, ipſe titularis non prohibetur uti tertius, ac diverſa perſona ab illa titularis acquirere ejuſdem penſionis commoditatem, juxtà caſum, de quo *Rota in Albanen. Penſionis 4. Decembris 1658. coram Priolo*, & ità paſſim ſervari, inquit *Card. de Luca de ſociet. offic. diſc. 6. num. 4.*

2 Secundum eſt. Nemo poteſt eſſe dominus, & feudatarius, ſeù emphyteuta, & nihilominus non prohibetur dominus feudi, vel emphiteuſis commoditatem acquirere, utpotè quid diverſum, ut per *Surd. dec. 102. num. 14. Hodiern. ad eum deciſ. 160, num. 3. Card. de Luca d. num. 4.*

3 Tertium eſt. Nemo poteſt eodem tempore eſſe hęres gravatus, & fideicommiſſarius, & tamen iſte non prohibetur durante jure gravati ejus commoditatem acquirere, cujus nomine bona poſſidere dicatur, ex deductis per *Salgad. in labyr. lib. 2. cap. 15.*

4 Paſſim procedit, ubi admixtum eſt intereſſe tertii, tunc enim abſolutum eſt in jure duas diverſas perſonas in uno, eodemque ſubjecto diverſi reſpectibus dari poſſe, ita ut idem dedicatur debitor, & creditor, mandans, & mandatarius, & emptor, & venditor, cum ſimilibus, ut *dec. 174. poſt Zacchiam de oblig. Camer. & dec. 136. p. 3. rec. & 273. par. 4. tom. 2.*

5 Compatibilis eſt perſonarum diverſitas cum mixtura tertii, ubi agitur de negotio ſociali inter plures, non prohibetur unus ex ſociis ex perſona propria, & proprio, & privato nomine contrahere cum negotio ſociali, & eſſe creditor etiam ſui ipſius, tanquam unius ex ſociis. Et hæres cum inventario poteſt habere jus activum, & paſſivum in eadẽ hæreditate, & non adeſt incompatibilitas, ut *Card. de Luca ubi ſup. n. 5.* & alibi dixi.

ARGUMENTUM.

Plures perſonæ materiales, quæ conſtituunt unam formalem. Exemplificantur quando plures activè, & paſſivè actum inſolidum agunt, & quando collegialiter.

S U M M A R I U M.

1 *UNam perſonam formalem conſtituunt plures actum inſolidum agentes.*

2 *Plures appaltatores cum Civitate in ſocietate vectigalium una ſunt perſonæ.*

C A P. XCI.

1 PLures perſonæ materiales quandoque unam formalem conſtituunt, ità ut una deficiente non diſſolvatur contractus. Exemplificatur primo, ubi plures activè, vel paſſivè aliquem actum inſolidum agunt, nam quilibet ex eis perſonam integram debitoris, vel reſpectivè creditoris repræſentet ad inſtar eorum, quæ traduntur de ſocietate contracta cum corpore collectivo, putà Capitulo, Collegio, Congregatione, Communitate, & ſimilibus, quia ſi moriuntur unus, vel plures ex Canonicis, vel Civibus, aut perſonis illud corpus conſtituentibus, non per hoc iſtud ceſſat, quod aliis defectis, vel legitimè impeditis etiam in uno eſt repręſentabile, ut de ſocietate contracta cum corpore collegiativo, *Pariſ. conſ. 82. n. 32. lib. 1. Felic. de ſociet. cap. 32. num. 15.*

2 Et quotidianum habetur in appaltibus vectigalium, in quibus Reſpublica, vel Princeps unam gerit perſonam locatoris, vel ſocii, plures verò appaltus, ſeù vectigalis adminiſtrationem ſuſcipientes gerunt alteram conductoris, vel ſocii, & quoad Principem, vel Rempublicam unam gerunt perſonam formalem non ceſſantem ex ceſſatione alicujus perſonæ materiali, *Card. de Luca de ſociet. offic. diſc. 6. num. 8.*

ARGUMENTUM.

In cambio obliquo creditor, an repræſentat quinque perſonas? Cambium obliquum, & directum exemplificantur, & duplex forma cambii obliqui, & quæ ſit utilior debitori, & quæ frequentior. Juſtificatio cambiorum quando ſit neceſſaria, & an valeat pactum, ut ſtetur libris Mercatoris?

S U M M A R I U M.

1 *CAmbii directi, vel obliqui ſpecies declarantur.*

2 *Cambium obliquum quot contractus continet.*

3 *Cambia an ſint juſtificanda per ſpaccia?*

4 *Quid ſi debitor ſuſcipiat in ſe onus inveniendi ſummam ad cambium?*

5 *Pactum, ut ſtetur libris mercatoris, an valeat?*

6 *Creditor, ſi exerceat artem campſoriam quinque gerit perſonas.*

C A P. XCII.

1 IN cambiis, ut intelligatur pluralitas perſonarum intellectualium in una materiali declarandæ ſunt duæ ſpecies cambii; Una directi. Altera obliqui. Cambium proprium, & directum illud eſt, quando nempè quis habens pecuniam in uno loco, eam tradit campſori, vel alteri, ut æquivalentem

in alio loco, & in diverſa moneta ibi ad ejus opportunitatem congruam recipiat.

Obliquum cambium eſt; quia nempè indigens quis pecunia pro aliis uſibus, illam mutuo accipiat ab eo, qui eandem cambiorum traficis, & negotiationibus deſtinaverat, undè propterea ne mutuator in damno remaoeat, mutuatarius ei prębet facultatem accipiendi tantundem ab aliis, vel à ſe ipſo ad cambium pro reintegratione. Ideòq; creditor, ſeù dator pecuniarum plures perſonas gerere dicitur. Uoam creditoris ex cauſa mutui. Alteram mandatarii reſpectu debitoris accipientis pecunias ad cambium mandantis nomine, & damno. Tertiam campſoris daotis ſibi ipſi tanquam maodatario dictam pecuniam, illamque girantis, & hic eſt cootractus cambii. Undè propterea adeſt mutuum verum expreſſum, & cooſequeoter ubi ex mixtura alterius contractus reſultaret certa utilitas, alias quàm à curſu, & eveutualitate cambiorum, tuoc uſura remanet indubitata, quoniam iſtud lucrum ad aliud referri noo poteſt, niſi ad acceſſiones mutui, vel ad cambium ſiccum, & extra naturalem curſum cambii realis, *Card. de Luca de cambiis diſcu.24. num.9.*

2 Cambium igitur obliquum continet plures cootractus, primum realis mutui, quia nempè indigeos pecuoiis per ære alieno exolveodo, ſeù aliis indigentiis illas ab aliquo recipiat, earumque ſe debitorem conſtituit, ſed oe interim creditor damnum patiatur ex mutuo, tenendo otioſam pecuniam, quam alius ſuper negotiis, & cambiis traficare deſtinaverat, idcircò dupliciter conveniri ſolet. Vel quod debitor det creditori facultatem pro ſua relevatione à quibuſcumq; ac etiam à ſcipſo æquivalentem ſummam inveniendi ab aliis ad cambium, ſeù curandi, quod aliquis mercator dictam ſummam traficet, & giret. Primo caſu ultra mutuum intrat mandatum, quod debitor tribuit ſuo creditori, & quatenus mandatum deducatur ad exercitium intrat tertius actus, per quem creditor non jure ſuo, ut voluot *Turre, & alii*, ſed taoquam mandatarius debitoris juxtà opinionem veriorē, & receptiſſimam æquivalentē ſummā accipit ab alio ad cambium.

3 Creditor ut in hoc caſu petere valeat cambia, & recambia, docere debet, ſe mandatum ſibi traditum validè ad formam Conſtitutionis *S. Pii V.* exercuiſſe cum vera, & reali tranſmiſſione ſpacciorum juſtificanda cum literis reſponſivis nuncupatis *del ritorno*, & non probata ſpacciorum juſtificatiooe cambia peti non poſſunt, quia debet adeſſe realitas literarum promptè implendarum, ſine quibus ceſſat periculum conſiſtens in tranſmiſſione pecuniæ de loco ad locum, ſi-vè de una ſpecie ad aliam, nempè de moneta currenti ad ſcutos marcarum, vel auri, in quo periculo fundatur lucri perceptio, *Reg. Latr. conſult. 125. R. Rov. in prag. 1. de lit. camb.*

4 Quando accipiens pecuniam ipſemet aſſumit onus in ſe inveniendi æquivalentem ſummam ad cambium, & contiouandi, donec ſequatur ſolutio, niſi debitor probet omnes diligentias adhibuiſſe, & non inveniſſe occaſiooem cambiandi, creditor abſq; aliqua juſtificatiooe ex ejus parte facienda petere, & conſequi poteſt à debitore cambia, & recambia, quæ cucurriſſent, ſi ſuſceptam obligationem expleviſſet, non tanquam cambia, quæ ſioe ſpacciis dari non poſſunt, ſed tanquam damna, & intereſſe ob non impletum mandatum, *Rota* poſt *Salgad. dec. 17. Dunozet. dec.* 829. quæ eſt magiſtralis, juxtà *Card. de Luca de camb. diſc. 5. n. 2. & 3.* ubi quod ſit indubitatum, non deberi cambia, quia hodiè non deatur licita, & exigibilia ſine realitate ſpacciorum probanda ſaltem per literas reditus nuncupatas *del ritorno*, per quas io Curia receptum eſt probari etiam per literas acceſſus nuncupatas *dell'andata*, ità ut abſque iſta juſtificatione nil proſint confeſſiones partium, nec quæcumque aliæ conventiones. Verum debentur tanquam damna, & intereſſe ob non ſuſceptum, & adimpletum mandatum à debitore girandi, ſeù girare faciendi pecunias per nundioas: & hic modus eſt frequens, & uſitatus.

5 Quuad juſtificationem cambiorum per literas legitimè recognitas, ſcieodum eſt, quod ſolet per pactum expreſſum conveniri, quod ſtetur ſolis libris mercatoris, & hoc pactum attenditur, & ità ubique ſervatur præſertim in Civitate Januæ, quæ eſt parens, & magiſtra cambiorum, quia non prohibetur debitor in ſui præjudicium creditoris fidem ſequi *Reg. Rovit. conſ. 103. n. 2. lib. 2.* Nihilominus id tanquam periculoſum in materia uſuraria, dum ità facile poteſt exerceri cambium ſiccum, *Rot. Roman.* nuoquam hujuſmodi propoſitionem voluit accipere, ſed ſemper neceſſariam credidit juſtificationem per ipſa ſpaccia, ſeù literas, ex *Merlin. dec. 636. & dec. 132. p. 6. rec.* & hoc jure vivitur in Curia, juxtà *Card. de Luca diſcurſ. 6. n. 4. de camb.* Beneverum non requiruntur omnes literę acceſſus, & receſſus, ſed tantum illę vulgò nuncupatæ *del ritorno*, cum aliæ per neceſſariom antecedeos ſupponantur, ut *Rota* apud *Merlin. ubi ſupr.* Libris mercantilibus ſatis deferendum ſtante pacto expreſſo, ut idem *Merlin. & Buratt. dec. 603. n. 6.* quia extra Curiam illi ſufficiunt juxtà magis communem opioionem, ut ſcribit *de Luca d. diſc. 6. n.* 8. Si libri benè, & mercantiliter tenti ſint.

6 Si

6 Si creditor exercet artem campſoriam, ſeù eſt mercator ſcripturalis,& ipſe ſuſcepit mandatum cambiandi a ſe, vel ab aliis, tunc ab ipſomet explicatur actus girationis, ſeù circulationis ſpacciorum cum formali, & mercantili retentione ſcripturæ, & conſiderantur quinque perſonæ diverſæ in creditore. Una mutuantis. Altera mandatarii. Tertia ſuſcipientis pecuniam ad cambium. Quarta campſoris dantis talem pecuniam. Quinta ſcripturalis tranſmittentis ſpaccia, eaque conſervantis, & circulantis. Etſi creditor non eſt mercator,ſeù ſcripturalis,tunc actus explicatur ab aliquo mercatore, ſeù ſcripturali, & quandoque datur facultas eidem creditori illam eligendi, ac ab illo deputandi, & ad libitum variandi,quandoque ipſe debitor pro majori ipſius indemnitate, & minori intereſſe circa proviſiones eligit ſcripturalem, & in hoc caſu debitor ſuſcipiendo in ſe deputationem,ſi deficiat in deputatione, vel ſubrogatione, ipſius eſt damnum ob non tranſmiſſa ſpaccia, & non retentam benè ſcripturam, undè tenetur ad cambia, *Rota dec.* 7. poſt *Salgad.* Juxtà quam formulam etſi gravetur debitor onere prædicto, & ſine ſpacciis contra eum currunt cambia, relevatur tamen ab expenſis, ſeù intereſſe proviſionum debitorum ſcripturalibus, & correſponſalibus, quia de his ratio non habetur, ſed ſolum de eo, quod importat agium auri,ſeù monetæ de una ſpecie ad aliam, & magis expedit debitori ſuſcipere in ſe onus cambiandi,& ſolvere cambia ſine ſpacciis loco damnorum, & intereſſe, quia evitat proviſiones. Undè non adeò inhærendum erit ſuper ſpacciorum interventu,*Card. de Luca diſc.* 10. *num.* 8.

ARGUMENTUM.

Novitius durante anno probationis, quam perſonam ſubſtineat,vel Religioſam, & Eccleſiaſticam, aut ſæcularem, an retineat feudum, & ſubiiciatur Conſuetudinibus Neapolitanis, ut de bonis antiquis non poſſit diſponere, niſi de medietate? Expenduntur *D. Reg. Rovit.*, *Montanus*, *D. Reg. Latro*, *D. Reg. de Marin*, *& alii.*

SUMMARIUM.

1 *Novitius quam perſonam ſubſtineat Eccleſiaſticam, vel ſæcularem.*
2 *Novitio decedenti in anno probationis ſuccedunt venientes ab inteſtato.*
3 *Novitius retinet dominium ſuorum bonorum.*
4 *Feuda retinet Novitius, & cautela traditur.*
5 *An ſubiiciatur Novitius Conſuetudinibus Neapolitanis circa diſpoſitionem in bonis antiquis?*
6 *Novitius an ſit perſona Eccleſiaſtica?*
7 *Ponderantur verba* Dom. Card. de Luca.
8 *Expenduntur verba* D. Reg. Latro.

C A P. XCIII.

1 Novitius durante anno probationis quam perſonam ſubſtineat, vel Religioſam, & Eccleſiaſticam, aut Sæcularem. Scribentes non conveniunt.

2 Remanere laicum ſuadet, quia ſi ante profeſſionem emiſſam deceſſerit, tunc novitio ſuccedunt venientes ab inteſtato, & non Monaſterium *Abb. in cap. in præſentia de probat.* *Jaſon. in Authent. ſi qua mulier n.*58.*C.de ſacroſ. Eccleſ. Molfeſ. ad conſuetud. tom.*2. *p.*4. *q.* 64. *n.* 2. ratio affertur, quia intra annum probationis moritur ut laicus, cum profeſſio ſubiiciat perſonam Monaſterio, & bona, ut acceſſoria perſonæ, ut dicta *Auth.* ingreſſi, *Montan. in contr.* 46. *num.* 12.

3 Præterea Novitius durante anno probationis retinet dominium bonorum ſuorum, ut ex *S.C.Trid. ſeſſ.*21. *cap.*16. dum Novitio exeunti à Monaſterio mādat reſtitui omnia, quæ ſua erant. Verba hæc, *quæ ſua erant*, probant retentionem dominii.

4 Rectius, quia Novitius retinet etiam feuda, quorum eſt incapax Clericus, & Religioſus, *cap. qui Clericus, tit. ſi de feud. defunct. milit. contr. ſit, & cap.* 1. *de milit. vaſ. qui arma bell. depoſ.* ergo in anno probationis non mutat ſtatum laicalem, nam annus probationis datur ad deliberandum, an velit mutare ſtatum militis terreſtris ad militiam Dei; ut optime probat *Octavius Bambaecr. in d. cap. qui Clericus, q.* 3. *n.*71. *verſ. cæterum feudatarius.* Et licet *Reg. de Pont.* contrarium defendat in *tract. de poteſt. Proreg. tit. de aſſen. Reg. §.* 4. *& in dec.* 4. attamen fuit deciſum pro prima opinione per Regiam Cameram, & Collat. Conc. in cauſa Jo: Baptiſtæ Cenci Romani cum Regio Fiſco, referente Jacobo Sallutio, in Banca Salamoni, latiſſimè *Reg. de Marin. lib.* 1. *reſol.* 120. *per totam*, ubi ità refert audiviſſe deciſum per Regiam Cameram, & refellit *Addent. ad conſuetud. Neap. in proœmio, Hartman. Piſtor. p.*2. *q.*25. volentes, novitium durante anno probationis feudum amittere: Beneverum cautelam tradit *Ann. allegat.*98. ut coram feudi domino, ſive Rege, vel ejus Viceſgerente petatur à primogenito ſtatim mortuo patre terminus ad deliberandum; ſi vult in Clerici militia continuare, vel Clericalem, ſive Monachalem habitum relinquere, & ſæcularem aſſumere, ac feudum habere, quam cautelam refert idem *Reg. de Marin. ubi ſup. num.* 11.

5 Ac-

Digitized by Google

5 Accedit, quia novitius ſubiicitur *Conſuetudinibus Neapolitanis* de ſucceſſione teſtata diſponentibus, quoad medietatem bonorum antiquorum in beneficium proximiorum, ità *Montanus ubi ſup. n. 16.* ubi quod ſi novitius diſponat in beneficium aliarum perſonarum, diſpoſitio infringatur, quo ad medietatem bonorum antiquorum ſervata forma *Conſuetudinum Neapol.* quibus novitius, ut laica perſona ſubiicitur, addo *D. Altimar. ad Reg. Rovit. conſ. 23. tom. 2. n. 5. D. Reg. de Marin. lib. 2. cap. 150. num. 4.*

Ulterius novitius non dicitur verè proprius religioſus, qui niſi tria vota emiſerit, non dicitur religioſus, *Riccius dec. 252. p. 2. num. 6. Reg. Latro dec. 118. num. 2.*

6 E' contrariò, ut novitius reputetur perſona Eccleſiaſtica, arguitur ex *cap. religioſo, §. 1. de ſent. excom. in 6. Navar. conſ. 5. lib. 2. de for. compet. tom. 1. Decius conſ. 31. idem Reg. Latro ubi ſup. n. 9.* qui *n. 31.* ità ſcribit: *Nec obſtant contraria: & primo, quod Novitius ante profeſſionem emiſſam non dicatur verè Religioſus, tamen dicitur perſona Eccleſiaſtica, ut ex communi ſupra fundavimus, licet aliqui diſtinguunt, quod aut loquimur ad ſui beneficium, aut verò in damnum, ſeù pœnam, primo caſu dicitur perſona Eccleſiaſtica, ſecus verò in ſecundo Riccius d. reſol. 138. n. 5. & plures caſus enumerat Coſta de retrotract. d. caſ. 9. cap. 9. n. 10. uſq; ad finem, in quibus Novitius Religioſus non reputatur, quia eſt in ejus odium, & pœnam.*

An ſubiiciatur *Conſuetudinibus Neapolitanis*. Novitius, acrior eſt quæſtio, quia *Montanus ubi ſupra* affirmat, & ſequitur *D. Altomar. ad Rovit. n. 10.* Sed tota quæſtio pendere videtur, utrum Novitii ſint de foro Eccleſiæ? *Anchar. conſ. 69.* affirmat, & *Reg. Rovit. conſ. 96. lib. 1. n. 6. & 7.* ubi probat per *text. in cap. Religioſo, §. fin. de ſent. excom. in 6.* dum Summus Pontifex aſſerit, quod licet novitii non poſſint cum effectu cenſeri religioſi, donec profeſſi fuerint, eos tamen voluit gaudere privilegio canonis, *ſi quis ſuadente diabolo 17. q. 4.* ubi verberans novitium incurrit in excommunicationem, *Carneval. de judic. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. n. 406. Delbene de Immunit. Eccleſ.*

Montanus n. 11. & ſeq. ſentit, novitium retinere ſtatum laicalem excepto privilegio canonis, *ſi quis ſuadente diabolo*, quod conceſſit *Papa in d. cap. religioſo, §. fin.* ubi non fit mentio de immunitate à gabellis, & fori exemptione.

7 De novitiis ità loquitur *Card. de Luca in lib. de regul. diſcurſ. 49. n. 6. Adeò ut etiam illi, qui hujuſmodi Religionum Inſtitutum regulare aſſumunt, at habitum deferunt, donec ſunt novitii, quamvis ad certos effectus favorabiles ſub nomine Eccleſiaſticorum, ſeù Religioſorum veniant, eorumque aliquibus immunitatibus, ac privilegiis potiantur; attamen in effectu non ſunt tales, quoniam ſunt teſtabiles, atque dominium bonorum retinent, quinimò ſunt capaces feudorum, ac beneficiorum Eccleſiaſticorum ſæcularium, vel penſionum ſuper eiſdem beneficiis, ut in ſuis reſpectivè materiis advertitur ſub tit. de benef. & ſub altero de penſionibus, ac altero de feudis cum ſimilibus.*

8 Novitium infra annum novitiatus eſſe perſonam Eccleſiaſticam, tenet *Bellug. in Specul. Princip. rubr. 11. §. videnda, n. 5. Duran. q. 5. Reg. Latr. ubi ſupra*, idque ſi non agatur de pœna, vel odio novitii, prout eſt poſſe diſponere ſervata forma conſuetudinum, & *Cancer. p. 2. cap. 1. ſub tit. de minor. n. 16.* tenet ſimpliciter, quod novitius ſit perſona Eccleſiaſtica. De hoc articulo ſcripſi *lib. 1. de linea legal. art. 3. n. 14.* vide *D. Rodoer. ad Reg. de Marin. lib. 1. reſ. 111. n. 22. & ſeq.* ubi de converſis Clericorum Secularium, ut ſunt Hierolomini ex *Ricc. in prax. lib. 2. reſol. 419.*

ARGUMENTUM.

Plures putà centum, vel ſupra; & uti ſinguli, quando repræſentent unam perſonam, & compelli valeant ad conſtituendum unum, vel duos procuratores? Recenſentur exempla, & refertur praxis, quam impugnare videntur *Angel. & Maſtrill.* & defenditur *Præſ. de Franch. dec. 309.* & ſtylus in concurſu creditorum.

SUMMARIUM.

1 *Plures putà ſupra centum conventi uti ſinguli, an repræſentent unum, & unum conſtituant procuratorem?*
2 *Hæredes, an conveniantur in judicio cœpto cum defuncto, vel non incepto, an interſit?*
3 *Expenditur* dec. 309. Præſ. de Franchis.
4 *Actorum favorabilior eſt cōditio, quam reorum, & quid in judicio graduationis creditorum?*
5 *Obligati inſolidum unam perſonam conſtituunt.*
6 *Regulariter liberum eſt, cuique ſuum procuratorem facere.*

CAP. XCIV.

1 Ex eodem jure, ſi plures conveniuntur, & eadem actione, iſti inſimul conventi uti ſinguli, & in litis ſuſtentatione conjuncti pro una perſona reputantur, *Felic. de ſociet. cap. 3. n. 19.* Undè & ſi magnus ſit numerus conventorum, licet ſupra centum compelli poſſunt ad conſtituendum unum procuratorem, ut evitentur expenſæ neceſſariæ pro intimatione tot procuratorum ne lis fiat immortalis, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 10.*

gloſ.10. n.27. qui ità ſcribit defendiſſe pro Abbate Monaſterii Villæ Balneolarum contra particulares dicti Abbatiatus. Idemq; in *dec.6.n.4.* probat, quod ſi plures conveniantur in judicio, prout contingit, quãdo omnes ſingulares Univerſitatis pro decimis, vel aliis rebus ad ſingulos uti ſingulos ſpectantibus, tunc non eſſe permittendum eis, quod ſinguli per ſe ipſos defenderent. Imò quod nec ſinguli per ſuos procuratores, ſed cogendi erunt omnes unum conſtituere procuratorem propter incommoda, quibus diviſa defenſio afficeret actorem reſpectu ſumptuum. Caſum ponit *Præſ. de Franch. in dec.* 360. de Domino Archiepiſcopo Neapolitano, qui cum conveniſſet particulares pro relaxatione cujuſdam territorii, & erant pluſquam centum numero, inſtetit actor, quod rei conſtituerent unum procuratorem, deciſum fuit, quod conventi conſtituerent duos procuratores, dum magnus erat numerus conventorum, & unus pro tantis non ſufficiebat, & deciſionem ſectantur *Maſtrill. dec.* 108. *Hieron. de Leo de Valent.* 203. *n.*8. Laudatur *text. in l. jam tamen, §. ſi tamen, ff. de judic. ſolv. & in l.4. §. creditoris, cum gloſ. in verb. utrumque, ff. de fideic. lib.* per quem *text. Jacob. de Aren.* & ibi *Bart.* concludunt, quod Univerſitas poteſt cogi, dum litigat, unum Syndicum, & procuratorem conſtituere.

2 Extra dubitationem res eſt, quando plures conveniuntur uti hæredes unius, qui primo loco fuit citatus in judicio ęę pro cum defuncto per *text. in l. ſi familia, ff. famil. ercisc.* ibi: *Si familia erciſcunda, vel communi dividundo, vel finium regundorum actum ſit, & unus ex litigatoribus deceſſerit pluribus hæredibus relictis, non poteſt in partes judicium ſcindi, ſed aut omnes hæredes id accipere debent, aut dare unum procuratorem, in quem omnium nomine judicium agatur.* Et adducit rationem *gloſ.*, quia hæredes cohæredis decedentis ſunt loco unius perſonæ, *Anna ſingul.* 109. *in Addit. Hieron. de Leo ubi ſupra.*

Punctus conſiſtit, ſi plures eſſent hæredes defuncti, non aliter ipſo defuncto citato, ſed cauſa initium habeat in pluribus, an tunc poſſint dari plures procuratores? Affirmandum videtur ex *dec.*309. *Præſ. de Franch.* ubi lis habuit initium in pluribus. Contrarium demonſtrat *Maſtrill. ubi ſupra n.*25. *& ſeq.* ubi dixit, non ſimpliciter receptam fuiſſe deciſionem, ſed ſub diſtinctione, quod tunc conventi debeant conſtituere unum procuratorem, quando lis ſumpſiſſet originem in una perſona, à qua dependeant conventi, juxtà *text. in d. §. ſi tamen,* idem concludit *Gratian. dec. Marcb.*107. Secus ſi cauſa habeat initium in pluribus, nam tunc poſſunt dari plures procuratores, *Reg. Rovit. in pragm.* 1. *de procur. n.*5. Propenſius inquit *Maſtrill.*, ſi conventi nollent conſtituere unum procuratorem, idem tradit *Angel. in d. l. jam tamen, §. ſi tamen,* ubi inquit, quod cum in contingentia facti contrarium fuiſſet pronunciatum, id eveniſſe inquit ob imperitiam Judicis.

3 Recte cęterum Senatus Neapolitanus judicavit etiam in pluribus conventis, à quibus cauſa initium habuit compellendos ad conſtituendum unum, vel duos procuratores, quia conceſſio territorii Eccleſię facta fuerat nulliter per Archiepiſcopum prædeceſſorẽ mediente uno contracto conceſſionis, & territorium deinde in plures devenerat. Idemque ſi ex eodem jure multi conveniuntur ex eadem actione, ut in caſu *Fontanell.* ſingulares unius Univerſitatis conveniebantur pro decimis, ità ſimiliter exiſtimarem, ſi plures hæredes unius conveniuntur, dum obligatio initium habuit in perſona unius, & cohæredes ſunt ſocii, in cauſa eundemque repræſentant, eodem jure nituntur, ut ſit litium finis.

4 Auctoris favorabilior eſt conditio in agendo, quia actores non ſolent dilationes dare, cum reorum ſit fugere, *Bald. in cap. non injuſto n.*1. *de procur. Golin. de procur. p.*1. *cap.*4. *n.*96. & poteſt tractari lis plurium perſonarum per plures procuratores, utputa ſi tres, vel plures ſint rei credendi, *gloſ. in d. §. unius.* In judicio tamen concurſus creditorum, & graduationis ſtylus eſt S. C. dato curatore patrimonii cogere creditores ad conſtituendum unum, vel duos procuratores, ne ob decoctionem debitoris efficiatur deterior conditio creditorum, & idem ſi hæredes cum beneficio inventarii convenirent creditores ad accipiendum bona in ſolutum, quia poſſent compellere creditores in magno numero ad conſtituendum unum, vel duos procuratores, quod aſſumptum videtur probare *Hieron. de Leo d. dec.*203. ubi quæ it, quando unus litigat contra plures creditores in magno numero, an poſſit compelli facere ad conſtituendum unum, vel duos procuratores? Et licet referat audiviſſe diverſimode judicatum. Attamen *n.*9. concludit poſſe, & ità viſum fuiſſe majori parti Senatorum ex *dec.*309. *de Franch.* Alias enim res eſſet maximi tædii, quod ad unumquemque unum actum omnes citari deberent, & ita fuiſſe pluries practicatum, refert.

5 Quando plures tenentur de evictione inſolidum, tunc omnes coguntur unum conſtituere procuratorem, *l. jam tamen, §. ſi tamen, ff. judic. ſolv.* Idem ſi cavendum eſt pluribus creditoribus, *l.4. §. ſi creditoribus, ff. de fideicom. libert. Hieron. de Leo ubi ſup. Hering. de fidejuſſ. cap.* 9. *n.* 49. *Gratian. dec.*107.

6 Re-

6 Regulariter unicuique liberum eſt, cuilibet ſuum conſtituere procuratorem, & eum facere, de quo confidit, forſan enim ille, qui fuerit à majori parte electus, non placebit minori, *textus eſt in l. ſi quis cum procuratorio, §. unius, ff. de procur.* ibi: *Unius litis plurium perſonarum plures dari procuratores non eſt probibitum*, & docent *Bart. & Bald.* ibi, & pluries ſervatum teſtatur *Maſtrill. dec.* 108. præſertim dum quilibet actor ex perſona propria, & diverſo jure, & ex diſtinctis temporibus. In hac re vide, quæ ſcripſi *in obſerv.* 309. *ad dec. de Franch. & Guzman. de evict. q.* 5. *per tot.* ubi fusè in materia *d. deciſ.* 309. *Præſ. de Franch.* & *D. Scopp. ad Gratian. dec.* 107.

ARGUMENTUM.

Emptor ex conventione gerendo perſonam depoſitarii pretii rei emptæ, an excuſetur à mora, & à curſu fructuum recompenſativorum, ex *l. curabit, C. de action. empt.* exuendo perſonam emptoris, & induendo diverſam depoſitarii?

SUMMARIUM.

1 *Emptor ex conventione retinens pretium in titulum depoſiti, an ſit liber à curſu fructuum?*
2 *Fructus compenſativi non debentur ratione moræ, ſed ex æquitate.*
3 *Emptor exuendo perſonam emptoris, & induendo illam depoſitarii non tenetur ad fructus.*
4 *Judiciale ſequeſtrum excuſat ab uſuris.*
5 *Reſolvitur quæſtio.*

CAP. XCV.

1 An emptor, in cujus facultate poſitum fuit, poſt lapſum certum terminum conventum deponere pretium penès publicum Bancum, vel penes ſeipſum tanquam depoſitarium ad ſui electionem, cum pacto, ut etiam in caſu electionis de ſe ipſo ad aliquos fructus non teneatur, remaneat à dictorum fructuum curſu liberatus, eo ipſo, quod dictus terminus expiravit abſque alia declaratione, quod retineret pretium in titulum depoſiti.

2 Pro emptore excuſando conſiderari poſſunt firmata per *Leotard. de uſur. q.* 27. *n. fin.* ubi quod licet iſti fructus recompenſativi non debeantur ratione moræ, ſed ex ſola æquitate non retinendi eodem tempore rem, & pretium, & ne locupletetur emptor cum aliena jactura, percipiendo fructus ex re aliena, cujus pretium ſolutum non eſt, ità ut etiam ſi emptor juſtum non ſolvendi impedimentum habens à mora eſſet immunis, adhuc ad eos teneatur, *Leotard. n.* 27. *Gratian. diſc.* 588. *n.* 22. *Duran. dec.* 297. *n.* 12.

3 Nihilominus id procedit, ubi emptor remanet in terminis emptoris, atque pecunia debita eſt ex eodem contractu emptionis, ità ut pretii ſpeciem, ſeù qualitatem retineat. Secus autem, ubi ex novatione tranſmutetur in aliam ſpeciem contractus, quia niſi concurrant legitima uſurarum requiſita in iſto novo contractu neceſſaria, nulli fructus debentur, neque privilegium cauſæ originariæ habetur in conſideratione, ex deductis per *Leotard. d. q.* 27. *n. fin.* ubi allegantur *Soc. conſ.* 130. *n.* 18. *Teſtay alleg.* 16. *n.* 36. *Surd. & alii.* Et hic eſt caſus noſter, quoniam de jure prohibitum, non videtur, eundem emptorem in depoſitarium ex conventione eligi poſſe ob reduplicationem perſonarum, quæ in uno, eodemque ſubjecto paſſim in jure datur, cum ità non perſonam emptoris amplius, ſed diverſam depoſitarii gerere dicatur, neque pecunia retineat naturam pretii ex cauſa emptionis debiti, ſed converſa ſit in diverſum contractum depoſiti, pro quo nullæ acceſſiones dantur. Nec implicet eundem emptorem loco Banci ſubrogari poſſe, & gerere perſonam depoſitarii, *Giurb. dec.* 87. *num.* 35.

4 Aſſiſtunt emptori firmata per *Paitell. conſil.* 11. & annotata per alium *Paitell. annot.* 30. *num.* 10. quod ſcilicèt judiciale ſequeſtrum emptori factum ne ſolvat, ab hujuſmodi fructuum debito excuſat. Ergo idem erit, ſi ex conventione fiat ſequeſtrum.

5 Oppoſitum verius, quia non ſequuta eſt declaratio illius alternativæ exercitii facultatis, vel deponendi penès Bancum, vel penes emptorem, & iſte non declaravit ſe depoſitarium, & quod utatur facultate conventa, *Carill. deciſ.* 182. & *Rota deciſ.* 346. *par.* 10. *rec.*

Prætereà quia depoſitum affectate procuratum non excuſat à mora, ut late *Cancer. par.* 2. *var. cap.* 4. *n.* 29. ità *Card. de Luca de uſur. diſc.* 23.

ARGUMENTUM.

Duo officia, an quis ſimul, eodemque tempore habere poſſit. Tranſcribuntur verba *Divi Gregorii*. Recenſentur limitationes, & exempla rerum judicatarum. Officia ſeparata à parte rei non confunduntur, ex quo in una perſona repræſentantur, ſed conſiderantur de per ſe, ac ſi eſſent duæ perſonæ.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *DUo officia regulariter quis habere nequit.*
2 *Declaratur regula de incompatibilibus.*
3 *Quid ſi dignitates eſſent ſine adminiſtratione.*
4 *Si unum ſit cum tenuitate emolumentorum, poteſt quis habere alterum.*
5 *Exempla rerum judicatarum tranſcribuntur.*
6 *Officia ſeparata à parte rei in una perſona conſiderantur, ac ſi eſſent duæ perſonæ.*

CAP. XCVI.

1 DUo officia diverſi generis ſimul, eodemque tempore unus habere non poteſt, *l. Is quidem, C. qui milit.poſſ. vel non lib.*12.quia ſequeretur, quod vicem duorum ſubſtineret, quod de jure eſt incompatibile, *l. ſi plures, ff. de pact.* & quia ſi unus duobus, vel pluribus officiis deſervire intendat,nulli, vel niſi uni ſatisfacere poterit, *l.fin.C.de aſſeſſ. gloſ.* ibi, & duobus officiis operam ſuam adhibere non poterit *Ariſtotiles Politicorum lib.* 4. *cap.*15. vult, non niſi unum Magiſtratum à ſingulis gerendum, & ſingulas curas ſingulis concedi, melius expedire, ait, *Plato dialogo* 8.*de legibus. Duas verò artes ſimul, aut duo ſtudia diligenter exerceri humana natura non patitur, nec plures magiſtratus in unum hominem cumulari*, & perſonarum diverſitas, & pluralitas in officiis facit. Rempublicam ornatiorem,& magis illuſtrem *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 18. perbellè *Divus Gregor. in cap.* 1. *diſtinct.* 89. ibi: *Singula Eccleſiaſtici juris officia, ſingulis quibuſque perſonis ſingulatim committi jubemus. Sicut enim in uno corpore multa membra non eundem actum habent, ità in Eccleſiæ corpore ſecundum veridicam Pauli ſententiam, uno, eodemque ſpiritu alii conferendum eſt hoc officium, alii committendum eſt illud: neque uni quantumlibet exercitatæ perſonæ uno tempore duarum rerum officia committenda ſunt; quia ſi totum corpus eſt oculus, ubi auditus? ſicut enim varietas membrorum per diverſa officia, & robur corporis ſervat, & pulchritudinem repræſentat, ità varietas perſonarum per diverſa nihilominus officia diſtributa, & fortitudinem, & venuſtatem Sanctæ Dei Eccleſiæ manifeſtat, & ſicut indecorum eſt, ut in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, ità nimirum noxium, ſimulque turpiſſimum, ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa.* Officio itàque duplici regulariter quis fungi non poteſt. Vel non debet quis eodem tempore habere plura officia, *Bart. in l.*1.*C.quemadmodum civilia munera lib.*19.

2 Intelligi debet regula de officiis prorſus diverſis, & incompatibilibus. Secus quando officia ſunt compatibilia, & quis poteſt utriq; deſervire, ut *Bart.in l.*3. *n.*1. *C.de præpoſit. agent. in rebus lib.*10. Et hoc eſt verum, quando ſunt incompatibilia,vel utrique quis deſervire poteſt utrique *Magiſtr. de Magiſtr. lib.*2. *cap.*11. *num.*2. & 21.

3 Nec equidem procedit, quando duo officia, & dignitates eſſent ſine adminiſtratione, nam tunc ceſſante ratione impedimendi, ceſſabit quoque prohibitio, *l.adigere,§.quamvis, ff. de jurepatr. Iſern. in tit. quæ ſint regalia, verſ.poteſtas, num.*69.

Rurſus quotieſcumque unum officium eſſet cum adminiſtratione, aliud ſine, ſed cum dignitate tantùm, *Caracc. tit.* 2. *Prat. lib.* 1. *diſcept.*46. *num.*1.

4 Ad hæc ob tenuitatem emolumentorum unius officii, quis poteſt duplex officium eodem tempore exercere, *Lucas de Penna in l.*1. *C.de primicer.lib.*12.*Surd.conſ.*261.*n.*10.*lib.*2. undè poteſt in eadem Curia agere Judicem, & Actuarium, *Prat. n.*15. & 16. & *ſeqq.* ubi refert allegationes editas pro *Dom.de Caſtillo*, & ex eis demonſtratum ritè, rectèque ipſum ab Oſſunenſium Duce tunc Regni Siciliæ Prorege fuiſſe electum ad officium Auditoris generalis, non obſtante,quod eodem tempore aſſumptus erat ad officium Judicis M. R. Curiæ, dum unum officium ab altero ſeparatum, imò nullam habet dependentiam, & adeſt obſervantia, & extant alia exempla ſignantèr in perſonam D. Joſephi de Neapoli,qui fuit Fiſci patronus Tribunalis Regii Patrimonii, & eodem tempore Judex M.R.Curiæ Sedis criminalis; Et Ludovicus de Blaſchis functus fuit officio Judicis Tribunalis Regii Patrimonii, & Magiſtri Rationalis,& Marchio Montis Majoris Magiſtri Rationalis, & Straticoti,& etiam Prætoris Urbis Panhormi, & Regens Marius Cannivaro officii Magiſtri Rationalis, & Conſervatoris Regii Patrimonii.

5 Recenſet *Pratus n.*28. decreta Regii Collateralis Conſilii, tenoris ſequentis:

In cauſa U. J. *D. Franciſci Mariæ Sementi cum* U.J. *D. Aloyſio Manco Advocato Pauperum Regiæ Audientiæ Hydruntinæ.*

Die 13. *Septembris* 1634. *Neap.*

Facta relatione S. E. in R.Collaterali Conſilio per Spectab.Reg.Scipionem Rovitum Regium Collateralem Conſiliarium, viſis memorialibus, & ſcripturis præſentatis, & auditis Magnificis Advocatis ambarum Partium.

Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Dom. Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus generalis providet, decernit, & mandat, quod fiat de novo electio Judicis Regiæ Curiæ Civitatis Litii, ſervata forma ſoliti,in qua liceat concurrere dicto Mag. Aloyſio Mancò Advocato Pauperum d. Regiæ Audientiæ Hydruntinæ, hoc ſuum, &c. Tapia Regens, Rovitus Regens, Enriquez Regens.

Aliud decretum Supremi Collateralis Conſilii *In cauſa Doctoris Bernardini Ruſſi Advocati Pauperum in Provincia Calabria citra apud Regiam Audientiam Provincialem, & Curiam Mag. Locumtenentis Civitatis Coſentiæ ſuper deductis, ut in actis.*

Die ultima Januarii 1625. Neap.

Facta relatione S. E. in Regio Collaterali Conſilio per Ill. Marchionem Corleti Regentem Conſtantium Regium Collateralem Conſiliarium, & Commiſſarium.

Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Dom. Prorex, Locumtenens, & Capitaneus generalis providet, decernit, atque mandat ex cauſis diſcuſſis in dicto Collaterali Conſilio, quod liceat d. Doctori Bernardino Ruſſo Advocato Pauperum in Provincia Calabria citra advocare in aliis cauſis, & intervenire pro Aſſeſſore in cauſis ipſi per Barones committendis, non obſtantibus quibuſvis proviſionibus in contrarium expeditis. Verum ſtante ejus oblatione facta quando contigerit appellari ad dictam Regiam Audientiam, vel ad Curiam dicti Magnifici Locumtenentis dictæ Civitatis Cuſentiæ à quocumq, decreto per dictum Doctorem Bernardinum lato uti Aſſeſſorem alicujus Baronis, & appellans, ſeù appellatus ſit pauper, tunc ipſa Regia Audientia, vel Curia prædicta provideat dictis pauperibus de Advocato ſumptibus dicti Magnifici Advocati pauperum, ne remaneant ſine defenſione, hoc ſuum, &c.

6 Officia, ſeù beneficia ſeparata à parte rei non confunduntur, ex quo non in una perſona repræſentantur, ſed utriuſque jura conſiderantur de per ſe, retinentque priſtinam naturam, ac ſi eſſent duę perſonę, *Felin. in cap. cum olim à n. 1. de ſent. & re judic. Surd. conſ. 183. n. 42. & dec. 153. n. 16. Bichius deciſ. 579. à n. 1.* Undè obtinens Dignitatem, & Canonicatum ſimul in eadem Eccleſia duas habet voces, prout haberent, ſi eſſent ſejunctim, *Abb. in cap. cum olim, n. 2. de re judic. Covar. var. lib. 3. cap. 13. n. 6. Bich. n. 2.* ubi quod hæc eſt receptiſſima ſententia, & quod duplicem lucratur diſtributionem, *Felin. in d. cap. cum olim, n. 1. Abb. n. 6.* Ità præſtare debet ſervitia inhærentia ſivè Dignitati, ſivè Canonicatui, niſi ſimul concurrant, ut præſtari eodem tempore ab una perſona nequeant, *Garz. de benefic. p. 3. cap. 2. n. 502.*

ARGUMENTUM.

Præpoſito, cui ex indulto conceſſa eſt poteſtas conferendi beneficia, utrum competat ſimultanea collatio, vel ille cenſeatur ut unus, & pars homogenea de Capitulo? Specialis nominatio, quando intelligatur facta ratione præeminentiæ. Refertur *dec. Rotæ 330. p. 12. rec.*

SUMMARIUM.

1 *PRæpoſitus Eccleſiæ habens jus conferendi beneficia una cum Capitulo, an cenſeatur uti pars homogenea Capituli?*

2 *Nominatus ſpecificè cum corpore Collegii, an habeat tantam vocem, quantam Collegium?*

3 *Reſolvitur articulus contra Præpoſitum.*

4 *Specialiter nominatus quis cenſetur ratione præeminentiæ, non ut habeat pinguius jus.*

CAP. XCVII.

1 PRæpoſitus, cui unà cum Capitulo ex indulto conceſſa eſt collatio beneficiorum, an conſideretur uti pars homogenea ejuſdem Capituli, & unus ex Capitularibus, vel habeat ſimultaneam collationem? Contigit diſputari de Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ Terræ Piſciæ ex verbis Bullæ, ibi: *Præpoſitus unà cum Capitulo, &c. proviſionem, præſentationem, &c. omnium, & ſingularum Eccleſiarum dicti Oppidi, & illius Comitatus, &c. perpetuo habeant.*

2 Præpoſito aſſiſtebat, quod ipſe ſpecificè nominatus fuerit, & Canonici, & alii collegialiter, & collectivè. Unde videtur ei competere ſimultanea collatio, & pro dimidia, *Anchavan. in cap. poſtulaſtis, n. 9. de conceſſ. præbend. Gonzal. ſuper reg. 8. Cancell. gl. 45. n. 51.*

3 Nihilominùs quia *Leo fel. recordat. Papa X.* Eccleſiam illam in Collegiatam reduxerit, & certum numerum erigendo diſpoſuerit, quod Dignitates una cum Præpoſito, & Canonicis Capitulum faciant; Infertur, Præpoſitū unum ex Capitularibus fuiſſe conſtitutum, nec Superioris, aut Prælati in Capitulo perſonam repræſentare, ſed tanquam pars homogenea, & ejuſdem ſpeciei unum corpus cum aliis Capitularibus conſtituere, *gloſ. in Clem. ut in verb. in eiſdem*, ibique *Cardin. n. 3. de ætat. & qualit. Abb. in d. cap. poſtulaſtis n. 4. & 10. Rota dec. 300. à n. 1. par. 12. rec.*

Quando enim plures conjunguntur in unum, non ut diverſi, ſed ut unum corpus voces concurrentium computantur in capita, *Felin. in cap. paſtoralis, n. 6.* & ibi *Dec. n. 26. de reſcript. Rota d. p. 12. num. 26.*

4 Parum refert, quod Præpoſitus ſpecialiter nominatus fuerit, quia ſpecialis nominatio facta cenſetur ratione dignitatis, & præeminentiæ, non autem ad effectum contradiſtinguendi, aut illum ſegregandi à Capitulo, juxtà *Bart. in l. ſi ſervus communis 37. ff. de ſtipul. ſervor. Dec. in d. cap. paſtoralis n. 28. de reſcript. Rota d. dec. 300. per tot.* & comprobat ex obſervantia, & prętereà nam dictus Prępoſitus in dicta Eccleſia non eſt Ordinarius, unde concurrit tanquam membrum Capituli,

non

non ut corpus de per ſe, & ſeparatum, *Felin. in cap. cum omnes, n. 18. de conſtit.*

ARGUMENTUM.

Monacus, an æquiparetur ſervo, vel filio, & hæreditas illi delata, an immediatè deferatur Monaſterio, vel Monaco aſſignatur differentia inter Canoniſtas, & Civiliſtas, vel potiùs, ſeù veriùs attendenda ſit opinio favorabilis Monaſterio, proùt illi magis expedit.

SUMMARIUM.

1 *Monaco delata hæreditate, an Monaſterium directè adeat?*

2 *Jura ſucceſſionis fundata ſunt ſuper jure ſanguinis.*

3 *Recenſentur* Doctores *contra Monaſterium.*

4 *Opinio diſtinguens inter jus Canonicum, & Civile adducitur.*

5 *Monacus nullam cenſetur habere voluntatem.*

6 *Mortuo Monaco ante aditam hæreditatem, an Monaſterium adire poſſit?*

7 *Monacus, an æquiparetur ſervo, vel filiofamilias?*

8 *Monacus æquiparatur ſervo, vel filio, proùt eſt Monaſterio utilius.*

9 *Monaſterium, an poſſit adire Monaco repudiante?*

10 *Hæreditas non adita per Monacum, an tranſmittatur ad Monaſterium?*

11 *Hæreditas, an immediatè, vel mediatè deferatur Monaſterio attenditur, quod magis expedit Monaſterio.*

CAP. XCVIII.

1 Monaſterium, ſi capax ſit in communi, an delata hæreditate Monaco, ſpectanda ſit perſona Monaci, vel potiùs perinde res ſit habenda, ut ſine facto, & voluntate Monaci poſſit Monaſterium directè adire hæreditatem? Diſcrimen conſtituunt *Scribentes* inter jus Civile, & Canonicum, ut attento jure civili hæreditas deferatur Monaco, & per conſequens jus adeundi non tranſeat ad Monaſterium, ſed in perſona Monaci reſidet, ità ut ejus factum ad hæreditatis acquiſitionem ſit neceſſarium *Clarus §. teſtamentum, q. 30.* Sexcentos allegas *Bellon. de jur. accreſcendi, cap. 7. q. 44. num. 15.*

2 Rationes ſunt, nam jura ſucceſſionum ſunt fundata ſuper jure ſanguinis, ideò ſunt inſeparabilia à perſona, & tranſmitti non poſſunt, neque cedi, *gl. in l. 3. ff. de interdict. & relegat.* Præterea demonſtratur, quia poſt mortem naturalem Monaci non deferantur Monaſterio ſucceſſiones agnatorum, & cognatorum Monaci, Ergò deferuntur perſonæ Monaci, penès quem eſt jus illud ſanguinis, *Montan. controv. 10. num. 11.*

3 Juxtà quam opinionem, pleriq; exiſtimant, quòd ſi Monacus nolit adire, non debeat admitti Monaſterium, & fiat locus ſubſtituto, & cohæredi, *Bald., Angel., & alii*, quos cumulat *Bellon. n. 17.* Qui *n. 19.* advertit, quam plures declarare, ut non ſtatim fiat locus ſubſtituto, vel conjuncto, ſed ſequuta morte Monaci, qui repudiavit, quia non poſſit Monacus ſolus repudiare hæreditatem ſibi delatam.

4 E' contrariò alii volunt differre jus Canonicum, ut hoc attento hæreditas deferatur Monaſterio, & Abbas poſſit directè adire hæreditatem ſine facto, & voluntate Monaci, *Graſſ. §. ſubſtitutio q. 9. n. 7. Alex. 35. de ſubſtit. p. 1. cap. 7. n. 4.* & poſt alios *Bellon. ubi ſup. n. 4. & 12.* & hanc opinionem ſervandam eſſe, ne dum in terris Eccleſiæ, ſed etiam Imperii, vult *Alciatus in l. 1. ff. de vulg. n. 99.* & in Germania receptum ait *Graſſ. ubi ſup. n. 3.*

5 Arguitur pro Monaſterio, quia Monacus nullam cenſetur habere voluntatem, cum omnis ejus voluntas cenſeatur in Abbatem tranſlata, *cap. 2. de teſtament. in 6.* ità ut ſtatim, ac Monaco delata eſt hæreditas, non ſit amplius in hoc ſpectanda illius perſona, ſed perindè res ſit habenda, ac ſi Monaſterium eſſet inſtitutum, *Paul. de Caſtr. in l. cum proponas n. 4. C. de hæred. inſtit.*

6 Hinc ſi poſteà moriatur Monacus, vel repudiet non nocebit Monaſterio, quia poterit Abbas ejus nomine adire, *Bald. in l. fin. §. 1. n. 4. C. de Ep. & Cler. Paul. de Caſtr. ubi ſup. n. 6. Bellon. ubi ſupra n. 6. Alex. 35. n. 4. Maran. in l. is poteſt, n. 122. ff. de acquir. hæred. Bellon. n. 27.* ubi quod Monaſterium excludat ſubſtitutum, & cohæredem.

7 Agitata eſt quæſtio, an Monacus æquiparetur ſervo, vel filiofamilias? Multa ſunt in quibus ſervo, multaque in quibus filio comparatur, quæ numerat *Imol. in l. paterfamilias, n. 7. ff. de hæred. inſtit. Alex. 35. n. 3.* Servo enim æquiparatur, nam quidquid acquirit Monacus, acquirit Monaſterio, *Auth. ingreſſi, C. de Sacr. Eccleſ.* cum alioquin filius ſibi acquirat proprietatem adventitiorum, ſed ſi æquiparatur ſervo, tunc iſto repudiante non poteſt dominus adire hæreditatem directam, *Cyn. & Bart. in l. ult. C. de bonis, quæ lib.* poſt alios *Bellon. cap. 7. q. 43. n. 40.* quidquid ſit de hæreditate fideicommiſſaria.

Aſſimilatur viceverſâ Monacus potiùs filio, quàm ſervo, cum ſubjecto monacalis ſit potiùs filialis, quàm ſervilis, & Monacus vendi non poſſit. Ulterius poteſt eſſe teſtis, adeò ut ei magis, quam alius ſit credendum. Denique Monacus in hæreditatibus non habetur ut ſervus, ſed ut filius, vel ut

agnatus, vel ut cognatus, quæ jura non cadunt in ſervo.

8 Concedamus, quod Monacus ſervo comparari poſſit, procedet, ſi Monaſterio ſit utilius, cum ſervo potiùs, quam cum filio comparari, in dubio etenim debemus eam interpretationem ſumere, quæ Eccleſiæ favet, *l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumptib. funer.*

9 Novella conſtitutio *Juſtiniani in l. ult. §. 1. C. de bonis, quæ lib.* patri favens, ut poſſit hæreditatem adventitiam filio delatam adire, extenditur etiam ad Abbatem, ut Monaco repudiante poſſit Abbas adire, quia etiam in correctoriis licita eſt extenſio ex identitate rationis, maximè quando comparatio eſt favorabilior Eccleſiæ, & tractatur favore piæ cauſæ, ità *Jaſon. in l. cum proponas, C. de hæred. inſtit. Soccin. ſenior. in l. 1. ff. de vulg. n. 22.*

10 Major difficultas eſt, quando poſt mortem illius, de cujus hæreditate agitur, & ante acquiſitionem moritur Monacus, an illam tranſmittat ad Monaſterium? Negant *Bart., & Alex., Vaſquez, & alii*, quos refert, & ſequitur *Alex. 35. ubi ſupra p. 1. n. 8. cap. 7. Buttilier. de ſucceſſ. theor. 71.* quia Monaſterium imaginem Monaci gerit, & illo mortuo extincta eſt illius imago, radix, fundamentum, & propago, ità *Bald. conſ. 183. n. 3. lib. 4.*

Verius eſt poſſe Monaſterium adire hæreditatem non aditam juxtà opinionem Canoniſtarum, ut poſt *Gratian. & alios Andreol. controv. 61. n. 13.* alios cumulavi in *Gratian. cap. 363. n. 27. & 28.* ubi tamen retuli judicatum contrarium in S. C. juxtà opinionem Legiſtarum, ex *Claro in d. q. 30. in fine*, his verbis: *Judicem non errare, ſequendo in foro Cæſaris opinionem Legiſtarum, & in foro Canonico opinionem Canoniſtarum, cum Anna conſil. 45. num. 96. Montan. controv. 10. num. 13.*

11 Circa differentiam inter Canoniſtas, & Civiliſtas, an hæreditas mediatè ex perſona Monaci deferatur hæreditas Monaſterio, vel immediatè, ut volunt Canoniſtæ? *Card. de Luca lib. de fideic. diſc. 63. n. 14.* tradit in Curia opinionem Canoniſtarum receptam. Cæterum poſſe Monaſterium ad ſui favorem, uti qua opinione velit, & expedit, nil obſtante conſideratione immediati tranſitus ad Monaſterium, & videndus *Altograd. conſil. 96. lib. 1. num. 16. & 17.*

ARGUMENTUM.

Hæres gravatus, an proprio, & privato nomine, vel pro fideicommiſſario de pecunia hæreditaria cenſeatur exercere mercimonium, vel negotiationem? Diſtinguitur inter cauſam neceſſariam, & voluntariam. Quid de lucro negotiationis tutoris ex pecuniis pupilli? Quando tandem lucrum ſit fideicommiſſarii, an participet hæres pro induſtria? Explicatur æquitativa ratio in exercendo retractum, vel jus offerendi, ut incrementum rei ſpectet ad emptorem.

SUMMARIUM.

1 *Hæres gravatus, an pro ſe cenſeatur mercari de pecunia hæreditaria, vel pro hæreditate?*

2 *Hæredi gravato interdicitur negotiatio, undè lucrum erit proprium.*

3 *Diſtinguitur inter cauſam neceſſariam, & voluntariam.*

4 *Hæres gravatus, quando cenſeatur ſibi vendere merces hæreditarias.*

5 *Lucrum ex pecunia pupillari, an ſit tutoris in negotiatione?*

6 *Ex æquitativa ratione ejus eſt lucrum, cujus eſt damnum, etiam ſi res vendita retrahatur, vel jus offerendi exerceatur.*

7 *Participat lucrum hæres pro labore, ſi ex præcepto teſtatoris mercatur.*

CAP. IC.

1 HÆres gravatus, an proprio, & privato nomine exerceat mercimonium cœptum cum defuncto, vel pro fideicommiſſario? Aſſiſtit hæredi, quod hæres gravatus non tenetur pro fideicommiſſo negotiari, *Felic. de ſociet. cap. 15. n. 95. Noguerol. alleg. 5. n. 40. Coccin. dec. 409.* ubi in ſpecie agitur de quodam negotio drogariæ, & deciditur damnum, & lucrum reſpectivè eſſe debere, magis hæredis, quàm hæreditatis.

2 Accedit, quia hæredi gravato tanquam legali adminiſtratori prohibita eſt negotiatio, prout negotiatio interdicitur tutori ratione periculi, cui ipſa ſors exponitur *Sperell. dec. 90.* Exindè reſultat, quod ſuum eſſet damnum, quod contingeret, & ſucceſſivè ſuum eſſe damnum, *l. negotiationem, ff. de admin. tut. Bald. conſ. 135. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 10. num. 16.*

3 Rectiùs diſtinguendum eſt. Utrum mercimonium ſit voluntarium, vel neceſſarium. Poſtremò caſu putà, quia adſit præceptum teſtatoris, & tunc damnum eſt hæreditatis, ità e converſò lucrum, *Peregrin. ubi ſupra Rota dec. 25. poſt Rodriq. de concurſ. credit. Card. de Luca de fideic. diſc. 191. n. 11. & 12.* Neceſſitas nedum provenit ex præcepto teſtatoris, ſed etiam à ſubjecta materia, quia nempe negotium inceptum ſit, quod perficere oporteat, cum tunc etiam tutori, ſeu legali adminiſtratori continuatio conceditur, ut ergò, ſi defunctus ſuſcepiſſet affictum

Ca-

Caſalis ad triennium, vel novennium, & paraſſet ſegetes, & novalia, undè proprerea oporteat, perficere cæptum negotium pro tempore durantis affictus, cum ſimilibus, undè potiùs videatur quæſtio facti, an actus fuerit voluntarius, vel neceſſarius ex neceſſitate ſaltem morali, ac diligentis patrisfamilias.

4 Ubi autem negotiatio eſt merè voluntaria, tunc fingitur per actum occultū emptionis, & venditionis, hæredem ſibi ipſi tanquam tertio illud negotium, ſeù mercimonium vendidiſſe, ut proprio nomine ad proprium lucrum, vel damnum illud exerceret, remanente in fideicommiſſaria hæreditate pretio de tempore facti caſus fideicommiſſi reſtituendo, ad inſtar illius pecuniæ, quæ ex redemptione cenſuum, vel exactione nominum debitorum, aut alia licita alienatione obventa per ipſum hæredem voluntariè, ac ceſſante teſtatoris præcepto erogatur in acquiſitionem bonorum, ità *Card. de Luca d. diſc. 191. n. 12.* Regula etenim eſt, quod hæres gravatus eſt verus dominus. Neque tenetur eſſe procurator fideicommiſſarii, nec ſollicitus de inveſtimentis, undè acquiſitio bonorum ſtabilium, vel aliorum effectuum cenſetur potiùs facta nomine proprio, & ad commodum proprium. Ne alias claudicatio dari poſſit, in caſu enim decrementi dicere poſſet fideicommiſſarius, hæredem pro ſe acquiſiiſſe, & in caſu augumenti pro fideicommiſſo, & ſi periculum eſt hæredis, commodum etiam debet eſſe ipſius.

5 Idemque in tutore, vel alio adminiſtratore erogante ſub proprio nomine pecuniam pupillarem negotiationibus, quoniam pupillus prætendere quidem poteſt à tutore damna, & intereſſe ob non factum inveſtimentum in bona ſtabilia, vel alias tutas occaſiones fructiferas, ut *Leotard. de uſur. q. 30. n. 8.* & in quocumque adminiſtratore, etiam patre procedit, *Leotard. q. 37. 74. & 82.* At ſi damnum ex negotiatione reſultet illud ipſi tutori refertur, undè juſtum non eſt, quod ſi caſus præbeat aliquod lucrum, iſtud obtinere debeat pupillus contra regulam, *l. ſecundum naturam, ff. de reg. jur.* Licet non deſint volentes, ut iſta claudicatio locum habeat favore pupilli in odium, & pœnam tutoris ità male agentis, ut *Sperell. dec. 90. Hodiern. controv. 22.* Sed quidquid ſit in iſto caſu ob peculiarem rationem punitionis delicti, quoties iſtud ceſſat, procedit ratio *d. l. ſecundum naturam.* Et in hærede gravato erogante pecuniam in merces, & negotiationes ex propria electione, dum ſuum eſſet damnum, ità & lucrum *Coccin. d. dec. 409.* & *Rota deciſ. 25.* apud *Rodriq. de concurſ. credit. Card. de Luca de uſur. diſc. 30. per tot.*

6 Ad claudicationem evitandam ex recepta æquitate etiam habemus in eo intermedio augmento intrinſeco, quod contingit in re ſubjecta retractui legali, ſivè conventionali, ſeù juri offerendi, quoniam de ſtricto jure res venditori redimenti, ſeù vicino, aut conſanguineo retrahenti pro eodem pretio reſtituenda venit cum augmento intrinſeco, & tamen ex æquitativa ratione evitandi claudicationem, quod ſcilicèt habens jus retrahendi, vel redimenti, aut offerendi, ut potè facultativum, & non coactivum, illud exerceret ſolum in caſu augmenti, non autem in caſu damni, ideò cedit augmentum non venditori, ſed emptori, *Card. de Luca de fideicomm. diſc. 177. num. 8.*

Notandum ſimiliter eſt, quod ſi accedat præceptum fideicommittentis ſuper tali inveſtimento faciendo, tunc actus cenſetur magis neceſſarius, quam voluntarius, adhuc ſi in verbis diceretur, acquiſitionem fieri pro ſe, ſuiſque hæredibus, quoniam iſta verba non tollunt dictam præſumptionem, ſed adjecta cenſentur diſcretivè congrua congruis referendo, pro caſu contingibili, ſcilicet caducationis fideicommiſſi, quo inveſtimentum evaderet liberum *Peregr. art. 44. n. 28. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 3. n. 34. Rota dec. 38. & 70. p. 9. rec.* quæ eſt magiſtralis juxtà *Card. de Luca diſc. 177. num. 9.*

7 Notabilius pariter eſt, quod ubi ex præcepto teſtatoris continuandum eſſet mercimonium, tunc lucrum non debet eſſe totum hæreditatis, ſed de eo participare debet ipſe hæres gravatus juxtà eam participationem, quæ cadit in negotiationibus ſocialibus, in quibus unus ponit pecuniam, vel bona, alter verò operam, & induſtriam perſonalem, & participatio pro Judicis prudenti arbitrio terminanda, *Leotard. q. 31.* & faciunt adducta per *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 11. gloſ. unic. n. 37.* ubi quia medietas eſt hæredis.

ARGUMENTUM.

In filia hærede matris, quæ acceptavit donationem omnium bonorum factam per patrem cum reſervatione uſusfructus, & quantitatis ad teſtandum, an inducta ſit confuſio actionum crediti dotium maternarum, filio ſecundi matrimonii exiſtente hærede in reſervatis, dum titulus donationis ſit particularis? Judicatum adverſus filiam refert *Fontanell.* & deciſionis fundamenta recenſentur.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Titulus donationis eſt particularis, & non cadit unitas perſonæ, quæ inter defunctum, & hæredem?*

2 *Donatarius omnium bonorum tenetur ad debita ante donationem contracta.*

3 *Donator poteſt agere contra donatarium univerſalem, ut ſolvat hujuſmodi creditoribus.*

4 *Donatio, an ſit univerſalis, ſi donator reſervet uſumfructum, & quantitatem certam ad teſtandum.*

CAP. C.

1 Filia hæres matris creditricis dotium nuptui à patre tradita acceptavit donationem ab eo factam de univerſis bonis cum reſervatione uſusfructus, & certæ quantitatis ad teſtandum facta, cumque in reſervatis pater inſtituiſſet alterum filium hæredem, filia prætendit dotes matris.

Pro filia ediſſeritur, quia titulus donationis eſt particularis, *l. ult. ff. de uſufr. legat. Coſta de remed. ſubſid. rem.* 108. *n.* 13. *Fab. C. de donat. defin.* 4. In quibus titulis particularibus regulariter confuſionis materia non intrat, ſed ſolum in univerſalibus ſucceſſionibus per hæreditatis aditionem, *l. qui hominem, §. quidam filium, ff. de ſolut. Gaſp. Rodeg. de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 19. *n.* 30. Quia in titulis particularibus non eſt conſiderabilis illa unitas perſonarum, quæ in univerſalibus, in quibus hæres, & defunctus pro eadem perſona reputantur, quæ unitas cauſet confuſionem actionum, *Coſta de port. rat. q.* 46. *num.* 7.

2 Adverſus filiam è contrariò dicebatur, quod donatarius omnium bonorum ſuccedit in obligatione ſolvendi debita ante donationem contracta, ità ut reſervatio libera maneret donatori; hæc enim eſt mens donantis bona, ut illa cenſeatur donare, quę ſuperſunt deducto ęre alieno, *l. mulier bona, ff. de jur. dot.* & in hoc conveniunt omnes, ſolum diſputant, ſi recta via poſſit agi contra ipſum donatarium, vel potiùs ſit excutiendus donator, vel illius hæres, ut *Coſta rem. ſubſ.* 108. *num.* 7. *Fab. ubi ſupr. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *p.* 7. *n.* 58. ubi refert in terminis declaraſſe Senatum, ut donatarius univerſalis filius patris ſui teneretur ad ſolvendum penſiones cujuſdam annui redditus ante donationem facti, idque non obſtante, quod creditor erat hæres donatoris reſervationis tantùm, hoc motivo, quod debita ante donationem contracta cedebant oneri donatarii, non hæredis. Idemque antea per eundem Senatum declaratum, ad donatarium ſpectare ſolvere debita donatoris ante donationem contracta, & omne ęs alienum. Propter quod cum actio, & paſſio reſiderent in eodem ſubjecto, & in eadem perſona, ſit ut confuſio inducta de neceſſitate cenſeatur, & ex conſequenti filia non poterat, niſi à ſeipſa recuperare, & ità in puncto judicatum refert idem *Fontanell. n.* 52. his verbis: *Quia cum filia acceptaverit donationem à patre, per confuſionem actionum indè reſultantem, jam ex tunc in dote matris ſuæ fuit ſatisfacta.* Et conſequenter pro dicta dote ſibi modo prædicto ſoluta, & reſtituta, ei non competebat remedium recuperandæ poſſeſſionis.

3 Pro complemento adducitur, quod licèt creditores donatoris non poſſint agere contra donatarium pro conſequutione propriorum creditorum, poteſt tamen donator contra donatarium agere, ut ſolvat creditoribus ſuis anterioribus donatione, *Cancer. var. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 69.

4 Turbant cęterum prędicta, quod donatio non dicitur univerſalis, quando donator ſibi reſervavit aliquam quantitatem bonorum ad effectum teſtandi, & uſumfructum bonorum, ità *Rota dec.* 151. *p.* 13. *rec. n.* 12. his verbis: *Reſpectu verò donationis non ſubſiſtit in facto, Ruggerium fuiſſe donatarium univerſalem patris, nam hic uſumfructum bonorum donatorum reſervavit ad effectum teſtandi alteram portionem bonorum, ſi à què ex hoc capite non tenetur de proprio ſervare voluntatem defuncti, Cancer. var. p.* 3. *cap.* 7. *n.* 119. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *q.* 144. *n.* 5. At dic in caſu hujus deciſionis donatio non erat univerſalis, ſed de certis bonis.

ARGUMENTUM.

Nemo creditoris, & debitoris perſonā fungi poſſit, pluribus illuſtratur exemplis, & quando aditione fiat confuſio actionum, vel extinctio uſusfructus, & affertur differentia inter uſumfructum, & ſervitutes prædiales. An uſufructuarius omnium bonorum poſſit agere adverſus hæredem debitorem hæreditatis pro uſusfructu ejus, quod debet?

SUMMARIUM.

1 *Nemo creditoris, & debitoris perſona fungi poteſt.*

2 *Uſufructuarius univerſalis, an agat contra hæredem debitorem hæreditatis?*

3 *Servitutes prædiorum confunduntur, ſi unus fiat dominus prædii dominantis, & ſervientis.*

4 *Differentia inter uſumfructum, & ſervitutes prædiorum, ut hæ non extinguantur aditione.*

CAP. CI.

1 Nemo ſui ipſius creditor, aut debitoris, & creditoris perſona fungi poteſt, *l. pen. ff. de recept. arbitr.* cum actio, & paſſio in

codem

eodem ſubjecto non cadunt, *cap. debitum de baptiſm.* Locum ſibi vendicat pro ea parte dumtaxat, pro qua hæres ſuccedit, cum in plus non fingat lex ab hærede perſonam defuncti repræſentari, *gloſ. in l. 2. §. fin. ff. de prætor. ſtipul.* Dicendum eſt, debiti actionem aditione confundi, ſi inſolidum adeatur, vel in parte, ſi in parte adeatur, *l. ſi debitori, ff. de fidejuſſ.*

2 Alicui relicto uſufructu, non poteſt uſufructuarius omnium bonorum agere contra hæredem univerſalem inſtitutum ad exigendum, quod ipſe hæres teſtatori debebat, nec uſumfructum ejus ex ratione prædicta, neminem ſcilicet ſui ipſius debitorem, & creditorem eſſe poſſe, & creditum, & debitum eſſe reſolutum, *Cavalc. de uſufr. num. 73. Caſtill. de uſufr. cap. 71. num. 3.*

3 Sicut nemo ſui ipſius ſervus eſſe poteſt, ità nec fundus ſibi debere ſervitutem poteſt, *Connan. comment. jur. civil. lib. 4. cap. 12. n. 1.* Hinc ſervitutes prædiorum confunduntur, ſi idem utriuſque fundi ſervientis, & dominantis dominus eſſe cæperit, *l. 1. ff. quemadmod. ſerv. amitt.* Quod intelligitur, ſi dominium utriuſque prædii in totum quæſierit, nam ſi pro parte, cum per partes retineatur ſervitus, non confundentur *l. ut pomum, §. fin. ff. de ſervit.*

Similiter, & uſusfructus proprietatis acquiſitione amittitur, ideſt ſi fructuarius proprietatem acquiſierit, quæ res conſolidatio appellatur, & confuſio *l. ſi ſervus, ff. quib. mod. uſufr. amitt. Caſtill. num. 6.*

4 Diverſa eſt cauſa uſusfructus, & ſervitutum quoad confuſionem. Nam ſi teſtator prædium habet, quod fundo hæredis ſcripti iter, aut aliam ſervitutem debeat, illudque ab hærede ſcripto legaverit, & poſtmodum hæreditas adita ſit, licet mero, & ſummo jure liberum fundum hæres præſtare debeat legatario, ideòque confuſione dominii ſervitus evanuit adita hæreditate, ex æquitate tamen, quæ evincit, ut talem fundum teneatur hæres dare, qualis à teſtatore relictus ſit, non alium, *l. legatum eſt, §. fin. ff. de leg. 1.* Diverſum eſt in uſufructu, nam ſi dominus fructuario hærede inſtituto, fundum alicui legaverit, & legatario fundum vendente, hæres ex cauſa uſusfructus emolumentum retinere voluerit, doli mali exceptione repellendus erit, *l. is cujus, l. cum filius, §. dominus, ff. de leg. 2. Caſtill. num. 9. & ſeqq.*

ARGUMENTUM.

In muliere hærede viri, & creditrice dotium adeunte ſimpliciter hæreditatem, an inducatur confuſio actionum, vel reviviſcant jura in caſu, quo evincantur bona per creditores? *Fontanella* totus eſt pro muliere. Et expenditur *Conſil. Roccus.*

SUMMARIUM.

1 *Mulier hæres viri cum inventario, & creditrix dotium repræſentat duas perſonas.*

2 *Confuſio actionum, an inducatur ex aditione ſimplici?*

3 *Actiones dotales, an reviviſcant, ſi evincantur bona per creditores?*

4 *Ficta ſolutio, an inducatur per aditionem ſimplicem?*

5 *Diſtinctio* Fontanellæ *inter confuſionem quoad actiones, & quoad retentionem.*

6 *Notatur* Fontanella *confundens fideicommiſſum, & credita ſuper hæreditate.*

7 *Mulier ſimpliciter adiens hæreditatem, an juvetur* Vellejano?

8 *Quid ſi decepta ſit mulier à creditoribus ad ſimpliciter adeundum?*

CAP. CII.

1 Mulier hæres ſine inventario creditrix dotium, an repræſentet duas perſonas, prout quando eſt cum inventario jure dubitari poteſt.

Extra controverſiam, ſi mulier conficiat inventarium, tunc compatibiliter duas repræſentat perſonas, ut præ cœteris optimè poſt *Azin. de execut. §. 7. cap. 69. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gl. 3. p. 7. n. 42.* & inventarium præſervat à confuſione actionum, *Cancer. p. 3. var. cap. 2. de invent. n. 166. & Fontanell. d. num. 42.*

2 Totum dubium conſiſtit, quando mulier inſtituta fuit hæres à viro ſuo, & adit ſimpliciter hæreditatem? *Mier. in Conſtit. 2. diſſolut. matrim. n. 125. & ſeq.* dicit, ſibi videri, quod per aditionem hæreditatis ſint confuſæ actiones, *Fontanell. n. 37.* Qui addit, quod imò per aditionem hæreditatis eo ipſo, quod eam adivit cum inventario mulier, viſa eſt ſibi ſolviſſe, & ſatisfeciſſe in ſuo credito de bonis hæreditariis, *Caſan. conſ. 23. ex n. 23. Afflict. dec. 237. num. 6.*

3 Movet difficultatem *Fontanell. n. 39.* ſi mulieri movetur quæſtio ſuper hæreditate, vel per aliquem, qui prætendat ſibi ex aliquo vinculo ſucceſſionem deberi, vel per aliquem creditorem, qui creditoris locum habeat, pro quibus inſtet contra mulierem, *Fontanell.* ità reſpondet: *Sanè in iſtis ſimilibus redibunt proculdubio primævæ actiones. Dotis enim favore, ut prima hypothecaria actio tollatur, neceſſe eſt, ut hæreditas penès mulierem remaneat, alioquin remanet, & permanet prima actio tàm perſonalis, quàm hypothecaria, prout ex Caſtill. dec. Sicil. 5. ex num. 7.*

4 Sub-

4 Subdit *Fontanell.n.46. Advertendum etiam erit circa hæc, illud quod communiter dicunt Doctores, quod ficta ſolutio non inducitur per aditionem hæreditatis, niſi ad hoc ne hæres ſit in damno, prout Paul. de Caſtr. in l. ſtichum, §. aditio, ff. de fidejuſſor. declarat Gaſp. Roder. de ann.reddit. lib.2.q.19.n.4. Afflict.dec.237.n.4. Seſſe dec. 46. Honded. qui præ cæteris eſt videndus in conſ.58. n.4. & 5. Multo ergò minus inducetur, ſi imò damnum ſentire habet.*

5 Animadvertit etiam *Fontanell. n.47.* quod ea, quę dicunt de confuſione actionum, procedunt quoad actionem, ſed non quoad retentionem, licet confectum non ſit inventarium, *Vinc.de Franch.dec.39.n.3.Coſta de port. ratæ q.45.n.8.& q.273.n.3.* ubi de novo allegat *l.debitor,ff.ad Trebell.Afflict.dec.237.* Imò etiam quoad actionem non fieri confuſionē, quia ſic hæres eſſet in manifeſto damno, ſi non poſſet agendo recuperare ſua credita, ut *Honded. in conſ.58. num.53. lib.1.* hæc *Fontanell. num. 47. & 48.*

6 Involuta, & minus tuta videntur, quæ tradit *Fontanell.* ſimpliciter, & indiſtinctè aſſeverando, quod mulier etiam ſimpliciter adeundo non ſibi præjudicet in credito dotali, & non inducatur confuſio, & in caſu, quo evincantur bona, favore dotium reviviſcant primæva jura. Bene id procederet, ſi quis prætenderet vinculum, & fideicommiſſum ſuper bonis hæreditariis. Quia fideicommiſſum intelligitur ordinatum, deducto ære alieno, & hæres ſine inventario deducit ſua credita, & actiones non confunduntur, ut ſupra dixit. At quando mulier eſt hæres ſimplex, tunc creditoribus tenetur de proprio, ideòque impoſſibile videtur poſſe excipere, & retinere in caſu, quo agerent creditores defuncti. Quando conveniretur mulier ratione poſſeſſionis bonorum, & hæc evincerentur, quia forte maritus emiſſet bona obnoxia creditoribus venditoris, & tunc adhuc repellenda foret, ſi pro dote ageret contra poſſeſſores bonorum mariti, & contra creditores poſteriores, nam iſti opponerent de confuſione actionum per aditionem ſimplicem.

7 Nimis favet *Conſil. Roccus reſp. 53. lib.1.à n.43.* probans *Vellejano* juvari mulierem hæredem in quaſi contractu aditionis, per *text. in l. tutor pupilli, verſ. denique, ff. ad Vellejan. & Bald. in l. 1. n. 3. C. ad Vellejan.* dicentem, quod ſi mulier non contrahit, ſed quaſi contrahit pro utilitate alterius, putà adiit hæreditatem damnoſam, vel confitetur ſe adiviſſe, & ex hoc creditores hæreditarii agant contra eam, ſi dolo creditoris ad hoc inducta ſit, reſcinditur aditio, & confeſſio, *l.ſi mulier, ff.ad Vellejan.* quem caſum mirabilem appellat *Bald.* in materia adeuntium hæreditatem.

Perpendit præterea idem *Rocc.* quod cum *R. Pragm. de Vellejano* in Regno prohibeat omnes contractus mulierum, comprehendit etiam caſum aditionis, cum hæres adeundo quaſi contrahat.

Oppoſitum putò verius per *text. in d. l. ſi mulier,* ubi *Paul.de Caſtr.n.2.* ità docet: *Adverte, quod dubitatio hujus legis erat; quia mulier transferens in ſe obligationem alterius juvatur Vellejano, ſed quando mulier adit hæreditatem alterius transfert obligationem alterius. Ergò. Sed reſpondetur, quod contraria loquuntur, quando transfert in ſe animo repetendi ab illo, pro quo ſe obligat, ſed quando adit, non transfert animo repetendi, ſed ſe facit principalem debitricem proprio nomine.* Aſſignat aliam rationem idem *Paulus in l.fin.* quia mulier adeundo quaſi contrahit, non autem intercedit, nec poſſit dici, quod hæc aditio fuerit in fraudem, & ſic comprehendatur in exceptione. Vel rectius, quia aditio de ſui natura non ſit principaliter, ut ſuſcipiatur obligatio alterius, ſed ut acquiratur jus univerſale, de cujus natura eſt, ut ſuſcipiat onera, & emolumenta, & mulier facit, ut acquirat, non ut obligetur creditoribus.

Confirmatur, quia mulier ſimpliciter adiens tenetur inſolidum, nec reſtituitur regulariter in integrum adverſus inventarium omiſſum, *Bald.in l.fin. q.2.C.de jur. delib. Reg. Latr. conſ. 57. n. 5. Praſ. de Franch. dec. 229.* ubi *ego in obſerv. 518.*

8 Conceditur traditio *Conſil. Rocc.* in caſu, quo mulier inducta ſit à creditoribus defuncti ad adeundam hæreditatē, & per creditores decepta ſit, ut expreſſus eſt *text. in d.l.ſi mulier,* & docet *Bald.in l.1.n.3.C.ad Vellejan.* & habetur *in dec.518. n.10.Praſ.de Franch.*

ARGUMENTUM.

Creditor, an duobus libellis ſeparatis agere poſſit contra duos reos promittendi; Et è contrà plures rei credendi poſſint cogi ad agendum unico libello? Ad intellectum *text. in Auth. hoc ità, C. de duob. reis.*

SUMMARIUM.

1 *Creditor pro partibus virilibus, vel inſolidum, an pluribus libellis agere poſſit?*

2 *Diſtinguitur, an pro virili, vel inſolidum agatur.*

3 *Intellectus* Auth. hoc ità, C. de duob. reis.

4 *An duo rei credendi agere valeant libellis diſtinctis?*

CAP. CIII.

1 Creditor, ſi adverſus plures debendi reos diverſos libellos porrigat, eoſque conveniat

veniat pro partibus virilibus, unicam inſtituet ipſe litem, quæ communiter examinetur, & terminetur, ità jure noviſſimo cautum habetur in *Auth. hoc ità, C. de duob. reis*, & ad petitionem reorum conventorum cumulatio petitionum eſt facienda, multò magis ſuſpenſo præjudicio, quod fieri poſſet propter hoc reis ipſis conventis.

2 Contrarium probat *Ronchegall. in l. 3. §. ubi duo de duob. reis*, *n.* 27. quia ubi actum ſit à principio pro parte adverſus eos ſingulos, cenſentur diverſæ obligationes ſingulorum, & ſeparatæ in perſona cujuſque, & ob id diverſi libelli admittuntur, ex *Aret.* ità *Ronchegall.* Aliter, ſi actum eſſet ad ſolidũ adverſus omnes, tunc enim quamvis tacitè agi videatur ab actore, ut exactio fiat adverſus reos pro partibus virilibus, condemnatio tamen fiat ad ſolidum, cum igitur ſolidi condemnatio dirigetur collective ad omnes, illi pro una perſona reputantur, quo fit, ut poſſint petere, ut unus ſolus libellus producatur.

3 Nec obſtat *d. Novella Conſtitutio.* Quia loquitur ibi, *Imperator*, de reis illis dumtaxat, qui propterea ſunt expreſſe facti fidejuſſores invicem, non de reis ſimpliciter acceptis.

4 Idem conſtituendum eſt in pluribus reis credendi, qui ad partes agant libellis pluribus, nam de uno ad aliud genus reorum recte arguitur. Nec eſt hoc caſu diſputandum de *Novella Conſtitution.* Quandoquidem quatenus ad reos credendi plures *Imperator* de duobus reis promittendi titulum format, nihil decidit.

ARGUMENTUM.

Creditor vendens jure creditoris; ſi emat per interpoſitam perſonam, vel ſit nominatus ab emente pro perſona nominanda, an ſit tutus à jure offerendi, ſicùt extraneus emens?

SUMMARIUM.

1 *Creditor vendens jure creditoris emens per interpoſitam perſonam, an ſit tutus à jure offerendi?*

2 *Quid ſi creditor ſit nominatus ab emente pro perſona nominanda?*

3 *Reſolutio articuli.*

CAP. CIV.

1 Creditor vendens jure creditoris, ſi emat per interpoſitam perſonam, an ſit tutus à jure offerendi, ac ſi emiſſet uti alius, ſeù uti extraneus, vel tertius?

Diſtinguitur communiter. Quod aut quis

1 emit à priore creditore vendente rem jure creditoris, & hoc caſu non poteſt inquietari à ſecundo creditore petente ſe admitti ad jus offerendi. Aut idem primus accepit inſolutum à debitore, & ſubjacet juri offerendi, *Poſtius de ſubhaſt. inſpect. 66. Rota dec. 61. n. 2.* poſt *Merlin. de pignor.*

2 Si licitator emit pro perſona nominanda, & deindè nominet, & declaret nomen ſuum fuiſſe ſimulate appoſitum, & emiſſe pro creditore vendente, & contra illum ſimulare ementem datur jus offerẽdi, adeò ut emptio per interpoſitam perſonam ſequuta reputari debeat, ac ſi immediatè facta fuiſſet, *l. 1. C. plus val. quod agit. Rota* poſt *Poſtium de ſubhaſt. dec. 108. n. 11. & 14.* & poſt *Merlin. dec. 61.* & probat *text. in l. cum propria, C. ſi quis alt. vel ſibi*, ibi: *Nomen tantummodò accomodare dicas. l. ſi ab Anaſtaſia, §. ſi quis autem, C. mand.* ibi: *Vel forſan aliis per ſuppoſitam perſonam.* Cum paria ſint, facere per ſe, vel per alium, *l. ità autèm, §. geſſiſſe, ff. de admin. tut.*

3 Non obſtat, quod deliberatio, ſeù venditio ſubhaſta tunc dicitur facta per interpoſitam perſonam, quando licitator offert pro perſona nominanda, quam deinde nominat. Secus ubi à principio offert pro ſe, & poſteà rem illam uti propriam alteri vendit, non per viam declarationis nudum nomen habuiſſe, & pro venditore emiſſe, aut ceſſionis, ſed per viam puræ venditionis creditori vendenti vendidit, ut dicit *text. in l. 1. C. antiqu. cred. Thomat. dec. 74. n. 6.* ut *Rota deciſ. 186. par. 13. rec. n. 13.*

Quia quando illemet creditor, qui curat rem ſui debitoris diſtrahi, hac tamen intentione, ut illam acquirat pro ſe, at dubitans ſimulationem detegi, cum aliqua perſona convenit, ut pro ſe ſtipuletur, tunc detecta conventione, venditio dicitùr facta ipſimet creditori, qui ſimulare nomine alterius uſus fuit, *Crav. conſ. 122. n. 10. & conſ. 156. n. 11. Rota poſt Poſt. de ſubhaſt. dec. 108. Rota dec. 289. num. 17. & ſeqq. par. 13. rec.*

ARGUMENTUM.

Mutuum receptum per præpoſitum alicui negotio, an referendum ſit ad negotii cauſam, & ſit obligatum negotium, vel teneatur præpoſitus de proprio? Diſtinguitur actus indifferens ab actu negotii per *Rotam. Rom.*

SUMMARIUM.

1 *Mutuum receptum per inſtitorem, an referatur ad cauſam negotii?*

2 *Actus indifferens cenſetur geſtus per inſtitorem nomine proprio.*

3 *Circumſtantia declarans actum nomine proprio, & non negotii.*

Digitized by Google

C A P. CV.

1 MUtuum receptum per inſtitorem, vel præpoſitum alicui negotio, an ad negotii cauſam ſit referendum, & negotium proindè ſit obligatum, vel proprio nomine inſtitor teneatur?

2 Reſolutivè dicitur, quod quoties verſamur circa actum indifferentem, qualis eſt mutuum, quod tàm ad negotium, quàm ad recipientis perſonam deſervire poteſt. Tunc nulla facta expreſſione, cujus nomine geſtum fuerit, magis proprio, quàm alieno contractum fuiſſe præſumitur, *l. ſi ità ſtipulatus, §. Chriſogonus, ff. de verb. oblig. l. & magis, ff. de ſolut. l. 1. §. non autem, & l. fin. ff. de exercit. Bar. in l. ſi patruus, C. comm. utrinſq; judic. Alex. conſ. 139. lib. 6. Cæphal. conſ. 635. n. 5. Rota Jannen. dec. 74. num. 96.*

3 Præſertim concurrente obſervantia, ut quando voluit uti præpoſitus contraherè, id expreſſè declaravit. Hinc clarè conſurgit, quod nulla facta expreſſione, & negotii mentione, proprio nomine agere intellexerit, hujuſmodi namq; diverſus modus agendi, diverſas quoq; & ſeparatas inducit obligationes, *Mebelor. de fratrib. p. 2. cap. 44. n. 4. Menoch. conſ. 121. n. 96. Rota in puncto dec. 437. p. 13. rec. per tot. & n. 8.* ubi quod non eſt novum, quod quis valeat duplicem perſonam repræſentarè, *l. procurator de evict. ff. de procur. Ludoviſ. dec. 366. n. 1. Rota dec. 293. n. 19. p. 5. & dec. 59. num. 17. par. 8. rec.*

ARGUMENTUM:

Ceſſionarius jurium cum præſervativa, *dummodò ceſſio, &c.* poteſt moleſtare cedentem uti diverſus, & uti alius ex juribus diverſis anterioribus, & non ceſſis. Aliter in cedente, ne recipiat duplicatum valorem. Vicinus ſi uti creditor recipiat pretium rei contiguæ venditæ, an ſibi præjudicet in retractu competente ex alio jure, nempè vicinitatis? Creditor recipiendo pretium rei venditæ pro uno credito, an poſſit moleſtare pro alio? Et quid ſi patiatur partem pretii liberari creditoribus poſterioribus?

SUMMARIUM.

1 *CEſſionarius, an poſſit moleſtare cedentem ex aliis juribus, & non ceſſis?*

2 *Cedens non poteſt moleſtare ceſſionarium ex aliis juribus.*

3 *Creditor ſimul, & vicinus recipiendo pretium rei venditæ, non ſibi præjudicat in retractu.*

4 *Quid ſi creditor ſit ex diverſis creditis, & recipiat pretium ex uno?*

C A P. CVI.

1 CEſſionarius jurium virtute ceſſionis cum clauſula præſervativa, *dummodò ceſſio non officiat cedenti directè, vel indirectè*, non poteſt moleſtare cedentem ex juribus ceſſis, nec agendo, nec excipiendo. Secus ubi ageret ex aliis diverſis juribus anterioribus ex diverſa cauſa ob perſonarum formalium reduplicationem, quæ in jure datur in eadem perſona materiali, undè propterea ceſſionarius habens alia jura fingitur diverſus homo, & ceſſio, quam ad favorem ſuum reportare curavit, juvare debet juxtà regulam, quod favore alicujus inductum eſt, in ejus damnum non retorqueatur. ità in puncto *Peregr. conſ. 93. n. 15. lib. 1. Decian. conſ. 21. n. 76. lib. 4. Rota dec. 49. n. 31. p. 11. rec. Card. de Luca de credit. & deb. diſc. 8. num. 7.*

2 Eadem ratio reduplicationis perſonarum non intrat in ipſo cedente, qui ex aliis diverſis juribus agendo, vel excipiendo ipſum cedentem directè, vel indirectè moleſtaret, & repelleret, quaſi quod ità faciat tanquam homo diverſus. Obſtat enim cedenti, quod ex eadem re duplicatum pretium retraheret, & ſic intrat exceptio doli, ſcilicèt ex eadem re cedentem duplicatam ſatisfactionem, ſeu duplicem valorem reportare, quod non juſtum, neque rationabile eſt, ideoque cum poſſeſſor pretium, ſeu æquivalentiam in pecunia ei ſolverit, pro ea rata, quam ità ex re hypothecata obtinuit, ſatisfieri, non poteſt cedens, novas moleſtias inferre, ne dum ex cauſa poſteriori, vel æquali, putà, pro reſiduo ejuſdem crediti, neque etiam ex anteriori, cum ità ſibi obſtet exceptio doli, dum impoſſibile eſt, ut ex re, quæ valet decem, poſſit unus, & idem reportare viginti, *Cravett. conſ. 298. n. 10. Card. de Luca d. diſc. 8.*

3 Si quis ſit creditor, ac etiam vicinus, vel conſors, cui competat jus congrui, ſivè retractus, & tanquam creditor recipiat, vel petat pretium in toto, vel in parte, ſibi non prejudicat in jure retrahendi competente ratione vicinitatis, aut conſortij, vel alio jure ex ratione, quia in hoc caſu conſideratur diverſus homo habens diverſum jus ex diverſa cauſà proveniens, ideòque renunciatio unius non comprehendit alterum jus, & actus geſtus ad unum effectum, illum egredi non debet, *Cavaler. dec. 657. n. 3. poſt alios Cyrocch. diſcept. 29. n. 53. Card. de Luca de credit. diſc. 35. num. 9.*

Similiter inquilinus recognoſcens in dominum novum emptorem, ſibi non præjudicat in jure retractus competente virtute ſtatuti,

ſtatuti, ratione etiam compatibilitatis, cum interim emptor, quamvis retractui ſubjectus dicatur verus, & perfectus dominus ad omnes effectus, atque vicinus, vel inquilinus habens à lege, vel conſuetudine aliquem terminum ad ſuum jus exercendum poteſt illius beneficio utendo, interim eſſe indeterminatus, vel ut maturius cogitet, an expediat, vel ut pecuniam ad id neceſſariam commode paret, ità decidit *Rota apud Millin. decis. 446. Card. de Luca de ſervit. diſc. 75.*

4 Secus ubi agitur de uno, eodemque actu individuo, circa quem creditor unicam perſonam gerat, nam tunc petendo, vel recipiendo pretium ab emptore, perneceſsè approbat actum alienationis, ſine quo dari non poteſt pretium, neque illud recipi, undè ſi creditor patiatur partem pretii liberari creditoribus poſterioribus, & reliquum recipiat, ſibi imputet, dum jus ſuum poterat eſſe ſalvum ſuper tota re, idemque ſi emptor receperit partem pretii, *Card. de Luca de credit. diſc. 35. num. 12.*

ARGUMENTUM:

Dans pecunias ad cambium, & pro implemento litterarum habens facultatem ſumendi pecunias ad cambium pro aliis, utrum accipere poſſit à ſemetipſo uti alio, ſivè quolibet extraneo ob pluralitatem perſonarum formalium, quæ datur in una perſona materiali? Quid ſi facta eſſet expreſſio pretii, & plateæ, vel in procuratore generali, vel ſocio? Expeduntur *Turri, & D. Card. de Luca*. Cambia, an ſint licita, ſi cambiens ſciat impotentiam recipientis pecuniam?

SUMMARIUM.

1 *Dans pecunias ad cambium cum facultate ſumendi ad cambium ab aliis, an ſumere valeat à ſeipſo uti alio?*
2 *Quid ſi expreſſa ſit platea? Refellitur* Turri.
3 *Debitor cambia per creditorem à ſemetipſo ſumpta ſolvens, an approbet?*
4 *Procurator, & merus inſtitor, an à ſeipſo cambiare valeat?*
5 *Quid in ſocio, vel inſtitore participe ſocietatis?*
6 *Cambia, an ſint licita, ſi cambiens certo ſciat impotentiam recipientis pecuniam?*
7 *Cambia, & recambia ſunt ſors, non acceſſiones.*

CAP. CVII.

1 Dans pecunias ad cambium, & habens facultatem ſumendi pecunias ad cambium ab aliis, utrum poſſit vigore facultatis ſumere à ſemetipſo uti alio, & quolibet extraneo? Affirmandum videtur, cum detur pluralitas perſonarum in eodem ſubjecto, & poſſit procurator, vel tutor emere à ſemetipſo palam, & bona fide, ut pluries dictum eſt. Nihilominus *Rota* pluries contrarium judicavit, & rationabiliter quod ſub generali mandato non veniat perſona mandatarii, ne ſcilicèt ob proprium, & particulare lucrum minus diligenter, & fideliter campſor mandatum expleat, atque gravioribus uſuris principalem ſupponat, ità *Rota in dec. 31. & ſeq. poſt Turr. de cambiis, Card. de Luca de camb. diſc. 12. n. 3. & diſc. 14. n. 7.*

2 Hæſitatur, quando facta eſſet expreſſio pretii, & Plateæ? *Turr. in annot. ad dec. 31. lit. F.* firmat poſſe campſorem à ſeipſo pecunias ad cambium ſumere. Quaſi tunc nihil interſit debitoris mandantis, an cambium creditor mandatarius cambiet à ſeipſo, vel ab alio. Sed hanc limitationem refellit *Card. de Luca d. diſc. 12. n. 13.* Quia ſemper in dubio deficere dicitur voluntas mandantis, quæ attendenda eſt. Præterea in generali mandato non venit perſona creditoris, niſi exprimatur ad *text. in l. ſi mandavero tibi, §. ſi tibi centum, ff. mandat.*

3 Suboritur difficultas, ſi debitor deindè in ſolidatione computorum cambia decurſa ſolviſſet, ſeù admiſiſſet tanquam debita? *Rota poſt Turri dec. 33. n. 7.* primam concluſionem reſtringit. At requiri ſcientiam explicitam debitoris qualiter creditor à ſeipſo cambiaverit, ità *Card. de Luca d. diſc. 12.*

4 In procuratore generali, & ſimplici, & mero inſtitore habente facultatem ſumendi pecunias ad cambium dubitatur, an poſſint hæ perſonæ pro liberando principali à gravioribus uſuris à ſeipſis capere? Affirmativam opinionem probat *textus* ad literam in *l. & in contraria, ff. de uſur. in l. ſi verò, §. ſi mihi, ff. mandat.* Quæ jura licet hodie indefinitè non procedant in illis uſuris, quæ de jure civili permiſſæ, de jure Canonico in utroq; foro damnatæ ſunt, ex deductis per *Leotard. de uſur. q. 34. n. 34.* Cœterum adhuc illorum jurium diſpoſitio, vel ratio rectè procedit in uſuris licitis, & permiſſis, quæ ſunt cambia realia juxtà formam *Conſtit. S. Pii V.* ut in ſpecie procuratoris capientis ad cambium exemplificat, *Leotard. q. 34. n. 26. Card. de Luca diſc. 13. num. 7.*

5 Diverſa quoque eſt quæſtio, an inſtitor, & ſocietatis ſimul particeps poſſit accipere pecunias ſub uſuris, & cambio per explendis negotiis ſocialibus? Affirmativè reſpondetur ex *text. in l. ſi unus, §. ſi quid unus, ff. pro ſoc.* cujus diſpoſitio etiam hodie viget in actibus licitis, utpotè ſub cambiis realibus,

§ 2 Leo-

Leotard. q.31.n.44. Card. de Luca diſc.13. Socius autem, an poſſit à ſeipſo capere ob majorem facilitatem in inveniendo pecuniam? Verum *Card. de Luca diſc. 14.* contrarium ſentit, quia ſub generali mandato non veniat perſona mandantis. Ego in procuratore generali eandem rationem obſtare video, & conſequenter licet uterque tàm procurator, quàm inſtitor, & ſocius poſſit capere pecuniam ſub uſuris licitis, & ſub cambiis realibus, tamen à ſeipſo non poſſet juxtà regulam, qua firmatur, in generali mandato non venire perſonam mandatarii, ne ob proprium commodum, & particulare lucrum minus fideliter mandatum expleat.

Ex æquitate debebitur cambium ad eandem rationem limitatam cum aliis, præſertim ſi res verſa ſit in utilitatem ſocietatis, vel mandantis, dum in negotio mandans eſt in lucro, & mandatarius, & ſocius eſſet in damno, *Card. de Luca diſc.14. num.7. & 8.*

6 Cambia, an ſint licita, ſi cambiens certo ſciat recipientem non poſſe cambiare? Diſtinguitur inter cambium directum, & inter obliquum. Directum non eſt licitum, ut ſi quis certo habens pecuniam in uno loco, indigens in altero loco det campſori, vel alteri, ut cambiaret, iſto caſu ſi dans certo ſciat recipientem converſurum eſſe pecuniam in alios uſus, & non habeat modum implendi literas in loco convento, & cambium eſt illicitum, ut judicavit *Rota 4. Julii 1642. & 18. Aprilis 1644. coram Peuting.* ut refert *Card. de Luca de camb. diſc. 5. n. 8.* Aliud in cambio obliquo in mandato; quod idem debitor dat creditori, vel quod idem debitor in ſe ſuſcipit inveniendi ab aliis ſummam æquivalentem ſub cambiis, & non ipſa pecunia cambianda eſt, ſed altera, ſeu ejus æquivalens, *Card. de Luca d. num. 8.*

7 Cambia, & recambia non ſunt acceſſiones, nec fructus, ſed habentur loco ſortis principalis, quæ in qualibet nundina una cum antiquo debito tranſmittitur, *Turr. de camb. diſp. 3. quæſt. 2.*

ARGUMENTUM.

Princeps ſupremus, ſi decedat in ditione alterius Regis, cui ob feuda eſt ſubjectus, an duci poſſit in funere cum inſigniis Regiis in ſignum ſui liberi dominii? Recenſentur exempla, & qualiter in una perſona dantur plures repræſentationes, & non confunduntur, prout neque in *Divinis*.

SUMMARIUM.

1 *Funus ducere, quiſque, uti velit poteſt.*

2 *An ſicut vivens nequit Princeps uti Regiis inſigniis, ità nec mortuus?*

3 *Quid ſi decedat in feudis, in quibus ſubeſt alteri Regi?*

4 *In una perſona dantur plures repræſentationes in humanis, & in* Chriſto.

5 *Ducere inſignia Regia in tempore mortis, nullus ſit actus juriſdictionis.*

6 *Congeruntur exempla Regum, & Principum in aliena ditione inſignia Regia deferentium.*

CAP. CVIII.

1 Principe Superiorem non recognoſcente, in alieno Regno decedente, ubi tanquam feudatarius Regi ſubeſt, in hoc caſu utrum in funere poſſint duci inſignia Regia? Pro affirmativa opinione argumentum præſtat *l. ſtatuis, C. de relig. & ſumpt. fun.* ubi *Imperator,* ait: *Statuas ſepulchro imponere, ornamenta, quæ putas, ſuperaddere, non prohiberis, cum jure ſuo eorum, quæ minus prohibita ſunt, unicuique facultas liberè non denegetur.* Nec alios unquam limites habuit, quam pudoris, nam ſi preter dignitatem, & perſonę qualitatem falſos triumphos, ac vana nomina ſibi adjunxerit, pro gloria infamiam conſequetur.

2 Ab hac autem generalitate in Provinciis Regibus ſubiectis Regia inſignia eis in ſignum Majeſtatis ſupremæ debita excipiuntur, quibus ſubditi nec dum vivunt, nec in morte uti debent, *Bovadill. Polit. lib. 2. cap. 16. n. 25. in fine,* ubi hoc non obſtante aliqui Duces ex temporis permiſſu nonnullis ex his inſigniis uti ſolent, in his enim conſuetudo proficere ſolet, *l. monumentorum, C. de relig. & ſumpt. fun.*

3 Tota dubitatio conſiſtit, quia iidem Principes quamvis liberi ſunt, tamen ſubditi ob feuda, quæ in ditione alterius Regis poſſident, & uti tales in illius territorio libertatis inſigniis uti nequeunt, cum aliter non ſubditus ratione novi juramenti, & ob territorii leges ſit ſubditus, *Clem. Paſtoralis de re judic.*

4 Reſpondetur, Regi non præjudicare, imò ipſius magis celſitudinem elucere, præeſſe melioribus. ut *Novell.15. Conſt.3. cap.1. in fin. Auth. de defenſ. Civit.* ibi: *Quantò enim quilibet præeſt melioribus, tantò magis ipſe, & honeſtior videtur.*

5 Præterea in una, eademque perſona etiam in humanis plures repræſentationes dari poſſunt, nec confunduntur per concurſum, ſicut in *Divinis*, ut optimè *Divus Auguſtin. contra Felician. cap. 11.* ibi: *Non perdunt humanitas, & divinitas propria, ſed quia in unam, atque inſeparabilem perſonam convenerunt, ex*

pro-

propriis videntur facta communia. Indè *D. Thom. 3. p. q. 2. art. 3.* ait: *Quod Chriſtus dicitur aliud, & aliud propter naturas*, & deindè *n. 6. Quod dicitur alius, & alius in Trinitate propter perſonas*. In jure noſtro *text. eſt in l. tutorem, ff. de his quib. ut indign.* ibi: *Diſcreta ſunt enim jura, quamvis plura in eandem perſonam devenerint, l. ſi pater, ff. de adopt.* Undè cum Principis ſupremi dignitatem nec amittat, nec confundat Princeps decedens in alterius ditione, videtur, quod poſſit inſigniis Regiis uti.

6 Comprobatur, quia iſti actus cum ad tempus mortis referantur, nec ad præeminentiam, nec ad juriſdictionem relationem habent, & ſic poterunt in alieno territorio fieri, *l. 1. ubi Doctores, ff. de juriſd. omn. judic.* Juriſdictio enim, quę in alieno territorio exerceri prohibetur, nec actu, nec habitu per defunctum, & minus in funere conſiderari poteſt: *Nam neque hoſtes ſepultura invidere*, pronunciavit *Tacitus* ea ratione, quod *mortuos nemo hoſtes, nec æmulos judicet*, & *Virgil. Nullum cum victis certamen, & æthere caſſis*.

7 Conſonant exempla eorum, qui apud hoſtes vita functi honoribus, quibus in propria ditione fruerentur, prohibiti non ſunt. *Alexander Dux Parmenſis* apud Flandros in Civitate Arras defunctus inſigniis Ducalibus ornatus fuit. *Jacobus del Balzo* Princeps Tarenti ob jus, quod ad Græcum Imperium prætendebat, in eadem Civitate *S. Cataldi* Eccleſia Imperialibus inſigniis, quibus vivens non utebatur, ad ſepulturam ductus fuit, Dalmatica nempè, ſceptro, cœteriſq; Imperatori competentibus. Idemque in ipſa Civitate Neapolis ſpectantibus Regibus, nec indigantibus cum *Philippo del Balzo* ſervatum fuit anno 1332. die 26. Decembris in Eccleſia S. Dominici ob idem jus ad Imperium diu deperditum, ut teſtatur *Summont. lib. 1. Hiſtor. Neap.* cujus rei veſtigia nunc viſuntur. In Eccleſia Montis Regalis in Sicilia adeſt ſepulchrum *D. Ludovici* Regis Franciæ, & plura in Eccleſia Majori Neapoli, quæ Regiis inſigni ornata ſunt, licet exterorum eſſent. Sic *Joannes* XXIII. antea *Baltaſſar Coſta* Pontifex à Conſilio depoſitus, & Cardinalis creatus in morte Pontificialia inſignia reaſſumpſit, ut videtur Florentiæ in Eccleſia *Sancti Joannis* in Baptiſterio. Epiſcopi dum Romæ morantur, & extra Diœceſim inſigniis Epiſcopalibus uti non poſſunt, ſi tamen diem ſuum obierint illa obtinent, alia exempla, colligit *Cutel. dec. 17. tom. 2. per tot.*

ARGUMENTUM.

Plures tituli in unam perſonam perventi non confunduntur, ſed conſiderantur diſtincti, uti in diverſis perſonis, idque probatur in Divinis, & humanis, exemplificatur in Regibus, ut in alia ſcena honoretur quis ut alius, & jura quę ſeparatim ſunt quęſita, integra ſerventur.

SUMMARIUM.

1 *Plures tituli in unam perſonam obventi non confunduntur.*
2 *Probatur in Divinis.*
3 *Superior quis, & inferior qualiter conſideretur.*
4 Card. Bellarm. & D. Auguſt. *agnoſcunt duas perſonas formales in una.*
5 *In duabus ſcenis quis repræſentat duas perſonas.*

CAP. CIX.

1 Plures tituli, vel Magnatis prærogativæ in unicam perſonam perventæ, an confundantur, adeò ne quidem dividi poſſint, ac uti in ſeparatis perſonis conſiderari, & haberi? Cum major ad ſe minorem, vel æqualis æqualem trahat, ac pro unico haberi propter inſeparabilitatem individui, ſeu perſonæ videatur, frequenter accidit in Hiſpaniarum Regnis, ubi ob hęreditates, vel matrimonia, dignitates, & tituli in unica domo ſæpè numero uniuntur.

2 In *Divinis* per unionem plurium attributorum in uno ſubjecto, illa non minui, indicat *Theodor. dial. 2. Cum de naturis loquimur, ſuum unicuique tribuamus, cum autem de perſona verba facimus, communicanda ſunt naturarum propria.* Indè licet dum apud nos fuit, humanitatem ſolum voluit agnoſci, aliquando tamen latentem divinitatem raptim aperuit, uti cum eſt transfiguratus in monte Thabor, cum *Cruci* affixus petras fidit, Solem obſcuravit, mortuos excitavit, & terram motu concuſſit.

3 In humanis ideò plures dignitatum repræſentationes in unica perſona ſine unius, vel alterius præjudicio dari poſſunt. Hinc in eadem Prælati perſona ad Regem ſuperioritas quoad ſpiritualia, & ſubjectio quoad temporalia ab eo obtenta, ut ſunt feudalia, unico tempore conſiderari poteſt, ut docet *D. Gregor. epiſt. 1. verſ. porrò lib. 7.*

4 In Summo Pontifice quoad temporalia ſui ſtatus, cum ſpirituali poteſtate non confunduntur, *Card. Bellarmin. contra Barclatum cap. 11. §. unico*, & in diverſis aliis caſibus *Tuſc. lit. P. conclus. 690.*

Principes licet reſpectu ſubditorum in ſtatu omnimodæ ſuperioritatis ſint, attamen perſonæ æqualitatem admittunt, & *D. Auguſt. epiſt. 50. ad Bonifacium* Comitem duas perſonas agnoſcit in Rege, ibi: *Aliter enim*

ſer-

ſervit, qua homo eſt, aliter, qua Rex eſt, qua homo eſt, ſervit, vivendo fideliter, qua Rex eſt, ſervit, leges juſta præcipientes, & contraria prohibentes convenienti rigore ſanciendo.

Rex Franciæ licet nemini ſubſit; attamen ut Comes Provinciæ Tholoſæ, aliorumque feudorum, quæ ob Imperio habuit, ut tradunt *Bart. in extravag. in tit. qui ſint rebel. verſ. rebellando, Capyc. dec. 162. n. 12.* & de Comitatu Provinciæ loquitur *Clem. Paſtoralis de re judic.* dictos Comitatus ab Imperatore in conceſſionem habuit.

Magnus Magiſter Hieroſolymitanus liceat nemini ſubſit, tamen quoad feudum Inſulæ Melitæ, Regem noſtrum recognoſcit.

Eodem pacto Summus Pontifex habere feudatarios ſumma poteſtate præditos, ut Ducem Parmenſem, & erant Dux Ferrarienſis, ac Urbinates, de quibus eſt ſpecioſiſſimum votum, *Card. Seraph. inter dec. crimin. Farin. p. 2. dec. 61. & in praxi crim. q. 172. n. 81.* & Imperator habet Ducem Guaſtallæ, Principem Aurienſem, ut decidit *Pontifex in Clem. Paſtoralis de re judic.* ubi diſcreta declarantur jura, licet in unam perſonam perventa.

5 Quæ omnia unica ex ratione procedunt, nempè ſeparatas in eodem individuo repræſentationes dari poſſe, ut in alia ſcena poſſit idemmet, ut non ſubditus honore officii, non admiſſa in damnum ejuſdem confuſione, quæ potius abolitio alterius qualitatis magis perſpicuæ eſſet.

Demum quia legibus cavetur, nè ex dignitatis cumulo exiſtimatio decreſcat, imò augeatur, ut cuique plura jura integra ſerventur, quæ ſeparatè acquiſivit, *l. pen. ff. de ſervit. l. ſi longius, §. ſi filius, ff. de judic.*

ARGUMENTUM.

Advocatus à pluribus annuatim ſalariatus, ſi contigerit, inter Clericos oriri lites, an poſſit patrociniari pro uno adverſus alium, & quid de Clerico habente plura beneficia, inter quæ ſit lis? Diſtributionibus, an privetur Sacerdos contra Eccleſiam patrocinando?

SUMMARIUM.

1 *Advocatus à pluribus quotannis ſalariatus, orta lite inter Clientes, an defendere valeat unum contra alium?*

2 *Clericus poſſidens plura beneficia, pro quo patrociniari poſſit?*

3 *Reſolutio articuli.*

4 *Attenditur juſtitia cauſæ, non prioritas in ſuſceptione patrocinii?*

5 *Diſtributionibus, an privetur Advocatus, vel Procuratore poſtulando contra Eccleſiam?*

CAP. CX.

1 Advocatus à pluribus quotannis, ſi recipit ſalarium, & contigerit, inter clientes litem aliquam oriri, dubitatur, an poſſit defendere unum adverſus alium? *Gloſ. in cap. fin. verb. contra Eccleſiam de poſtul.* ſentit, jus eſſe Advocato reſpondere, neutri velle dari patrocinium.

2 Eademque *gloſ.* exiſtimat, Clericum beneficiatum in pluribus Eccleſiis non poſſe, uni contra aliam præſtare patrocinium, & *gloſam* refert *Reg. de Marin. lib. 2. reſ. 14.*

3 Receptior cęterum eſt ſententia illorum, qui voluerunt, Advocatum in caſu propoſito ad patrocinium ſuſcipiendum teneri pro cliente antiquiore, & ſic pro illo, qui dedit primo loco ſalarium, dummodò ille juſtam foveat cauſam, *Paul. de Caſtr. in l. in operis, ff. locat.* ubi rationem reddit, nimirum, quia ſecunda promiſſio operarum per Advocatum facta intelligitur ſine præjudicio primæ, ſivè juris quæſiti alteri ex prima promiſſione, *Ripa in l. fin. n. 56. ff. de privil. credit. Roman. conſ. 47. n. 2. Alex. in l. ſi filiasfamilias, §. ſi vir in quinquennium, ff. ſol. matr.*

4 At ubi conductor ſecundus juſtam foveret cauſam, primus cliens injuſtam, tunc nulla ratione habita prioritatis temporis pro ſecundo erit patrocinium præſtandum. Et ſi utriuſque clientis cauſa, adeò dubia eſſet, ut nullatenus quæ ſit juſtior percipi poſſit, partes primi clientis ſunt defendendæ, *Specul. in tit. de Advocat. §. 1. n. 24. Ala in tract. de Advocat. q. 23.* ità *Reg. de Marin. ubi ſup.*

5 Sacerdos, qui contra Eccleſiam ſuam, in qua beneficium recipit, vel diſtributiones quotidianas percipit, ſi pro extranea perſona Advocatus, vel Procurator extiterit, tanquàm ingratus beneficio illius Eccleſiæ, & diſtributionibus, & emolumentis privari poterit, *gloſ. in cap. fin. de poſtul.* idem *Reg. de Marin. ubi ſup.*

Reſumit quæſtiones præfatas *Cancer. var. cap. 14. de procur. p. 2. à n. 71.* & probat Advocatum teneri adjuvare illum, cui primo operas ſuas promiſit, quia ille tempore prævenerit ex *Paul. de Caſtr. in l. in operis, ff. locari, Rip. & Rom. ſupra cit.* Duobus autem æquale jus habentibus præoccupantis, & prævenientis potiorem eſſe conditionem, *l. ſi pluribus, ff. de legat. 1.* Occurrit *Cancer. gl. in cap. fin. de poſtulan.* & reſpondet, quod cum prohibitum ſit Clerico contra Eccleſiam ſuam poſtulare ſub privatione beneficii, ut in *d. cap. fin.*, ſit, ut non poſſit, cogi, uni contra aliam patrocinari, cum ex ea re magno afficeretur incommodo, ità *Cancer.*

A R-

ARGUMENTUM.

Separatio bonorum defuncti non habet locum in feudis, officiis, & juribus regalibus ad inſtantiam creditorum defuncti ſine aſſenſu, quia hæres in eis non eſt eadem perſona cum defuncto ob reſolutionem juris per mortem, & vi occultè novæ inveſtituræ novum jus efformatur in ſucceſſione feudi, & contrahentes ſequuntur fidem Domini aſſentientis. Undè creditores hæredis cum aſſenſu præferuntur creditoribus defuncti ſine aſſenſu.

SUMMARIUM.

1 *Separatio bonorum non habet locum in feudis, officiis, & juribus regalibus.*
2 *Hæres in feudis non eadem perſona identificata cum defuncto.*
3 *Feudum per mortem feudatarii non ſtat in ſuſpenſo.*
4 *Per mortem feudatarii reſolvitur jus illius.*
5 *In feudis contrahentes ſequuntur fidem Domini aſſentientis.*

CAP. CXI.

1 Separatio bonorum defuncti ad inſtantiam creditorum illius ſine aſſenſu, an locum habeat in feudis, officiis, & juribus regalibus? Reſolutivè negatur juxtà *Conſ. Theodor. allegat. 83.* rejectis *Ann. Reg. de Pont. & Reg. Latr. conſult. 99.*

2 Ratio eſt, quia per mortem poſſeſſoris omne jus illius reſolutum fuit, & jure implicitæ, ſeù occultæ novæ inveſtituræ, novum jus efformatur in hæredis perſona tanquam diverſa, non autem ea identifica cum defuncto, prout in bonis allodialibus indifferentibus ex legis fictione hæres continuat, & repræſentat. Quin imò feudum ipſum, & homo licet mutus, & ſurdus, qui nunquam moritur, & utitur miniſterio feudatarii, *Salgad. in labyrin. credit. p. 2. n. 99.* ibi: *Feudum agit, loquitur, & patitur, feudo fertur ſententia, & contra feudum, non enim refert, quæ ſit imago, ſed quæ ſit ſubſtantia rei, Conſil. Roſa conſult. 9. num. 36.*

3 Accedit, quia alia bona indifferentia, ſeù allodialia remanere dicuntur in ipſa hæreditate, quamvis jacente, adeò ut actus aditionis in præjudicium tertii habeatur pro non facto. Aliter eſt in feudis veris, vel officiis, quoniam oportet dare feudatarium, ſivè officialem. Undè non datur ſuſpenſio ratione adminiſtrationis, & juriſdictionis, quā annexam habent feuda, & officia ob præjudicium, quod alias ex juſtitiæ, adminiſtratione, & ſubditorum gubernio reſultaret.

4 Inſuper quia reſpectu bonorum allodialium dici poteſt, quod ille, qui contraxit, eorum fidem ſequutus eſt, tanquam annexorum perſonæ debitoris, vel alterius contrahentis, cujus perſona non obſtante morte repræſentatur per ejus hæredem, vel hæredem, vel hæreditatem, id autem dici non poteſt de feudis, & officiis, quæ extinguntur cum una perſona, & de novo efformantur in altera ſucceſſoris.

Ulterius nam in feudis, & officiis, & juribus regalibus in commercio non exiſtentibus, quæ ex ſola Principis, vel Domini conceſſione obtinentur, ejuſdem conceſſionis explicita, vel implicita lex totum regulat, & contrahentes cum aſſenſu ſequuntur potiùs fidem domini aſſentientis, à quo jus metiuntur, eumque in Auctorem agnoſcunt, debitor autem, ſeù feudatarius, eſt medium, ut id ſequatur. Et quamvis ob hæreditariam qualitatem ſucceſſoris, iſte remaneat affectus debitis defuncti. Attamen id non provenit ex jure reali ipſis bonis infixo, ſed in actione perſonali, in qua hæres cogi poteſt ad vendendum feudum, vel officium, ad effectum, ut de pretio creditoribus ſatisfiat, non inde tamen creditores habent jus reale in ipſis bonis, cum in eis dicatur adeſſe vitium reale ob defectum aſſenſus.

ARGUMENTUM.

M. Priores Eccleſiæ Melevitanæ, & aliarum Eccleſiarum, Bajulivi, Commendatarii Religionis Hieroſolymitanæ quam perſonam repræſentent, explicatur, & eorum dignitas, & juriſdictio, & Religio, ex quibus Ordinibus conſtituatur. Recenſentur M. Prior Caſtellæ, & Legionis, & aliorum Oppidorum Regni.

SUMMARIUM.

1 *Sacra Religio Hieroſolymitana, ex quot Ordinibus conſtituatur?*
2 *Magni Prioris Eccleſia Melevitanæ dignitas, & an ſit major M. Magiſtro.*
3 *In Commendis attenditur ordo antienitatis.*
4 *Deſcribuntur Priores, Bajulivi, & Commendatarii aliarum Eccleſiarum.*
5 *M. Prioratus Caſtellæ, & Legionis, & aliorum locorum recenſentur.*

CAP.

C A P. CXII.

1 MAgni Priores Eccleſiæ Melevitanæ, & aliarum Eccleſiarum, Commendatarii, Bajulivi Religionis Hieroſolymitanæ plures repræſentant perſonas, & pro explicatione.

Præmittitur, quod Sacra Religio Hieroſolymitana ex tribus profitentium ordinibus conſtituta eſt, quorum primum eſt militum juſtitiæ admiſſorum in qualitate generoſæ nobilitatis. Alter Fratrum Cappellanorum Conventualium, qui in Eccleſia Hoſpitalis Melevitani, ſive Cōventus quandam Canonicorum figuram etiam cum honorificis Inſigniis faciunt. Tertius Fratrum de obedientia, qui vulgò nuncupantur *Servientes* ſubdiſtincti in duas ſpecies, quarum una eſt Clericorum, qui Cappellanorum inferiorum, ſeù habentium beneficia ſervitoria ſpeciem præſeferre videntur. Altera eſt militum non nobilium, qui ſervientes armorum dicuntur, qui ſuppreſſi ſunt in Italia, ut *Card. de Luca lib. de regular. diſc. 61. n. 1.* Ultra alios, qui formale votum non emittentes non ſunt verè religioſi, ſed potiùs ſpecies oblatorum, ut ſunt præſertim milites obedientiæ magiſtralis, qui vulgò dicuntur, *de media Cruce*, ut *in dec. 15. p. 11. rec.*

Dicti ſecundi ordinis Cappellanorum Conventualium facientium figuram Canonicorum, atque conſtituentium Collegium dicti Hoſpitalis, & Conventus Caput, ſeù Prælatus, primaque Dignitas eſt Prior Eccleſiæ, cui incumbit univerſalis cura parochialis omnium militum, aliorumque ſervientium, ac ſubditorum religionis, non ſubjectorum tamen juriſdictioni, & curæ etiam Sacramentali Epiſcopi Melevitani, aliorumque Ordinariorum, & ſic eſt quaſi Epiſcopus, ſeù Prælatus ſpiritualis Religionis, obtinens etiam præeminentia Magnæ Crucis, ac ſeſſionum in Conſilio ſupra alias dignitates Religionis.

2 Aliis dignitatibus eſt major hæc Prioris, non ſolum ob pręeminentiam loci dignioris in Conſilio, aliiſque functionibus, ſed etiam quia eſt dignitas cum juriſdictione, & adminiſtratione, ut in ſpecie *Rota* apud *Puteum dec. 104. lib. 3.* Adeò ut antiquitus controverſiam habuerit cum ipſomet M. Magiſtro ratione juriſdictionis ſpiritualis, & curæ animarum dici poteſt major, argumento *text. in cap. ſolita de major. & obed.* ut apud *Caputaquen dec. 219. par. 1.*

3 Licet in Commendis attendatur ſolum ordo antienitatis. In Dignitatibus tamen attenditur major benemerentia, ut ità milites, aliique ejus Religionis profeſſores per hujuſmodi dignitatum ſpem alliciantur ad benè ſerviendum, quia admixtam habent curam animarum, & adminiſtrationem ſpiritualem, *Card. de Luca de benefic. diſcurſ. 69.*

4 Adſunt etiam Priores aliarum Eccleſiarum, Bajulivi, & Commendatarii in eorum Commendis, Prioratibus, Bajulivitabus, & Hoſpitalibus, qui veri Ordinarii ſunt, cum vaſſallorum mentione, ut per privilegia Apoſtolica, & Principum ſæcularium pietate ipſa Monaſteria, & Commendę, ac Prioratus aliquod temporale dominium Oppidorum, Caſtrorum, ſeù Pagorum habent. Hinc proinde iſte uſus inolevit, ut Prælati hujuſmodi temporalis juriſdictionis occaſione ſpiritualem, quoque, ſeù quaſi Epiſcopalem ſibi uſurpaverint cum privilegiorum clypeo Ordinariis, vel eorum Officialibus ſuæ juriſdictionis exercitium impediendo.

5 Inter Prioratus recenſetur M. Prior Caſtellæ, & Legionis, qui Prioratus ex Regiis conceſſionibus, vel aliis titulis ab antiquo poſſedit in dominio, & juriſdictione temporali Oppida de Conſuegra, de Alcanzar, & alia 15. loca circiter, ejuſdemque Prioratus Officiales, incertum eſt, ex quo principio ſpiritualem, ſeù quaſi Epiſcopalem in eorundem locorum Clero, & Populo exercere conſueverint, quod de locis de temporali dominio hujus Religionis eſt ſatis frequens, ut *Card. de Luca de jurid. diſc. 1. n. 2.* In Regno adeſt Prioratus Baroli ſub invocatione S. Sepulchri, & poſſidet Terram *Alverna* ſitam intra fines Diœceſis *Ugllurarien.* & Prior una cum juriſdictione temporali ſpiritualem quoque in Clerum, & Populum illius loci exercere conſuevit, ut *Card. de Luca de juriſdict. diſc. 3.* In Diœceſi Converſana adeſt Oppidum *Putiniani*, & adeſt Monaſterium S. Stephani Ordinis Sancti Benedicti, à quo Ordine tranſivit in Hieroſolymitanum, & orta controverſia inter Priorem, ſeù Commendatarium, & Epiſcopum, & commiſſa cauſa Epiſcopo Inſulano *Cæſari Lambertino*, qui eſt Auctor tractatus *de jure patronatus*, ab iſto prodiit ſententia, per quam pronunciatum fuit, juriſdictionem omnimodam, & privativam ad Epiſcopum ſpectare ad Priorem.

Priores, Bajulivi, & Commendatarii repræſentant perſonam propriam domus, & agnationis propriæ, & repræſentant Prioratum, Commendam, & feuda, quæ poſſident, & adminiſtrant juriſdictionem ſpiritualem, & per medium perſonæ laicæ regunt, & exercent juſtitiam ſæcularem, & figuram faciunt Prælatorum, ut alias dictum eſt de Prælatis, Monacis, & Monialibus.

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

Emens feudum de pecunia, & contemplatione alterius, habenſque nudum nomen, an repræſentet perſonam illius, vel emptor, aut confidentiarius cenſeatur Baro? *D. Reg. de Marin. Card. de Luca, & alii*, probant feudatarium eſſe ementem, & hanc eſſe praxim. At contrarium decidit *Rota Roman.* penès *Bichium*, & an jure?

SUMMARIUM.

1 *Emens feudum de pecunia, & contemplatione alterius, an ſit Baro.*
2 *Quid ſi emptor nunquam poſſedit?*
3 *Præſtatio, & receptio juramenti ligii homagii pro emptore, an ipſi ſuffragetur?*
4 *In bonis allodialibus res eſt certa pro dante pecuniam.*
5 *Emptio ſubſtantiatur in emente feuda, officia, vel jura regalia.*
6 *Simulatio, an ſit illicita, ſi dans pecuniam ſit incapax.*
7 *Praxis Regni, & refellitur* Rota Roman. *penès* Bich. dec. 65.

CAP. CXIII.

1 Emens feudum, officium, vel jura regalia, de pecunia, & contemplatione alterius, & ante emptionem id declarans, an repræſentet perſonam illius, cujus pecunia, & contemplatione emit, vel potius ipſe emptoris vicem ſubſtiocat? Primam partem ſuadet, *l. ſed ſi plures, §. in arrogato, ff. de vulg. l. aditio, ff. de acqu. hæred. Surdus dec. 322. n. 54.* ubi dominium illi acquiritur, cujus contemplatiooe actus geritur, & nomen emptoris præſumitur ſimulate appoſitum, dum aliunde conſtat de voluotate acquirendi, *Bald. in l. 3. C. ſi quis alteri, vel ſibi.* Plus eoim valet, quod in rei veritate agitur, quam quod ſimulate compitur, *l. 1. C. plus val. quod agit, Bal. in l. cum precibus in fin. C. de probat.* ubi quod quando ſimulatio eſt o perſonis, & veritas in actu, jus acquiritur vere perſonæ, non fictæ.

2 Accedente præſertim obſervaotia, & effectuatiooe declaratioois, quia is, cujus pecunia feudum emptum eſt, Baroniam poſſedit, admioiſtravit, gubernavit, & emolumenta omnia percepit *Bald. in l. multum intereſt, C. ſi quis alt. vel ſibi.*

3 Neque obſtat, quod emptor emit non expreſſo nomine dantis pecuniam, ſed proprio nomine, & poſſeſſionem capiat, juramento ligii homagii præſtito, ac recepto, & in libris adhoæ tanquam Baro legatur deſcriptus. Quia hæc omoia fiunt conſequutivè, & cohærenter ad præcedentem emptionem, & ex eadem cauſa, ob quam nomen ſimulate appooitur in inſtrumēto, & ita judicatum in *Rota* refert *Bichius dec. 65. per tot.* ubi emens declaravit ſe empturum ad inſtantiam, & contemplatiooem alterius ex ejuſdem pecuniis, & propterea omnia jura, actiones, & hypothecas quaſcumque ex cauſa emptionis per ipſum emptorem acquirenda, taoquam emenda, & acquirenda ex pecuoiis alterius, illa in actu emptionis veniant, & intelligantur perpetuò obligata, & ad ejuſdē libitum, & voluotatem feudum cedi, renunciari, alienarique debeat perſonæ ſibi benè viſæ, ſine, vel cum ſolutione pretii, quod ſolvendum ſit illi, taoquam de re ad eum ſpectante. Itemque, & ejus ſucceſſores poſſint, & valeant, regere, & gubernare feudum, ac vaſſallis juſtitiam mioiſtrare. Officiales creare, amovere, omniaque ex feudo provenieotia emolumeota percipere, & in proprium uſum convertere, abſque eo, quod de rebus per eum gerendis ullo unquam tempore teoeatur reddere ratiooem ipſi ementi, vel ejus hæredibus, & ſucceſſoribus, nec alteri cuicumque, ut *Bichius in princ. & n. 1.* ubi quod ex hac declaratione colligitur emeotem habuiſſe oudum oomen.

4 Concluſio certa eſt in bonis allodialibus, ſeu iodifferentibus, ſi nomen ſimulate apponitur, quia mens fuerit acquirendi domino pecuniæ, & tunc huic acquiritur, *l. 1. & tot. tit. C. plus val. quod agit. &c. Cavaler. dec. 221. & 243.*

5 Difficultas cadit in feudis, officiis, vel juribus Regalibus, Tu dic, non intrare dictum titulum plus valere, quod agitur, ſed ille dicitur feudatarius, vel officialis, ſub cujus oomine in libris Principis eantat officium, vel feudum, quamvis de aliena pecunia, & cum expreſſa voluntate, ut domino pecuniæ acquiratur, ità *Card. de Luca de credit. diſc. 35. n. 45. & tit. de ſocietat. offic. diſc. 7. n. 5. & ſeqq.* ubi idem io ſocietate officii, in qua non contrahit quis per ſeipſum, ſed ſupponit perſonam famuli, ſeu confidentiarii, ad cujus favorem ſocietas initur, qui confideotiarius immediatè recognoſceodo booam fidem declarat, ſe oudum oomen habere, totumq; commodum, & incommodum eſſe alterius dantis pecuniam, quo caſu ſubſtaotia ſocietatis in confidentiarii perſona reſidet, tàm ad effectum vacatioois, quàm alios, *Rota dec. 367. par. 4. rec. tom. 2.*

6 Totum dubium conſiſtit in eo; quod praxis hæc inolevit in Regoo, ut ſi quis careret ſucceſſore, ſivè eſſet exterus, aut boooru

feudalium incapax, putà Monaſterium, velitque feudum emere, procurat, ut de propria pecunia à Regnicola ſucceſſores habente illud ematur, à quo vel ante, vel poſt emptionis contractum publico mediante inſtrumento cautelam aſſequatur, qua mediante declarat emptor, cujus pecunia, cujuſvè contemplatione feudum emit, indeque perſonam, quæ verè pecuniam exburſavit, procuratorem conſtituit irrevocabilem ad juriſdictionem exercendam, & fructus, & emolumenta percipiendum, & cum ampliſſima ad illius requiſitionem de feudo diſponendi facultatem, quod quidem inſtrumentum, ſuper quo Regius impetratur aſſenſus, vulgò *recognitionis* appellatur. Quapropter ſimulatio hæc videtur prohibita, cum ſi appareret, prout eſt effectu emptio in perſona exteri, vel carente ſucceſſore, ille actus eſſet illicitus, & invalidus, & non eſt ſimulata emptio, ità ut alio modo licite fieri poſſit, ut nil contrahentis interſit, prout in cambiis, vel ſocietate officii.

7 Praxim nihilominus latè defendit *D. Reg. de Marin. lib. 2. reſol.* 38. nam verè feudum acquiritur per ementem, & quando ſimulatus emptor emit, ſolvit ſolitum relevium, ipſeque inveſtituram obtinet. Præterea inſtrumentum recognitionis nihil aliud importat, quam ſpecialem hypothecam ad favorem illius, cujus pecunia, & contemplatione feudum emitur, & ad hunc finem aſſenſus Regius ſuper hoc inſtrumento impetratur, nam alias non eſſet neceſſarius. Unde contra omnem praxim eſt *dec. 65. Bicbii* allegata per *Card. de Luca de cambiis diſc. 25. num. 7.*

ARGUMENTUM.

Officialis, & Aſſeſſor, an quis ſimul eſſe poſſit? *Cancer.* refellitur. Aſſeſſor an habeat juriſdictionem? Aſſeſſoris vocabulum ad æquivocationem tollendam explicatur. Peritus quando teneatur adhibere alium peritum, & ſequi votum illius. An teneatur Officialis de culpa Aſſeſſoris.

SUMMARIUM.

1 *Aſſeſſores ad quid deputentur, & an habeant juriſdictionem?*
2 *Aſſeſſorum ſpecies.*
3 *Perito ſolet adjungi Aſſeſſor, & an ille votum hujus ſequi debeat?*
4 *Monitio ad informandum Aſſeſſorem, an præcedere debeat ſententiam.*
5 *Officialis, & Aſſeſſor ſimul, an quis eſſe poſſit?*
6 Cancerius *negans refellitur.*
7 *Aſſeſſores electi à Principe, an habeant juriſdictionem?*
8 *Officialis, an teneatur de culpa Aſſeſſoris?*

CAP. CXIV.

1 Officialis, & Aſſeſſor ſimul, an quis eſſe poſſit, pulchrum dubium eſt, ac pro intelligentia præmittitur, quod Aſſeſſores deputantur, ut in examinatione cauſæ aſſiſtant Officiali, ut ipſum inſtruant ad cauſam decidendam, *l. 1. C. de Aſſeſſor.* Et iſti nullam habent juriſdictionem, ut *Scaccia de judic. cap. 23.* ubi dicit, vis videre, Aſſeſſores nullam habere juriſdictionem, quia laicus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi, cum juriſdictio Eccleſiaſtica debeat exerceri per perſonas Eccleſiaſticas. Laicus autem non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi, *Abb. in cap. decernimus, num. 12. de judic.*

Officiales, vel Judex, aut Magiſtratus imperitus habitualem judicandi facultatem, quam officii ratione obtinet, ad exercitium non deducit, niſi cum judicio periti, quodq; alias nulliter procedit, *cap. ſtatutum, §. Aſſeſſorem de reſcript. in 6. Reg. Rovit. pragm. 1. de Official. num. 8.*

2 Ad æquivocationem tollendam ſciendum eſt, quod in Regno Aſſeſſores ordinarii deputari ſoliti in illis Civitatibus, vel locis, in quibus officium Gubernatoris, alicui militi, ſeù alias legum imperito conferri ſolet, Judices appellantur, ut *Card. de Luca in prax. diſc. 4. n. 6.* Et hic Aſſeſſor abſque juſtæ cauſæ allegatione, & juſtificatione recuſari non poteſt, *Anna in addit. ad ſingul. 489.* cum iſto ſpeciem quandam habeat Judicis ordinarii deputati à Principe, vel Barone, ſeù ab alio poteſtatem habente, & in ſingulis cauſis non eſt neceſſaria deputatio particularis Aſſeſſoris, nec partium citatio in ejus deputatione, & ordinarius hujuſmodi Aſſeſſor eſt neceſſarius.

3 Nedum imperito, verum etiam perito, ac habili ad judicandum per ſeipſum injungitur, ut alterius votum adhibere debeat juxtà *Romanæ Curiæ* praxim committendi uni, qui in ea judicare debeat cum voto, vel de voto alterius, & praxis docet, præſertim in Tribunali A. C. quod eidem reſcribi ſolet, ut procedat cum voto; vel de voto ſuorũ duorum Locumtenentiũ civilium, & quandoq; etiam introducta, vel inſtructa cauſa cum voto, vel de voto *Rotæ*, ſeù aliquorum Prælatorum. Cum diſtinctione tamen, quia ſi injungitur, ut procedere debeat de voto, per neceſsè votum ſit ſequendum per dictionem *de*, quamvis ipſe Judex ſit in legibus peritus, & in contraria ſententia ſit. Si accedat dictio *cum*, tunc voluntarium ſit, & poteſt Judex di-

diverſimodè neglecto voto judicare, *Card. de Luca d. diſc. 4. num.* 10.

Si ad formam commiſſionis, vel ratione ſtatuti, vel ſtyli Judex ſivè illiteratus, ſivè litteratus de voto Aſſeſſoris judicare debet, partium citatio exigitur in deputatione, & hic etiam ſine cauſę allegatione recuſari poteſt. Secus ubi agitur de illo Judice, qui litteratus, & habilis ad judicandũ per ſeipſum abſque alio Aſſeſſore, vel Conſultore in forma extrajudiciali pro ejus majori ſatisfactione, ac inſtructione illum voluntariè ſibi aſſumas, cum tunc nulla requiritur citatio, dum non eſt actus, qui percutit judicium, imò frequenter talis Conſultor, vel Auditor partibus ignotus eſt, *Mantic. dec.* 5. *n.* 4.

4 Cum autem officium Aſſeſſoris ſit conſulere, & non judicare. Hinc plerique putant nullam ſubeſſe neceſſitatem citandi coram eo partem intereſſatam ad ipſum informandum, ſuaque jura cum Advocatis, & Procuratoribus deducendum. Contrarium autem in praxi receptum eſt, quoties de publico Aſſeſſore agitur, cum tunc ſpectato effectu ille potiùs dicatur Judex, dum ille, qui verè partes Judicis gerit, quandam ceremoniam authoritativam cum ejus ſententia adhibere videtur, in omnibus autem judicat ad formam voti. Citatio itàque non requiritur, ſi adhibetur Aſſeſſor pro majori ſatisfactione Judicis periti, *Mantic. dec.* 5.

Aſſeſſoris vocabulum pro variis ſtylis diverſimodè accipitur, putà Conſultoris, vel Auditoris, vel Conſiliarii, ſivè etiam Judicis, & vis non eſt in verbis, ſed in ſubſtantia, ut ſcilicèt imperitus Judex cum judicio illius procedit.

5 Deſcendendo ad quęſtionem, utrum idem poſſit eſſe Officialis, & Aſſeſſor? *Cancer. var. p. 2. cap. 15. de juriſdict. n.* 168. negativam probat opinionem per *text. in l. fin. C. de Aſſeſſor.* eò quod nemo ſibi ipſi conſulere poſſit, *arg. l. pen. ff. de arbitr. & l. 3. ff. de ſtipul. ſerv. Decian. conſ.* 8. *num.* 2. *&* 3.

6 At contrarium putò verius, quia ſolet abeſſe Gubernator, & Officialis, & paſſim per paucos dies, & ſubſtituitur idem Aſſeſſor, qui tanquam Progubernator, & Aſſeſſor profert ſententias, & juriſdictionem exercet. Imò in litteris patentalibus ſui muneris ſubſtituitur in caſu mortis, abſentiæ, vel alterius impedimenti, & ità vidi practicari in Regno, & cum ipſe ſit peritus gerendo officium ſubſtituti neglecto alio voto judicat.

7 Aſſeſſores electos à Principe habere juriſdictionem, tradit *Mier. p. 1. coll. 4. cap. 28. de Aſſeſſor.* quia reputantur quaſi Vicarii Officialium, quibus aſſiſtunt *Mier. coll. 4. cap. 27. per tot. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. 1. n. 10. & ſeq.* At id declaratur ex ſtylo, & obſervantia locorum. Quia regulariter Aſſeſſores non habent juriſdictionem, ut in principio dictum eſt.

8 Officialis illiteratus ſibi aſſumens Aſſeſſorem de neceſſitate, vel etiam litteratus, cui eadem ex commiſſione incumbit neceſſitas, de aliqua culpa non tenetur. Sed litteratus voluntariè aſſumens ad ſuam ſatisfactionem tenetur, *Dec. conſ.* 8. *Jo: Ant. de Nigr. in cap. Regn.* 43. *&* 147. Quamvis contrarium tradat *Cancer. ubi ſup.* ſcilicèt, ut Officialis teneatur de culpa Aſſeſſoris per ipſum electi, quia imputetur ei, quod talem Aſſeſſorem ſibi elegerit ex *Bart. Alex. & aliis in l. ſi convenerit, ff. de judic.* quæ traditio eſt ſuſpecta, dum cœcus non judicat de coloribus, præſertim quia Aſſeſſor approbatur à Collegio, & ab Univerſitate, & in Regno à Regia Juncta, & ſine dubio, ubi eligitur prævia citatione partium ad porrigendam liſtam confidentium, & diffidentium.

ARGUMENTUM.

Maritus, Pater, Prælatus, Tutor, & ſimiles perſonæ alienantes res à lege, vel Canone alienari prohibitas ex propria perſona, vel potiùs mulieris, filii, Eccleſiæ, vel pupilli poſſit vendicare? Adverſus *Fontanell. & Roxas* ſtant *Garzias, Gratian. & Præſ. de Franch. & alii*, & diſcutitur qualiter poſſet filius vendicare commoditatem fructuum ab emptore.

SUMMARIUM.

1 *Maritus, Pater, Prælatus, Tutor, & ſimiles perſona nulliter alienantes, an vendicent res alienatas?*

2 *Prælatus nulliter alienans res Eccleſiæ, an venire poſſit contra factum ſuum?*

3 *Diſtinguit* Fontanella, *an veniat ex perſona propria, vel Eccleſiæ.*

4 Roxas *diſtinguit ſimiliter.*

5 *Pater ſi vendidit rem adventitiam filii, an is vendicare poſſit?*

6 *Recenſentur* Præſ. de Franch. dec. 10. *& alii negantes.*

7 Mangil. & Dom. Hodiern. *refellunt* Doctores *negantes.*

8 *Prælatus ex perſona propria poteſt juxtà* Garziam.

9 Michelorus *vocat falſam opinionem affirmativam?*

10 *Remedium aſſecurationis dotium, an competat filiis?*

11 *Senſus* Auctoris.

C A P. CXV.

1 MAritus, Pater, Prælatus, Tutor, & ſimiles perſonæ alienantes res à lege, vel à canone alienari prohibitas, an poſſint eaſdem res vendicare nomine mulieris, filii, Eccleſię, vel pupilli, aut ex propria perſona?

2 De Prælato, *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.4.gloſ.13. p.4. n.30.* tradit, quod poſſit Prælatus, qui nulliter alienavit, contra factum ſuum venire, etiam ſi illud juraſſet, *cap. ſi quis Presbyterorum,* juncta *gloſ. in verb. ſi alienator de reb. Eccleſ. cum alien.* & ibi *Abb. Marant. in tract. de multiplic. alien. num.12.*

3 Reſtringit autem *Fontanell. n.35.* his verbis: *Intellige tamen ſupradicta procedere, quando Prælatus ageret nomine Eccleſiæ, & pro illius intereſſe tantùm, tunc enim poſſet non obſtante juramento, & ſine illius abſolutione agere ad recuperationem rei alienatæ, ſecus verò eſt, quoad ipſius Prælati intereſſe, quem juramentum obligat ad ſtandum contractui, teneturque ipſe de vita ſua ad illius obſervantiam, ut declarant ſignanter Abb. in cap. cum veniſſent de inſtit. & cap. probat pulchra S. C. Tridentini diſpoſitio cap.4. ſeſſ.6. & cap.6. ſeſſ.25. de reform. Mohed. dec.250. & Caſ. de Graſſ. dec.88.* Beneverum in vita ſua Prælatum non teneri, ſubdit *Fontanell.* ſi adeſſet enormiſſima læſio prævia abſolutione à juramento.

4 Expreſsè idem firmat *Roxas de incompatibil. p.5. cap.6. n.10.* ibi: *Hinc eſt quod Maritus, Pater, Prælatus, Tutor, & ſimiles perſonæ alienantes res à lege, vel canone alienari prohibitas poſſunt eaſdem res vendicare nomine mulieris, Eccleſiæ, vel minoris, quia tunc diverſæ cenſentur perſonæ, l. tutorem, ff. de his quib. ut indign. l. Poll. 1, C. eod. tit. ubi gloſ. in verb. pupilli nomine, l. ſi ſibi, & l.7. C. de evict.* & adeſt *lex Partitarum, l. fin. tit.14. p.1.* ibi: *Bien puede el miſmo demandarla à aquel, à qui en la huvieſſe enagenado, non per razon de ſi miſmo, ma per razon de ſu Igleſia,* addo eundem *Roxas n.16.* ubi quod Prælatus, Pater, Tutor, & Maritus poteſt nomine alieno vendicare.

5 Facit quæſtio: Si pater vendiderit rem filii cum juramento, in quo promiſit non moleſtare emptorem, nec moleſtanti conſentire; tunc nihilominus poteſt filius facere cogi patrem ad præſtandum ſibi conſenſum, nam illa promiſſio patris debet intelligi de illo conſenſu liberè dependente à perſona, & voluntate promittentis, non de eo, qui dependet ab officio paterno, propter quo ſi pater non poteſt conſentire nomine proprio, tamen poteſt conſentire nomine alieno, ut legitimus adminiſtrator, vel nomine officii, ità *Bald. in l. fin. §. in computatione, n.7. C. de jur. delib.* & ſequitur *Corn. n.6.* ubi tradit, quod quando pater alienavit rem filii, tunc filius vivente patre licet habeat rei vendicationem, non tamen habet exercitium actionis, cum ſit in poteſtate patris conſtitutus, & hæc eſt cautela, ut filius agat, & faciat cogi patrem ad conſentiendum, ità *Andreol. contr.271. n.2.* ubi in fine laudat *textum in l. fin. C. de bon. quæ lib.* decidentem, quod pater non poſſit recuſare ad conſentiendum filio volenti vendicare rem adventitiam alienatam per patrem.

6 Strictiùs diſcutiendum putò aſſumptum, cum non deſint difficultates. Controverſia ingens eſt, an filius poſſit vendicare bona adventitia per patrem alienata, & agere contra emptores bonorum? Negant enim *Cravett. conſ.285. Præſ. de Franch. dec.10. n.10. Paſchal. de patr. poteſt. p.1. cap.2. n.39. Valaſc. conſult.69. Palaez. de major. p.4. q.13. Gratian. diſc.401.* Et veriorem opinionem tradit *Michelor. de fratrib. p.1. cap.3. n.43. & 44.* ex *Auth. niſi tricennale, C. de bon. matern.* ubi habetur, quod filiofamilias non poteſt obiici præſcriptio ab emptore, niſi poſtquam filius fuerit effectus ſui juris, ſcilicèt à morte patris. A majoritate rationis, ſi non poteſt filius agere, multò magis pater ex perſona ipſius.

7 E' contrariò alii volunt, filium admittendum eſſe ad bonorum venditorum alienationem vendicandam, quia æquum non ſit, ut patre alienante bona adventitia filius nequeat vendicare, *Bald. in d. l. fin. §. in computatione, Pinell. Aſcan. Clem. & alii,* quos refert, & ſequitur *Mangill. de evict. q.62. n.14. & Dom. Hodiern. ad Surd. dec.242. n.4. cum Menoch. conſ.279. n.74. & conſ.626. à n.30.* qui *n.51.* probat, quod poſſeſſio bonorum aufertur à patre uti malè adminiſtrante, & *Hodierna ubi ſup.* refellit *Gratian. & Paſchalem.*

8 Adeſt extrema alia ſententia, ut Prælatus nedum pro Eccleſia, ſed etiam pro ſeipſo poſſit alienans contravenire, non obſtante juramento, ità *Garz. de benef. p.2. cap.2. à n.43.* quem refert *Fontanell. ubi ſupr. n.38.* Præterea dici poterit, quod prohibitionem lex inducit expreſsè in favorem legis, vel publicum, & tunc non nomine ſuo contravenit, ſed nomine legis ob bonum publicum, *Surd. conſil.284. num.10. & 11. verſ. Reſpondeo,* itàque contrarium procedere, quando actus eſt in fraudem legi reſiſtentis, tunc enim quia emolumentum provenit à lege, non autem ab homine, poteſt agens impugnare, fusè *Roxas ubi ſup. num.10.*

9 Quid igitur erit concludendum, hoc opus, hic labor eſt, nam *Michelor. ubi ſup. n.46.* falſam eſſe ait ſententiam pro filio, ut vendicare valeat bona materna per patrem alienata, præcipuè ob commoditatem percipiendi fructus, quam emptor habere debet.

10 Confirmat *Michelor. n.46.* quia remedium con-

conceſſum uxori aſſecurationis dotium ob vergentiam viri ad inopiam non competit filiis ſoluto matrimonio, ex *Bart. in l. ſi conſtante, ff. ſolot. matrim. n.64.* & firmant *Graſian.diſcept.427.n.15.Amat.reſol.86.n.9.Card. de Luca lib. de dote diſc.87. num.12.*

Verum enim verò idem *Michelor.* ſcribit filiis in hoc caſu ſuccurri aliis modis, ut ſi pater diſſipet bona ſtabilia poſſint filii implorare officium Judicis, ut illa bona in tuto ponantur, ut *Bart. n.63. Bald. in l.2. n.2.C.ſi quis in fraud. patr. Carthar. dec. 56. n. 4.* qui plures alias ponit cautelas cum *Merlin. de legit.lib.5.tit.3.q.4.*& quod inſurgat ex æquitate officium Judicis, *Tuſc.concluſ.762.Fontanell.de pact.nuptial.clauſ. .gloſ.2.p.4.n.76.* dixi in *Spicileg.de ceſſ.jur.in collect. n.10.*

10 Reſolutio equidem difficilis, an filius habeat facultatem vendicaudi adventitia alienata per patrem. Nam pater diſſipans bona filii adventitia, utrum privetur adminiſtratione, & illa applicentur filio? *D.Arias de Meſa lib.3. var. cap.37. à num. 7.* fusè tractat quæſtionem, præſertim, ſi non concurrit neceſſaria proviſio alimentorum filio facienda, ut ſe alere poſſit, & tunc omninò reſtitutionem faciendam, vult *Surd.de alim. tit.7. privil.88.* licet Prætorium Salamantinum juſſerit filiis provideri de alimentis, in facti contingentia videndus *Arias de Meſa ubi ſupra.*

ARGUMENTUM.

Officialis juriſdictionis criminalis, an poſſit cognoſcere Officialem civilis delinquentem uti alium, & extra officium in ſua juriſdictione? *Fontanella* refert Senatum inclinaſſe in opinionem negativam, quam impugnat per *deciſiones Senatus Neapolitani*. Recenſentur hinc indè *Authores*, & exempla, & declaratur aſſertum illud, *par in parem non habet imperium*, & an criminalis ſit nobilior civili?

SUMMARIUM.

1 *Officialis criminalis, an cognoſcat civilem delinquentem in ſua juriſdictione?*
2 *Regula*, par in parem non habet imperium, *declaratur, &* num.5.
3 *Modificatur quæſtio in delictis extra officium commiſſis.*
4 *Recenſentur* Doctores *pro civili juriſdictione.*
5 *Inferior, æqualis, an cognoſcat ſuperiorem, & æqualem?*

CAP. CXVI.

1 Baro criminalis, ſeu potiùs Officialis ipſius, an poſſit cognoſcere Officialem civilem delinquentem in Terra Baronis criminalis? *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 10. p. 2. n.68.* refert pronunciatum per *Senatum*, eſſe locum recurſui ad Regium Conſilium ab eo, quod Bajulus Abbatiſſæ criminalis fecit inquirere Bajulum Abbatis civilis nomine proprio ſine expreſſione officii. Arbitratur beneverum *Fontanell.* motivum fuiſſe, quia crimen debuit eſſe modicum, nec erat tale, quod cognoſci poterat per Bajulum criminalem. Et firmiter negat, verum eſſe, quod Bajulus Baronis criminalis nequeat cognoſcere de altero Bajulo civili delinquente, quia id eſſet contra binas *deciſiones Senatus Neapolitani* penes *Capyc.dec.27.à n.9.& Præſ.de Franch.dec.274.* & volunt *D.Reg.Tapia ad Conſtit. Regn. Magiſter Juſtitiarius n.21. tit. de offic. Mag. Juſtit. lib.2. Fab. deſ.49. C.de execut. rei judic.* juxtà quam opinionem deciſum in M. C. teſtatur *D. Præſ. Merlin. lib.1. contr.60. & Dom. Reg. Sanfel. dec. 65.* idem *Fontanell. dec. 366. n.2. Ripoll. var. cap. 1. num. 414.*

2 Nec obſtare, quod par in parem non habet imperium, neque ſimile agit in ſimile. Quia Officiales præfati non habent eandem, ſed diverſam juriſdictionem, ità *Fontanell. d.clauſ.4.n.68.* ubi quod in hoc non ſunt pares, ſed imò Superior criminalis, ut pulchrè *Capyc.& de Franch.* conſiderant.

3 Cœterum mox citati *Authores* modificant in delictis extra officium commiſſis, & non intuitu officii, de quibus activè, & paſſive in Regno cognoſcit M.C.V. ut *Præſ. de Franch. n.7.Fontanell.dec.366.num.8.Novar.q.for.99. Capiblanc.ſingul.45.n.87.*

4 Extrema eſt alia ſententia, ut indiſtinctè Officialis civilis nequeat cognoſci à criminali, quam tenent *Capiblanc. de Baron. pragm.8.p.2.n.260.& pragm.12.n.3.& tom.2. cap.62.n.8. Carleval.de judic.diſp.2.q.6.ſect.8. n.696.Capan.de jur.adhoa q.47.n.13.Laganar. ad Reg. Rovit. ſuper pragm.2.de juriſd.non turband.* ubi ità deciſum per Collaterale Conſilium refert, & *Fontanell.d.n.68.* tradit *Senatum* inclinaſſe in hanc opinionem, *Conſil. Dom. Petra ritu M.C.49. n.13.* Ducitur, quia potiùs nobilior ſit juriſdictio civilis criminali, ut deciſum fuit per Regem Alphonſum Primum ab Aragonia anno 1443. & ſentit *Freccia de ſubfeud. lib. 1. de offic. Mag. Juſtit. n. 26. & lib.2. author.2. n.21.* & fusè dixi de omnibus adductis *in obſerv. de Franch. 274. & 388. n. 1.* ubi pro præcedentia Officialis civilis recenſeo, *Cancer.lib.3.var.cap.9.n.15.* per textum *in l.1.C.de offic.Vicar.*ibi: *Vicarius,*

qui

qui civiles controverſias dirimit, ſi cum Comite militum, qui facinora coercet, convenerit, priorem ipſe locum occupat. E' contrariò in eadem *obſerv.* 388. *n.* 3. pro præcedentia Officialis criminalis judicatum, refert *de Franch.* ibi, & ità practicari, tradit *Conſil. Roccus de offic. tit. de ord. præced. in M.C. n.* 13. Quia merum imperium dignius ſit, dum officio Judicis nobili exercetur ad utilitatem publicam, & majoribus criminalibus Judici incumbit, & celeri expeditioni facinorum vacare. Concludit cœterum *Conſ. Roccus*, rationabilius, ut is præcedat, qui prius poſſeſſionem officii nactus eſſet ex Judicibus M. C. V. Imò ſtylum præcedendi Criminales Civilibus non eſſe ſemper fixum. Siquidem ſi contingat promulgari ſententiam foriudicationis per Judicem criminalem, tunc ſedeat criminalis poſt civilem.

5 Notandum ſuper aſſerto illo, quod *par in parem non habet imperium*, ut tunc dicatur quis ſuperior, vel æqualis, quando paritas, & ſuperioritas eſt in adminiſtratione, non autem quando in dignitate tantùm, quia æqualis cognoſcit ſibi æqualem, & inferior ſuperiorem in propria juriſdictione, *text. eſt in l.* 1. *C. de lic. potent.* & ità declarat *Bart. in l. fin. ff. de r r. diviſ.* Hinc Regii Conſiliarii ſunt ſubjecti M. C. V. quando non agitur de officio, & juriſdictione, *D. Reg. Sanfelic. dec.* 290. *n.* 59. *&* 60. Et regula par in parem non habet imperium, procedit in condominis, ut *Cancer. n.* 27. ideo Remulus non per juſtitiæ tramites occidit Remum, *Præſ. Merlin. d. controv.* 69. *num.* 23.

ARGUMENTUM.

Regula, *poteſt quis ut alius, quod non poteſt ut ipſe*, declaratur, & examinantur corollariæ quæſtiones, utrum fidejuſſor poſſit uti alius emere pignus, vel nomen cenſuàle, & exigere cenſus in futurum, de quo acriter diſſident *Cancer. & Fontanell.*

SUMMARIUM.

1 Poteſt quis ut alius, quod non poteſt ut ipſe.

2 *Fides conventionis impedit, quem uti alium agere.*

3 *Creditore vendente jure creditoris jus ſecundi creditoris tollitur.*

4 *Fidejuſſore emente pignus, competit jus offerendi.*

5 *Fidejuſſor, an poſſit emere nomen cenſuale?*

CAP. CXVII.

1 *Poteſt quis ut alius, quod non poteſt ut ipſe.* Regulam ſtatuit *Everard. in topic. legal. loco à tanquam, ſeù reſpectiva, n.* 34. quem refert *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *p.* 3. *n.* 67. Nunc inſpiciendum eſt, an ſemper procedat dicta regula.

2 Limitat idem *Everard.* non procedere, nec locum habere, ubi aliquem impedit fides ratione conventionis per *l.* 1. *C. de dolo, l. ſi mandato Titii, §.* 1. *ff. mandat.* catenus tamen, quatenus eſt facta conventio, ſeù promiſſio, hoc eſt reſpectu rei, reſpectu cujus facta eſt conventio.

3 Hinc licet ceſſet jus offerendi, quando creditor vendit pignus jure creditoris, quod facere poteſt, *l. ſi convenerit, ff. de pignor. act. §.* 1. *inſtit. quib. alien. lic. vel non.* Ratione à priori, quia primus creditor ex licentia, quam habebat à lege vendendi pignus transſert in ementem dominium non affectum, ideòque jus ſecundi creditoris ex venditione hujuſmodi cenſetur ſublatum, & perindè eſt, ac ſi res nunquam fuiſſet obligata ipſi poſteriori creditori, ex quo facultas vendendi pignius præceſſit obligationem ſecundi creditoris, & proindè reſolvitur ex hac venditione jus debitoris, & conſequenter jus ſecundi creditoris, *l.* 1. *C. ſi antiq. credit. Morot. de jur. offer. n.* 16. *Rodriq. de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 17. *n.* 21. *Coſta de port. rat. q.* 65. *n.* 7. *Gratian. dec. Marcb.* 66. *n.* 4. *Bichius dec.* 43. *num.* 6.

4 Cœterum ſi venditio ejuſmodi ſit fidejuſſori principalis debitoris, tunc ſecundus creditor poteſt huic fidejuſſori ementi debitum offerre, ità *gloſ. in d. l.* 1. *verb. vendidiſſet, C. ſi antiq. cred.* ex *text. in l.* 2. *ff. de diſtract. pign. l. Paulus, ff. de fidejuſſ. Morot. n.* 17. ubi rationem aſſignat his verbis: *Hoc enim exigit bona fides conventionis, & contractus, quam ob fidejuſſionem præſtitam fidejuſſor obſervare debet, etiam ſi perſonam alterius induat. Etenim bona fides, quæ in contractibus requiritur, id efficit, ut quod non poſſum, ut ego, non poſſim, ut alius, textus, qui hanc declarationem probat in l. mandato Titii, §.* 1. *ff. mandat.* Cum enim fidejuſſor cenſeatur habere mandatum ad ſolvendum, *l. indebitum, ff. de cond. indeb.* & ad liberandum, & redimendum pignus per ſolutionem, ſi emit pro ſe pignus, dicitur venire contra promiſſionem, & rumpere fidem, *Cujac. obſer. lib.* 3. *cap.* 37. *Præſ. de Franch. dec.* 69. *à n.* 7. *Fontanell. ubi ſup. n.* 64. *&* 69. ubi etiam fidem rumpit fidejuſſor, volendo titulo emptiònis pignus acquirere, quod jam creditor tenebatur ei, ſi pecuniam exigebat, tradere.

5 In fidejuſſore cenſus idem plures volunt, non poſſe illum emere nomen cenſuale, & acquirere titulo emptionis, & cenſus exigere in futurum actionibus ſibi ceſſis à creditore, ſicut poſſet quilibet extraneus, & per em-

Digitized by Google

emptionem cenſeatur potiùs redemptum, quàm emptum, ità *Cancer. p.2. var. tit. de fidejuſſ. à n.5.* & alios poſt vult *Scobar. de ratiocin. comput. 17. per tot.* & deciſum refert in Senatu, *Fontanell. n.83. & ſeqq.* ubi in eandem opinionem refert voluiſſe inclinare Senatum. Contrarium, poſt *Caballin. de uſur. n.344.* tenent *Gaſp. Rodriq. de ann. redd. lib.2. cap.17. n.11. Felician. de cenſib. lib.3. cap.2. n.18. & tom.2. lib.3. cap.2. n.11. Fontanell. ubi ſupr. à num. 70.*

Quæ enim invidia eſt, quod nolit debitor permittere fidejuſſori ementi, qui alias pro ipſo fidejubendo non modicè benemeritus fuit, quod penſiones recipiat, ſicut recipiebat creditor.

Probat *Fontanell. n.80.* nam alias ſi emptio reſolveretur in luitionem, fidejuſſor non poſſet exigere ſortem, cum ad id compelli non poſſit debitor, quia ſit in manu ſua, quando velit redimere, nec poſſet exigere cenſus ad rationem cenſus extincto cenſuali credito juxtà contrariam opinionem.

Diſparitatem rationis aſſignat *Fontanell. n.72.* inter emptionem pignoris, quam facit fidejuſſor, & emptionem nominis cenſualis, nam emendo pignus, emit rem debitoris, emendo nomen cenſuale; emit rem creditoris, de quo poteſt diſponere liberè creditor. Præterea creditor offerenti ſecundo creditori, vel tertio poſſeſſori tenetur cedere jus ſuum, at non cogitur vendere pignus. Accedit, quod nulla ſit conſtituta differentia inter fidejuſſorem, & extraneum in emptione nominis cenſualis, ſed ſolum in emptione pignoris, quod eſt debitoris.

ARGUMENTUM.

In venditione ſubhaſta Judex, quam perſonam repræſentet, an debitoris, vel creditoris, vel utrumque? De evictione tenetur debitor, & creditor ſe facere potiorem, & an ad reſtitutionem pretii, ſi evincatur res vendita per tertium ex cauſa dominii. Refelluntur *Caſtill. & alii*, & deciſiones, ac traditur praxis pro emente in ſolutione pretii.

SUMMARIUM.

1 *In venditione ſubhaſta, an Judex repræſentet debitorem, vel creditorem, aut utrumque.*
2 *Debitor in hac venditione tenetur de evictione.*
3 *Creditori ementi ſubhaſta debitor cenſetur vendere, & jus offerendi locum habet.*
4 *Judex vendit ex licentia creditori data per debitorem.*
5 *Creditor ſe facere tenetur potiorem.*
6 *Judex exercet authoritatem publicam, & eſt legalis adminiſtrator.*
7 *Judex repræſentat tres perſonas.*
8 *Tertio evincente ex cauſa dominii quis teneatur?*
9 *Praxis pro emptore in ſolutione pretii traditur.*

CAP. CXVIII.

1 Venditione facta ſubhaſta jure creditoris, an Judex repræſentet debitorem, vel creditorem, aut utrumque? Dicendum videtur, quod Judex repræſentet debitorem, quia factum Judicis dicitur factum debitoris, *Cyn. in l.1. n.2. & Salyc. n.2. C. ſi antiq. credit. Fab. de error. pragm. de cad. 9. err. 8. Reg. Lanar. conſ. 29.* Judex etenim dat ex præcedenti contractu debitoris, ideò videtur ipſemet debitor dediſſe, & vi illius facti, & à voluntate illius originem habet venditio, *Tiraquell. de retract. lign. §. 1. gloſ. 4. n.13. D. Reg. de Marin. Reg. Revers. obſ. 430. n.1.*

2 Qua de cauſa debitor tenetur de evictione, *l. ſi ob cauſam, C. de evict. Tiraquell. n.13. Mangil. de evict. q.44. Merlin. de pignor. lib.4. q.101. Arias de Meſa lib.1. var. cap.6. n.9.*

3 Præterea quia ſi creditor emat ſubhaſta, tunc ſecundo creditori competit jus offerendi, *l. cum ſecundus, ff. de diſtract. pign.* quaſi nihil interſit, àn primus emerit à debitore, vel à Judice, *Salic. in d. l.1. q. ult. Morott. de jur. offer. n.18. & 19. Maſtrill. dec. 120. n.2. Caroce. de oblat. p.2. q.11. n.62. Bichius dec. 95. n.13.*

4 E' contrariò poteſt argui, quod Judex repræſentet etiam perſonam creditoris, quia primus creditor à die acquiſitæ hypothecæ habuit à jure licentiam vendendi pignus, & dominium illius transferendi, *l. ſi convenerit, ff. de pignor.* & venditio fit ex eà licentia data creditori, & dominium transfertur in debitorem, quale erat penès debitorem tempore conſtituti pignoris non affectum credito poſteriori, ita ut ſequuta venditione tollatur hypotheca ſecundi creditoris, *Morott. n.16.* & dictum eſt in *præced. capit.*

5 Ulterius, quia creditor tenetur ſe præſtare creditorem anteriorem, *l.1. C. credit. evict. pign. & ibi gloſ. Arias de Meſa lib.1. var. cap.17. n.4.* & ad plura tenetur creditor. Primò, quod res ſit obligata. Secundò, quod ſit prior. Tertiò, quod credat rem eſſe debitoris. Quartò, quod ſibi licitum ſit vendere ex pacto, vel lege, aut credat ſibi licere. Quæ ſi deficiant, ipſe creditor tenetur, *Maſtrill. dec. 18. Mangil. de evict. q.44. Fontanell. dec. 223. num.8.*

6 Venditio facta per Judicem, vel Curiam non reputatur facta per Judicem, ſed per partem, & exequutor de evictione non tenetur, cum id agat ratione ſui officii, *l. ſi pignor. ff. de evict. l. qui erat, ff. famil. erciſc.*

Fon-

Fontanell. dec. 222. *n.* 2. *& ſeqq.* ubi quod ſi teneretur in aliquo, nemo vellet eſſe Judex cum hoc periculo.

7 Reſolvendum itàque eſt, quod Judex repræſentet debitorem, & creditorem vendendo ſubhaſta, & perſonam Judicis, & authoritatem publicam, juſtitiam adminiſtrans ex debito officii, *Fontanell. ubi ſup. n.* 2. & Judex eſt legalis adminiſtrator, & ſervare debet bonam fidem vendendo pro juſto pretio, quatenùs emptores repediantùr, ſin minus adjudicando debitori.

8 Succedit videndum, an ſequuta evictione ad inſtantiam domini, quia res vendita ſubhaſta ſit aliena, creditor teneatur ad reſtitutionem pretii? Negat *Caſtill. lib.* 4. *contr. cap.* 42. *n.* 97. extendens etiam, quod debitor non reperiatur ſolvendo, qui reprehendit *Molin. de juſt. & jur. diſp.* 558. *circa finem.* Contrarium aſſerentem, & *Fontanell. n.* 19. tradit, non eſſe juſtum, quod ſuum creditum jam conſumptum reſtituat ex aliquo accidenti, quod eveniat in re empta concurrentibus neceſſariis quattuor requiſitis, ut ſup. & abſolutum Fiſcum refert *Fontanell. dec.* 222. *n.* 15. & eſt pulchra *dec.* apud *Farin. dec.* 370. *p.* 1. *in rec.* quam refert *Fontanell. dec.* 223. *num.* 18.

9 Tertius, ſi evincat jure dominii, certum eſt, quod intrat titulus, *C. credit. pign. evict. non debere*, dum creditor nullus evincit, ſed tenebitur creditor vendens ad pretii reſtitutionem, ne emptor deceptus maneat pecuniam retinendo ſine causa, & emptor re, & pretio careat contra omnem æquitatem, & juſtitiam, & quando remanet penes creditorem pretium ſine causa, poteſt per emptorem repeti, tùm conditione indebiti, tùm ex æquitate, *l. ſi & me, & Titium. ff. ſi cert. pet. Fontanell. dec.* 223. *n.* 16. *& ſeqq.* ubi refellit *dec.* 370. penès *Farin. in rec. p.* 1. diſtinguentem inter evictionem cauſatam à tertio rem vendicante, & evictionem cauſatam à nullitate venditionis, & taxat deciſionem Senatus abſolutoriam Fiſci ſupra relatam, & ſentit, quod debebat condemnari Fiſcus.

In venditionibus ſubhaſta licitator juxtà communem praxim offert pecuniam deponendam, & non liberandam, niſi cum idoneâ cautione de reſtituendo in caſu evictionis, & cui, & quibus, & quando, & de contribuendo cum æqualibus, & ad omnem ordinem, & creditor tenetur recipere pretium, ità vinculatum *Arias de Meſa lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 32. *Reg. Galeot. controv.* 38. *lib.* 2. *Reg. de Marin. ad Revert. obſerv.* 82. *in princ. Card. de Luca de credit. diſc.* 52. *n.* 12. Ratio hujus praxis eſt, quia cum creditor teneatur ſe probare anteriorem creditorem, & potiorem, *l. ſi procuratoris, §. fin. ff. de tribut. act.* hæc probatio eſt impracticabilis; undè plura reſultarent inconvenientia, quod nunquam reperirentur oblatores, & ſi reperirentur cum vinculo probationis ſuæ anterioritatis, perpetuò remaneret pecunia depoſitata, vel demum bona venderentur viliſſimo pretio, & hoc jure utimur in Regno, & alibi, ut *Reg. de Marin. ubi ſup.* & ob deficientem cautelam evictionis, quam de jure præſtare non teneri, prætendunt creditores, ad quorum inſtantiam fit venditio, expedit creditoribus, hanc praxim introductam eſſe, ut promptiùs inveniantur emptores, *Card. de Luca in prax. de judic. diſc.* 40. *n.* 76. Propenſiùs quia tertio ex causa dominii rem evincente, reſtituitur pretium, ut dictum eſt.

Neque obſtat, quod creditor, qui pecuniam liberam dedit, liberam quoque recipere debet, & ideò non recipere debeat vinculatam; Quia procedit in ſolutione, quæ fit à debitore, vel à tertio jure offerendi, non in hac ſpecie pecuniæ obventæ ex alienatione pignoris prætorii, & remanet creditori regreſſus contra ipſum debitorem ad quanti intereſt pecuniam non eſſe liberam.

ARGUMENTUM.

Renunciatione hæreditati patris, vel aliis ſucceſſionibus facta per matrem pro ſe, & hæredibus, ſi illa prædecedat patri, an nepotes etiam hæredes matris admittantur ad ſucceſſionem ex propria perſona? Et quid ſi cum matertera concurrant? Refelluntur *Kellebenk*, *&* *Andreola*. Quid ſi renunciaret pro ſe, & filiis, non expreſsè in caſu prædecedentiæ? Laudatur *Rota Romana*. Demum quid ſi renunciatio facta ſit ob dotem? Expenditur *Rota Romana*.

SUMMARIUM.

1 *Nepotes hæredes matris, an ex propria perſona ſuccedere valeant avo, ſi mater, quæ renunciavit, prædeceſſit patri?*

2 Kellebenk *ſtrictè arguit contra nepotes.*

3 *Reſolvitur pro nepotibus hæredibus.*

4 *Occurrit* Kellebenk.

5 *Quod concurrente matertera. Refellitur* Andreol.

6 *Nepotes, an veniant, ſi mater renunciavit pro ſe, & filiis?*

7 *Renunciatio ob dotem, an noceat filiis?*

CAP.

C A P. CXIX.

1 MAter ſi renunciavit ſucceſſioni paternæ, vel quibuſcumque ſucceſſionibus pro ſe, & hæredibus, & ante mortem patris deceſſerit, an nepotes ob renunciationem à matre facta repellantur à ſucceſſione tanquam hæredes matris, quin poſſint venire ex propria perſona? Dic venire poſſe ex propria perſona, & nomine proprio non ex perſona matris de medio ſublata vivente patre, *Præſ. de Franch. deciſ.* 67. & ibi *Addentes D. Reg. Latr. dec.* 4. *&* 41. *Bottiglier. de ſucceſſ. theor.* 26. *Andreol. contr.* 212. *Morott. conſil.* 22. *Addent. ad Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 47. *D. Hodiern. contr.* 23. *n.* 12. ubi ità judicatum refert *Junctis Aulis*, & dixi in *obſerv.* 67. *de Franch.* ubi tàm in deſcendentibus, quàm in tranſverſalibus.

2 Non obſtat, quod filij ſint hæredes, ideóq; non poſſint venire, ut cenſent plures relati per *Theſaur. lib.* 2. *q. for.* 90. *& D. Præſ. Merlin. cent.* 1. *contr.* 11. *n.* 13. & noviſſimè *Kellebenk de renunc. q.* 23. *n.* 46. arguens tunc aliquem pro ſe, & hæredibus promittentem cenſeri promiſiſſe nomine hæredum, quando ſumus in ſtipulationibus, quæ ad hæredes tranſitoriæ non ſunt, quia ſuadet in hoc caſu conjectura voluntatis, quod verbum *hæredibus* contrahentes non fruſtra diſpoſitioni adjecerint, ſed novam in iis conſtituere obligationem, voluerint per *text. in l. ſtipulatio iſta, §. ſed ſi quis uti frui, ff. de verb. oblig.* ubi ſi quis ſibi, hæredique ſuo uti frui licere ſtipulatus ſit, etiam hæredi ſtipulantis acquiritur non quidem jure hæreditario, ſiquidem ſimul cum ſtipulante interiit, ſed ex ſtipulatione, qua etiam comprehenſus eſt, *Ruin. conſ.* 51. *lib.* .*n.* 17. quam ob rem ne verbum hæredibus ſupervacaneum ſit, ratio dictet, ſub hoc pacto etiam hæredes comprehendi, & quamvis ſucceſſio matri prædefunctæ non delata ſit, potuit tamen illa hæredes ſuos obligare.

3 Reſpondetur etenim, quod filii non impugnant renunciationem à matre factam, ſed dicunt, illam comprehendere jus ſucceſſionis, quod matri competiiſſet, & ſicut admitterentur filii hæredes, ſi mater non renunciaſſet, ità admitti debent reſoluta renunciatione ob defectum conditionis non delatæ hæreditatis matri, & ad hoc ut illius filii, & hæredes non poſſint venire ex propria perſona, neceſſe eſt, quod mater renunciaſſet pro ſe, & filiis, ità *Andreol. n.* 10. *& ſeqq. Dom. Reg. Rovit. conſ.* 23. *lib.* 1. & ibi *D. Altimar. D. Reg. Latr. d. dec.* 4. & ibi *Gizzius Staiban. reſol.* 181. *d. n.* 61. & filii non veniunt contra factum matris, quæ ipſorum jus in renunciatione non deduxit poſt alios *Rota p.* 13. *rec. dec.* 265. *num.* 30.

4 Neque obſtat ratio allata per *Kebellenk*. Quia promiſſio pro hæredibus non eſt fruſtatoria, cum poſſit renuncians decedere poſt delatam hæreditatem ſine aditione, & tunc filii non poterunt ſuccedere uti tranſmiſſarii ex capite juris deliberandi, aut ſanguinis, ut ſcripſi in *d. obſ.* 67. *num.* 4. *Rota dec.* 265. *par.* 13. *rec. num.* 22.

5 Nec dicatur, quod opinio prædicta non procedat, quando ſuccedunt cum matertera, tanquam ſuccedant hoc caſu ex perſona matris, cum medietatem habeat matertera, & alteram medietatem nepotes quotquot ſint, *§. cum filius inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* poſt *alios Marta de ſucceſſ. legal. p.* 1. *q.* 23. *Andreol. contr.* 407. *n.* 24. Quia talis reſtrictio communiter per juris interpetres reprobatur, cum ſuccedant nepotes repræſentando gradum, non perſonam, *Fab. de err. pragm. dec.* 28. *err.* 6. *n.* 19. *Cancer. var. p.* 3. *cap.* 15. *n.* 46. *Salgad. in labyr. cred. p.* 2. *cap.* 25. *n.* 9. *&* 18. *Rota d. dec.* 265. *num.* 25.

6 Nepotes beneverum non admittuntur, ſi mater renunciaret pro ſe, & filiis, qui ex propria perſona venirent in caſu prædecedentiæ ipſius, *Marant. in diſput.* 10. *Gizzius ubi ſupra*.

Hæſitavi in *d. obſerv.* 67. an renunciatio debeat eſſe expreſſa in caſu prædecedentiæ, cum ſit ſtricti juris renunciatio, & ſecus intelligi poſſet, ſi venirent filii ex propria perſona, ex ſucceſſorio edicto, ut *D. Reg. de Marin. alleg.* 109. *Conſil. Rocch. reſp.* 71. *tom.* 2. *num.* 36.

Si mater expreſsè pro ſe, & filiis, & hæredibus renunciaverit, nepotes non admitti, volunt *Alex. conſ.* 18. *n.* 12. *lib.* 5. *Peregr. de fideicom. art.* 52. *n.* 97. latè *Rota dec.* 224. *n.* 8. *&* 9. *p.* 13. *rec. & dec.* 265. *num.* 31.

7 Major difficultas eſt, quando mater renunciavit ob dotem habitam, nam alias mater renuncians bis ſuccederet, & ità cenſetur de ſucceſſione in futurum tranſegiſſe? *Andreol. d. contr.* 407. defendit opinionem *Roman. in l. qui ſuperſtitis, C. de acqu. hæred.* contra nepotes, & judicavit *Rota dec.* 14. poſt *Galler. de renunc.* & alios *Ego* cumulo in *d. obſer.* 67. *n.* 5. Si filii retinent dotem matris, *Fuſar. de ſubſtit. q.* 597. *n.* 2. *Buratt. dec.* 154. *n.* 4. *Fulgin. de jur. emphit. tit. de renunciat. q.* 4. *n.* 5.

Verum opinio *Roman.* communiter reprobatur, ut poſt alios *Cancer. p.* 3. *cap.* 15. *de renunc. n.* 47. *Gizz. ubi ſup. Rota d. dec.* 265. *p.* 13. *rec. n.* 18. *Molpheſ. ad conſuet. Neap. tit. de renunc. q.* 5. *n.* 6. *&* 12. Licet enim dos exiſtimatur ſucceſſio, quam mater decedens tranſmittit ad filios. Intelligitur tamen in caſu ſuo, quando filia ſuperſtes fuerit patri, *Alex. in l. pactum num.* 7. *C. collat.*

Dos an imputanda ſit filiis? Negant *Mi-*

nodans, *Cutell.*; *Merlin. de leg.* quos refero *in d. obſerv.* 67. Hanc opinionem erroneam appellant *Caſtill. dec.* 189. & pro imputatione judicatum teſtatur *Urſin. de feud. p.* 3. *q.* 1. *n.* 26. *Cancer. n.* 56. Quid in ſucceſſione Collaterali? Diſtinguitur an dos ſit data ab avo, vel à fratre, & vide, quæ affluenter ſcripſi in *d. obſerv.* 67. *num.* 7.

ARGUMENTUM.

Judex, vel Aſſeſſor, an poſſit eſſe inſimul Advocatus? Cum licentia Regia num poſſit. Lectores, an poſſint patrocinari. Optimi Advocati ſalarium, & palmarium, ad quam ſummam poſſit aſcendere, exempla recenſentur.

SUMMARIUM.

1 *Judex, vel Aſſeſſor, an poſſit ſimul eſſe Advocatus?*
2 *Officialis, an poſſit in camera conſulere?*
3 *Licentia Regia, an exigatur pro Judice ad patrocinandum?*
4 *Quid in foro conſcientiæ.*
5 *Lectores, an patrocinari poſſint.*
6 *Optimi Advocati ſalarium, & palmarium; in qua ſumma taxari poſſit? & num.* 7.

CAP. CXX.

1 Judex, vel Aſſeſſor, an poſſit exercere munus Advocati? Incompatibilia probantur ex *l. athletas*, *§. calumniator*, *ff. de his qui not. infam. l. nemo*, *C. de Aſſeſſor. D. Reg. Tapia lib.* 1. *jur. Regn. tit. de offic. Judic. prag.* 6. *Conſil. Petra rit. M. C.* 39. *num.* 5.

2 Pariter prohibetur Judex in camera conſulere, nè diſtrahatur à cognitione cauſarum, *Gratian. diſcept.* 39. *n.* 11. quem referunt, & ſequuntur *Jo: Paul. Kamar. de offic. Jud. & Advoc. p.* 2. *q.* 3. *n.* 51. *D. Reg. Tapia, & Dom. Petra rit.* 11. *n.* 2. At *Jo: Paul. Kamar.* admittit non poſſe data frequentia conſilii, & nimio uſu. Secus non data frequentia, dummodò non conſuleret in cauſis, in quibus Judex eſſet, vel eſſe poſſet, faciunt tradita per *Fontanell. dec.* 207.

Nedum jure communi, verum etiam ex *ritu M. C.* 18. *& pragm.* 9. *n.* 3. *de offic. Judic.* prohibentur Judices munus Advocati exercere, & conſulere, ut latè *D. Petra d. ritu* 11. *n.* 2. & in Catalonia Senatores Regii Conſilii abſolutè prohibitos eſſe patrocinari in aliqua Curia, probat *Fontanell. ubi ſup.* rationem addit, ne his diſtracti Judices retardentur à munere judicandi, vel voluntariè ſe redderent ſuſpectos in cauſis, quod cederet in perniciem Reipublicæ, & ſimiles leges Hiſpaniæ, laudat *Roxas de incompatibil. cap.* 6. *num.* 31.

3 An poſſit Judex cum licentia Regis, vel Principis in aliqua cauſa advocare? *Fontanell.* id contingere ſæpè ait, quod plures ex Regiis Senatoribus, qui erant antea Advocati, & uti tales aliquam patrocinabantur cauſam, & antequam decideretur, aſſumpti ſint in Regium Senatorem, & cum poſteà tractaretur de expeditione cauſæ, & Senator ille ſit magis inſtructus in cauſa, quam alii Advocati, & agatur de re gravi, ad ſupplicationem partis annuiſſe Regiam Majeſtatem, ut poſſit patrocinium continuare, circa quam facultatem dubitatum fuit, an potuiſſet concedi obſtantibus Conſtitutionibus, cum Dominus Rex velit, non poſſe, quod Conſtitutiones prohibent. Præterea videtur, poſſe partem adverſam conquæri de licentia, opponendo eſſe contra Conſtitutiones, & hoc modo impedire informationem à Senatore Regio contra ſe faciendam, ne magis æſtimetur à Collegiis, quam ſi fieret à quocumque alio ſimplici Advocato.

Exadverſo videtur, dictam licentiam non eſſe contrà Conſtitutiones, quia non eſt ſimpliciter, & abſolute Advocatus pro omnibus, quod voluerunt prohibere Conſtitutiones, nec concurrant rationes diſtractionis, dum multo tempore cauſam antea tractavit. Adhæc parum, aut nihil nocere poteſt juſtitiæ partis adverſæ, quod Senator informet, vel non, & ſit pupillanimitas timere, ubi non ſit timor. Demum teſtatur *Fontanell. n.* 6. ſe vidiſſe, in pluribus cauſis conceſſas licentias, & in fine concludit: *Imò jam nunc eſt iſtud factum ordinarium, ut procurentur licentiæ iſtæ pro Senatoribus, qui antea fuerant in illis cauſis Advocati*, & ità de licentia D. Proregis Neapoli ſervatur in ſimilibus cauſis, & controverſia fuit antiquitus de loco, in quo ſedere debet Senator patrocinando.

Conceſſa Regia facultate, quem poſſe obtinere, & exercere duo officia incompatibilia, *textus eſt in cap. olim. de ſent. & re judic. Roxas ubi ſup. num.* 63.

4 In foro conſcientiæ nec poſſunt Judices patrocinari, nec in camera conſulere, neque eſſe Aſſeſſores Ordinarii, *Kamar. d. q.* 22. *num.* 23.

5 Lectores neque poſſint patrocinari, neq; conſulere, *Gratian. ubi ſupr. n.* 14. & ibi *Ego.* Quod poteſt intelligi, ſi paſſim, & frequenter ità *Kamar. n.* 51. & niſi cum Regis, vel Proregis licentia, & hoc jure utimur Neapoli.

6 Advertendum eſt ceſſare incompatibilitatem Judicis, & Advocati, quo ad hoc, ut

Judex

Judex poſſit ſupplere ea, quæ deſunt Advocatis ex *tit. C.ut quæ des. Advoc. par. ſuppl.ad Fab.def.1. C.eod.*ibi: *Et ſi Judex ſupplendo, quæ deſunt Advocatis partium, calumniæ materiam facilè præſtet, quaſi patrocinari ipſe potiùs, quam judicare videatur. Dubitare tamen nemo debet, quin ad ejus officium pertineat*, alia dixi in *Gratian.cap.39.*

7 Facundi, & celebres cauſarum patroni, qui paſſim Regii Conſiliarii promoventur, quando à Clientibus condignum ſalarium, & palmarium promptè non obtinent, quandoque de quantitate diſputatur.

Salarium Advocati non poſſe excedere centum eureos, decidit *text.in l.1. §.in honorariis, ff.de var.& extraordin.cognit.*& firmat *Gratian. diſc.56. num.6.*

At de facto hunc *textum* non ſervari tradunt *Bald. Alber.& alii in d. l.1.* Et relinqui arbitrio Judicis moderandum pro modo litis, Advocati facundia, & fori conſuetudine preſertim in cauſis magni momenti, *Menoch. de arbitr.lib.2.caſ.513.Præſ.de Maur.alleg.97. Amicangel. de regal. offic. q. 18. n. 22. Caſtill. dec. 226. num. 13.*

Quoad *d. l.1. §.in honorariis, Fontanell.deciſ.427.n.13.* ſcribit, quod aureus ille erat decem librarum auri valoris, qua ratione centum aurei erant mille libræ, ut declarat *Alciat.* & poſt eum *Ranchin. ad Guid. Pap. dec. 190. & Rotam Romanam* conſueviſſe diverſimodè taxare, ait *Rota dec.84.p.14.rec.*

Ex qualitate Clientis, & Adverſarii. Quantitate cauſæ. Varietate articulorum juris. Duratione litis. Eloquentia Advocati. Majoritate Tribunalis. Authoritate Magiſtratus, & Miniſtrorum præſertim ſupremorum, taxandum erit ſalarium, & palmarium. Undè palmarium in cauſa D. Ducis Oſſuni decreto S.R.C. taxatum fuit in ducati 4. m. ad favorem D. Conſtantini Caſari Advocati famigerati, ut ex ejus opere, *Peregr. 99.*

Pro Advocatis, & Procuratoribus in cauſa fideicommiſſi de Summa Ill. Principis Belvedere ad relationem *Conſil. Staiban.* in ducatis 3.m. ſexcentum, & agebatur de ducatis 32. m. Pro D. Reg. Antonio Florillo tunc temporis Advocato Ill. Principis Satriani decreto R. C.S. palmarium in docatis mille taxatum fuit ex ſola interpoſitione termini.

Pro Advocatis creditorum Patrimonii Ill. olim Principis Minerbini ad excluſionem unius crediti, palmarium taxatum fuit per R. C.S. in ducatis 6. m. quingentum, & aliquando exceſſit ducatos 8. m. cum nequeat aſſignari certa regula.

ARGUMENTUM.

Procurator, an dari poſſit in re propria ſine relatione inter procuratorem, & dominum? Laudantur jura aliquando ajentia. Ceſſionarius eſt inſimul principalis, & procurator. Primo modo, quando exercet directas actiones. Secundo modo, quando exercet utiles. Et an poſſit inſtituere directas, ſi cedens ſine hærede deceſſerit? Commendatur *Conſil. de Roſa.*

SUMMARIUM.

1 *Procurator, an detur in re propria?*
2 *Creditor conſtituit debitorem in procuratorem, & fideicommiſſarius hæredem, & qualiter.*
3 *Ceſſionarius eſt procurator, & principalis, & declaratur.*
4 *Procurator eſt ceſſionarius exercens directas actiones.*
5 *Formulæ libellorum ad cognitionem materiæ.*
6 *Cedente ſine hærede obeunte, an directæ moveri poſſint?*
7 Conſil. de Roſa *laudatur*.

CAP. CXXI.

1 Procurator, an quis poſſit dari in re ſua propria? *Manzius in tract.de procur.tit.3. n. 115.* ex *Uveſembec.* reſpondet, quod non, per rationem, quia tollitur relatio inter procuratorem, & dominum, mandantem, & mandatarium.

2 Limitat *Manzius n. 116.* niſi detur reſpectu juris, quod tertius in re ſua habet. Sic creditor dominum pignoris rectè det procuratorem in judicio hypothecariæ ad actionem hypothecariam intentandam contra tertium, *l.licet, §.is uni, ff.de procur.* ubi *Paulus* J. C. adhuc aliud exemplum affert, & dicit, quod fideicommiſſarius, cui ex *S.C. Trebelliano* reſtituta eſt hæreditas, ipſum hæredem reſtituentem jure dare poſſit procuratorem, quia amplius dominus non eſt, & non videtur hæres id capere, quod ei eſt neceſſe alteri reſtituere, *l. non videtur, ff. de reg. jur.* Sic etiam maritus pro uxore in cauſa dotalitii, ſeu antephati, quod uxori in bonis propriis mariti conſtituitur, procurator dari poſſit reſpectu juris, quod habet in bonis ejus, ità *Manzius ubi ſup.*

3 Ceſſionarius ex ceſſione conſtituitur principalis, & procurator. Principalis tunc eſt, quando conſtituitur procurator in rem propriam ex ceſſione, juxtà *gloſam in l.ult. verb.*

poſterioribus, *ff. de donat. Alciat, conſ. 34. n. 6. lib. 8.* & probatur ex *l. ex pluribus, ff. de admin. tut. l. emptor, & l. nominis, C. de hared. vendit. Fab. lib. 11. conject. cap. 11. Schifordeger. lib. 2. qq. for. tract. 23. q. 3. Gaſp. Theſaur. lib. 1. q. for. 27. n. 2. Arias de Meſa lib. 1. var. cap. 19. n. 12.* quidquid velit *Cyriac. contr. 12.* & ceſſionarius nomine ſuo exercet utiles actiones, *l. 1. C. de act. & oblig. Arias de Meſa n. 13.*

4 Procurator eſt cedentis per ceſſionem ceſſionarius, quia directæ actiones ſola ceſſione transferuntur; *l. ex legato, C. de legat. Schifordeger. q. 2. & 3. Arias de Meſa ubi ſup. n. 11.* nam mandare actiones nihil aliud eſt, quam eas, quæ uni competunt, alii exercendas committere, ità ut ſuo quidem nomine ex perſona tamen cedentis eis utatur, *l. ult. C. quando Fiſc. l. qui ſtipendia, C. de procur.* Exercet ceſſionarius directas actiones ex perſona cedentis, cujus oſſibus directæ ſemper inhærent, *l. qui ergo, ff. de pecul.* Utiles autem exercet ex perſona propria, *Dec. conſil. 102. n. 1. Arias de Meſa num. 13.*

5 Qui movet utiles actiones, petit ſibi ceſſionario condemnari uti principali, & intentat ex perſona propria. Exercens directas agit etiam ut procurator, ſed nomine principalis mandantis, & petit condemnari debitorem ceſſum nomine mandantis, *Carleval. de judic. lib. 1. tit. 2. diſput. 4. n. 14.* Vel rectius juxtà *Conſil. d. Roſa conſult. 20. n. 14.* movens utiles petit condemnari reum ipſi principali mandanti, in ipſius tamen ceſſionarii beneficium.

6 Si mandator, ſeu cedens decedat ſine hærede, mandatum etiam poſt collatum expirare volunt, *Angel. conſ. 334. à n. 1. Soc. ſen. conſil. 87. à n. 1. lib. 1. Mantic. lib. 7. de tacit. tit. 24. n. 7.* At ſecus in actione utili, quæ non ex perſona propria ceſſionario competat, quamvis defunctus ſine hærede deceſſerit, non expirabit, *Caldas de empt. & vend. cap. 24. n. 5. Arias de Meſa ubi ſup. num. 15.*

Totum dubium, itàque conſiſtit, an directæ exerceri poſſint poſt mortem cedentis, ſi is nullum habeat hæredem? Negant *Soc. conſ. 112. n. 12. lib. 1. Stracca de mercatur. in fin. tit. mandati, n. 49. Gratian. diſcept. 342. n. 2.* Mandans enim quando ſine herede moritur, nulla tunc imago defuncti remanet, ideòq; ſuſcipiens mandatum nequit uti titulo nominis ipſius, qui nec vere, nec ficte extat, & ſic nullus extat, cujus nomine agatur, & per conſequens mandatum, quamvis in rem ſuam intelligitur morte ſolutum, *Bar. in l. 1. n. 5. C. de act. & oblig. Alex. in l. fundi, n. 4. ff. de acqu. poſſ.* directæ enim ſemper intentari debent nomine cedentis, ſcripſi in *Spicileg. de ceſſ. jur. q. 33. num. 3. & ſeq.*

7 Juvat in hac re tranſcribere, quæ tradit *Conſil. Roſa conſ. 20. n. 14. Quando exercentur actiones directæ, licet neceſſe eſſe videatur, concipiendum decretum in perſonam hæredum principalis cedentis, qui non apparent in actis, ideòq; intrare dec. Minad. 35. & tradita per Rovitum in rubr. de procur. n. 60. Sed neque hæc oppoſitio ſubſiſtit, non enim video, per quas regulas probari poſſit, quod procuratore in rem ſuam actiones directas exercente, decretum ſit concipiendum in perſonam principalis, & non ipſius procuratoris. Etenim procurator in rem ſuam duplici modo poteſt directas exercere, uno modo ſi petat, condemnari reum ipſi principali conſtituenti in ſui tamen beneficium. Altero modo ſi petat, reum condemnari ſibi ipſi uti procuratori in rem propriam principalis, ut docent Doctores in l. qui prædia, C. de procur. ubi Bar. Bald. & Angel. Alex. & Jaſ. in l. ſi actor, C. de procur. Marant. in repet. d. l. actor, n. 30. Carlev. de judic. lib. 1. tit. 2. diſp. 4. num. 14.*

Si procurator hoc ſecundo modo agat, prout egit Tobias, qui petiit ſibi ſolvi, quid prohibet, quo minus liberatia fiat Tobiæ uti procuratori in rem propriam q. Lucæ, Leonardi, & Joannis Stephani Spinolæ? Tunc enim decretum non concipitur in perſonam mortui, ſed viventis, licet fiat mentio mortuorum, à quibus habuit mandatum, quod cum eorum morte non eſt extinctum, ſicut quando liberatio fit hæredi, nihil prohibet fieri mentionem defuncti, cujus eſt hæres. Hinc non opus eſt facere mentionem de hæredibus, nec quærere, an appareant hæredes, necnè juxtà dec. Minad. 35. Illa enim deciſio loquitur in procuratore ſimplici effecto domino litis per conteſtationem, non autem in procuratore in rem propriam, inter quos longa eſt differentia. Nam procurator ſimplex licet effectus dominus litis per conteſtationem, non tamen eſt dominus utilitatis, vel damni, quod ex lite provenit, ſed tantùm inſtantiæ judiciariæ, ideòque cum utilitas, vel damnum non ſpectet ad procuratorem, ſed ad hæredes. Hinc deducitur non poſſe ferri ſententiam in procuratorem, vel pro procuratore, niſi facta mentione hæredum. At in procuratore in rem ſuam id non militat, quia utilitas, & damnum litis eſt ipſius, nec hæres conſtituentis id participat, ideòque non eſt de hærede quærendum; niſi quando conſtaret cedentem decedere abſque hærede, qui ſuccederet.

ARGUMENTUM.

Filius hæres patris, an uti vicinus, vel uti filius poſſit retrahere domum à patre venditam? An cenſeatur revocare abſtentionem filius, qui per interpoſitam perſonam emat bona patris à creditoribus, & uti hæres conve-

veniri poſſit. Vel potiùs emat uti extraneus? Expenditur *text. in l. ſi is, qui bonis, ff. de acquir. hæred.* Filius quando uti quilibet, vel uti hæres ſolvat debitum paternum, & explicita, vel implicita ſufficiat revocatio abſtentionis hæreditatis?

SUMMARIUM.

1 *Filius hæres patris, an uti vicinus retrahere poſſit domum à patre venditam?*

2 *Filius poſt abſtentionem, ſi emat bona patris, an uti filius emat, vel uti hæres, & revocet abſtentionem.*

3 *Fraude interveniente filius emere cenſetur, ut hæres, & qualiter colligatur.*

4 *Revocatio abſtentionis, an explicita, vel implicita ſufficiat?*

5 *Filius quando ſolvere cenſeatur, ut extraneus debitum patris, vel uti hæres.*

6 *Manumittens filius ſervum ex ordinatione patris, an uti hæres, vel uti filius manumittat?*

CAP. CXXII.

1 Filius hæres cum beneficio inventarii poteſt ex propria perſona uti jure retractus, ſi contingat, diſtrahi bona paterna ad inſtantiam creditorum, vel uti vicinus, vel alio modo, *Peregr. dec. 25. n. 3. Arias de Meſa lib. 1. var. cap. 7. n. 13.*

2 Patre habente multos creditores inſtituente hæredem filium, ſi is ab hæreditate ſe abſtinuit, & cum creditores poſſiderent bona hæreditaria per fraudem ſuppoſuit quendam, qui emeret, & ſibi filio donaret, poteſt filius conveniri à creditoribus, ut hæres, ac ſi ſe immiſcuiſſet; ſi fraudulenter ſe habuit ante abſtentionem, quæ cenſetur revocata, *textus* eſt expreſſus in *l. ſi is, qui bonis, ff. de acquir. hæred. Maranta in l. is poteſt, n. 86. ff. eod.* & fraus intervenit, ſi per ſuppoſitam perſonam emit, ex *text. in l. ſub imagine, C. de diſtract. pign. l. pupillus, §. ſed & ſi, ff. de author. tut. l. pen. & l. fin. C. quod met. cauſ. l. 3. §. & quod. de ſubeunda, C. de natur. liber.* Præterea mala fides præſumitur, ſi emit omnia bona, ut *Alex. in d. l. ſi is qui, per gloſ.* & alios ibi. Idemque dicit *Angel.* ſi emiſſet ſolum omnia meliora, *l. omnes, §. hujus, ff. quæ in fraud. credit.* Vel incontinenti poſt abſtentionem emerit, ità *Bart. in d. l. ſi is qui.*

3 Fraudulenter filium ſe geſſiſſe, an exigatur ante abſtentionem, vel poſt abſtentionem? *gloſ.* ibi docet, quod mala fides ante abſtentionem intervenire debeat, quia ſi poſt abſtentionem, nec etiam ſi filius furtum fecerit, revocata cenſetur abſtentio, *l. ſi ſervum, §. fin. ff. de acquir. hær.* ubi actus furripiendi rem hæreditariam ante abſtentionem inducit aditionem, poſt abſtentionem non, quia ante abſtentionem, quia non conſtat de voluntate filii ſurripientis, lex ad evitandum delictum præſumit in bonam partem, ſcilicèt, quod acceperit jure proprio, ut ſuam, ideòque fieri non poteſt, niſi jure hæreditario. Sed poſt abſtentionem cum appareat expreſſa filii voluntas, nolle adire, & nihilominùs furatur, meritò non favet delinquenti, *Montan. contr. 37. n. 5.*

Ex difficilioribus eſt *textus in d. l. ſi is qui, & Bart., Alex., Marant., & alii* omnes pertranſeunt cum verbis *textus*, ex quibus etiam potiùs habetur, ſufficere interventum fraudis poſt abſtentionem.

4 Coincidit quæſtio, an revocatio abſtentionis filii explicitè fieri debeat, vel implicitè ſufficiat? *Præſ. de Franch. dec. 80. n. 9. cum gloſ. Bart. & aliis* probat debere eſſe explicitam, & tenent *Paſchal. de patr. poteſt. part. 1. cap. 1. n. 25. D. Hodiern. contr. 50. n. 17.*

5 Contrarium tenet *Montan. controv. 37. per tot. ex text. in l. 2. C. de repud. vel abſtin.* ubi ſolutio debiti paterni, quamvis non inducat aditionem, cum filius, ut extraneus poſſit etiam ſolvere debitum, ut ex *textu in l. pro hærede, §. Papinianus in fin. ff. de acqu. hæred.* Attamen ſi filius ſolveret pro ſua portione, in qua inſtitutus eſt hæres, tunc ſolutio paterni debiti inducit aditionem, quia ſi negotium patris voluiſſe agere, totum debitum ſolviſſet.

6 Rursùs expendit *Montanus textum in l. ſi pupillus, §. fin. verſ. proponebatur, ff. de acqu. hæred.* ubi filius à patre inſtitutus, & rogatus manumittere quoſdam ſervos, demum ſe abſtinuit ab hæreditate paterna, & deindè manumiſit, dicitur ibi: *Ex hoc actu poſt abſtentionem factam non induci immixtionem hæreditatis*; & quia ſervi illi empti fuerant de caſtrenſi peculio filii, & ſic erant proprii ejus filii, & ſic actus manumiſſionis fieri poterat citra jus, & nomen hæredis, dicitur ibi: *Per manumiſſionem non ſe immiſcuiſſe filium paternæ hæreditati, niſi evidenter appareat, manumiſiſſe, ut hæredem.*

ARGUMENTUM.

Hæres, & legatarius, an inſimul quis eſſe poſſit, & hæredi à ſemetipſo legari? fusè agitur, & quid ſi repudiavit hæreditatem, & alius non ſit inſtitutus hæres, vel adſit clauſula codicillaris, vel hæres decedat antè aditionem? Acrior quæſtio, ſi hæredi, & extraneo legetur, an collega-

tario

tario accreſcat pars hæredis? Expenditur *text. in l. ſi quis Actio, ff. de uſufr. accreſc.*

SUMMARIUM.

1 *HÆres, & legatarius, an quis inſimul eſſe poſſit?*
2 *Quid ſi duo ſint inſtituti.*
3 *An valeat legatum hæredi nominatim à cohæredibus relictum?*
4 *Quid ſi hæres repudiet hæreditatem, & deſit cohæres, vel adſit clauſula codicillaris.*
5 *Subſtituto, vel cohærede exiſtente legatum debetur repudiata hæreditate.*
6 *Hæredi, & extraneo legatum, an pars hæredis accreſcat collegatario?*
7 *Uſufructu extraneo legato, & hæredibus teſtatoris, an totus ſpectet ad collegatarium?*
8 *Legata re extraneo, & hæredi, hujus pars accreſcit collegatario.*
9 *Hæres, an impediat jus accreſcendi per retentionem? Diſtinctiones* Bartoli *plures.*
10 *Refelluntur diſtinctiones, & articulus reſolvitur.*
11 *An collegatarius debeat ceſſare, & verbis conjunctus, vel re tantùm?*
12 *Difficilis intellectus* l. ſi quis Attio, ff. de uſufr. accreſc.

C A P. CXXIII.

1 HÆres, & legatarius inſimul, an quis eſſe poſſit? Diſquiritur. Dic incompatibile, cum legatum contineat obligationem hæredis, tanquam id, quod ab ipſo hærede præſtandum eſt, *§. 1. inſtit. de legat.* qua ratione dicitur ab hærede incipere, ſivè proficiſci, & nemo ſibi ipſi obligari poſſit, alioquin in eandem perſonam concurrerent actio, & paſſio contra *l. ſi quis pro eo, §. 1. ff. de fidejuſſ.* Conſequens eſt, ut ſi quid hæredi legetur, uti incompatibile non conſiſtat, ſed habeatur pro nun facto, ità ratiocinatur *Bald. in l. planè, §. ſi duobus, ubi Jaſ. n. 3. ff. de leg. 1.*

2 Intelligendum eſt duobus concurrentibus. Primò, quod legatum ſit relictum hæredi à ſemetipſo. Secundò, quod relictum ſit ei, qui re vera factus ſit hæres. Hinc ſi teſtator unum tantùm hæredem inſtituat, & aliquid ei leget, legatum nulla ex parte ſuſtineri poteſt *d. l. planè, §. ſi duobus.* Quia cum totum ſit ab ipſomet hærede præſtandum, cum ſit unicus hæres, non poteſt aliqua ex parte ſuſtineri. Aliter ſi teſtator inſtituat duos, vel plures, nam pro parte cohæredis valebit, quia ceſſat ratio d. incompatibilitatis, cum unus alteri obligetur, *l. legatum, & l. ab omnibus, §. ſi actio, ff. de leg. 1.* Ampliatur necnec valent pro parte ſua, adhuc ſi teſtator dixerit, *volo, ut accipiat à ſeipſo, l. Titia, §. 1. ff. de leg. 1.* & per dicta verba cenſetur teſtator dediſſe facultatem rem propria authoritate capiendi. Extenditur quoque, ſi legetur pecunia, vel res aliena, quia tenetur unuſquiſque præſtare pro ſua portione hæreditaria, *d. §. ſi actio, Bellon. de jur. accreſc. cap. 7. quæſt. 29. à num. 1.*

3 Si teſtator ex duobus, aut pluribus hæredibus inſtitutis uni tantùm relinquat legatum non ſimpliciter, ſed nominatim ab aliis cohæredibus, & tunc ſi res ſit hæreditaria, putà fundus teſtatoris, quia non poteſt haberi, niſi capiatur ab omnibus pro hæreditaria cujuſque portione, & conſequenter debet capi à ſeipſo pro ſua portione, & pro hac parte non conſiſtit, *Bellon. n. 13.* Quod ſi res non hæreditaria, ſed unius ex hæredibus, vel aliena, vel quantitas legata ſit, quia legatum non capitur à ſeipſo, ſed totum capitur ab iis, quibus nominatim injunctum eſt, quaſi ceſſante incompatibilitate, in totum ſubſtinebitur. *Alex. in l. planè, §. ſi duobus, ff. de leg. 1. n. 2.* Idem ſi teſtator gravet legatarium, vel fideicommiſſarium ad beneficium hæredis, ut ſubſtituendo, quod fieri poteſt, ut per *gloſ. in d. §. ſi duobus.* Quia tale legatum non continet obligationem ipſius hæredis, ſed ejus tantùm, qui gravatus eſt, & capitur jure fideicommiſſi, *l. ſi à me, ff. ad l. Falcid. Bellon. num. 17.*

4 Aliter etiam eſt, ſi hæres, cui legatum relictum eſt, repudiet hæreditatem, quia legatum ſubſtinebitur, ſi adſit ſubſtitutus, vel cohæres, nam ceſſat incompatibilitas, *l. qui filiabus, §. fin. cum l. ſeq. ff. de leg. 1. Bald. conſ. 61. in fin. lib. 2.* Sanè ſi neque cohæredem, neque ſubſtitutum habeat, legatum non ſubſtinetur, cum nemo ſit, qui ex teſtamento adire poſſit, & legata corruant, *l. tanquam, C. de fideicom.* Niſi ſimus in caſibus, in quibus ea cenſentur relicta à venientibus ab inteſtato, ità *Angel. conſ. 295. in fin. & Jaſ. in d. §. ſi duobus n. 7.* Idem ſi rupto teſtamento ex cauſa præteritionis, vel adſit clauſula codicillaris, *Bellon. n. 23. & ſeqq.* Nec obſtat, quod ab initio cum legatum non conſiſtat, non debeat convaleſcere, *§. à ſervo inſtit. de legat.* Quia procedit ſuppoſito, quod ſit hæres. Aliud ſi non ſit hæres, quia ceſſet incompatibilitas.

Minus obſtat, ſi dicatur, id repugnare voluntati teſtatoris, qui cenſetur legaſſe, ſi fuerit hæres, *arg. l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulgar.* Reſpondetur negando, quia teſtator legando, intelligitur in ejus arbitrium conferre aditionem, *l. debitor. in fine princ. ff. ad Trebell. Bellon. num. 29.*

5 Planè, ſi hæres ex parte inſtitutus, cui legatum relictum eſt, non repudiet hæreditatem,

tem, ſed ante aditionem moriatur, transmittet quidem eam legati partem, quæ eſt à cohærere præſtanda, ſed non eam, quam à ſeipſo erat habiturus. Nam repudians implet conditionem, ſub qua legatum pro hæreditaria parte relictum intelligitur, non etiam ejus, qui moritur, *Bart. & alii in l. miles, §. pro parte, ff. de leg. 2.* Denique repudians ſeparat legatum ab hæreditate, ſed non, qui moritur, *Bellon. num. 31.*

6 Punctus conſiſtit, quando teſtator legat hæredi, & extraneo, utrum pars hæredis extraneo accreſcat, vel hæres, in cujus perſona non conſiſtit legatum, ſaltem jure retentionis faciat partem, dum capit jure hæreditario, & inſtitutionis, quod ſufficit, ut jus accreſcendi ceſſet, ut ratiocinatur *Angel. in l. legatum, §. 1. ff. de leg. 1.* quod *gloſ.* ibi relinquit cogitandum.

7 Idem arguitur ex *l. ſi quis Attio, ff. de uſufr. accreſc.* ubi *Paulus. Si quis Attio, & hæredibus ſuis uſumfructum legaverit. Dimidiam Attius, dimidiam hæredes ejus habebunt.* Ergo ſi quid hæredibus, & extraneis legetur, non totum debetur extraneis, ſed ab ipſiſmet hæredibus pro ſua portione capitur.

8 Contrarium ex *l. planè, §. ſi duobus, ff. de leg. 1. gloſ. in l. hujuſmodi, §. ſi Titio, & Mevio, ff. de leg. 1. Mantic. Surd. & alii* plures, quos refert, & ſequitur *Bellon. num. 37.* ubi quod inutiliter hæredi à ſemetipſo legatum eſt, ad collegatarium jure accreſcendi pertinet.

9 Ad contraria reſpondetur, ut hæres impediat jus accreſcendi per retentionem. Diſtinguendo inter legata. Nam aut legatur res propria hæredis, & tunc quia dominium non tranſit ſine ipſius facto; & hæres poterit per retentionem ſibi proſpicere, ità *Bart. in l. hujuſmodi, §. ſi Titio, & Mævio, n. 1. ff. de leg. 1.* Vel legatur Titio, & hæredi res aliena, & in hac ſpecie nec dominium tranſit in legatarium, niſi ab hærede res redimatur, & tradatur, & ſic opus eſt facto ipſius hæredis, ideò fit, ut per retentionem hæres ſibi proſpicere poſſit, & eo modo facere partem collegatario, & impedire jus accreſcendi, ut *Bart. ubi ſup. n. 1. Jaſ. in d. l. planè, §. ſi duobus, ff. de leg. 1.* Aut Titio, & hæredi legatur quantitas, vel alia res in genere, & hoc caſu opus eſt facto hæredis, cum dominium non tranſeat ipſo jure, & ſimiliter hæres ſibi conſulit per jus retentionis, ut *Bar. ubi ſup.* At ſi legatum ſine facto hæredis transfertur in collegatarium, quia hæres non poteſt retinere rem, quæ jam ipſo jure eſt in collegatarium tranſlata, non poteſt impediri jus accreſcendi, ut ſi legetur corpus hæreditarium, cujus dominium translatum eſt ipſo jure in collegatarium, *l. legatum, ff. de leg. 1.* ità *Bart. ubi ſupr.* ratio eſt, quia per legatum res fuit ab hæreditate extracta, undè non poteſt jure hæreditario ad hæredem pertinere, neque juri legati, quod à ſemetipſo legari nequit, *Bart. d. n. 1. Paul. de Caſtro in d. §. ſi Titio, & Mævio.*

Beneverum *Bart.* id reſtringit, ſi collegatarius egerit rei vendicatione. Aliter ſi actione perſonali, ut hoc caſu hæres ſibi conſulat per retentionem, & hoc modo excludere jus accreſcendi. At hæc ſententia *Bartoli* à pleriſque veteribus improbatur, quia militat ratio contra hæredem, ut legatum à ſemetipſo inutile ſit, ità *Imola in d. §. ſi Titio, & Mævio, verſ. extra gloſam,* & in *l. ſi Titio, ff. de leg. 2. num. 2.*

Improbantur etiam diſtinctiones *Bartoli* inter legatum generis, & rei alienæ, & inter legatum corporis hæreditarii, ut ſemper legatum hæredi à ſemetipſo inutile ſit; & ſolum hæres poſſit ſibi conſulere per retentionem, quando res ipſius hæredis legata eſt, quia jus retentionis hoc caſu vetuſtius ſit legato, proveniens ex proprio dominio hæredis, & quando jus retentionis eſt vetuſtius, nempè jus dominii, tunc reperitur jus, in quo fundetur retentio, ità *Imola in d. §. ſi Titio, & Mævio,* & ibi *Paul. de Caſtr.*

10 Indiſtinctè noviter *Bellon. d. n. 60.* probat, non poſſe hæredem ſibi proſpicere per retentionem, neque impedire jus accreſcendi ſivè ſimus in legato rei hæreditariæ, ſivè alienæ, ſivè quantitatis, quia in ejus perſona legatum non conſiſtat, cum jus accreſcendi locum habeat in hujuſmodi legatis, idemque ſi res hæredis legata ſit, quia cenſetur legatum pretium.

11 Modificant nonnulli juxtà *Bellon. n. 68.* ſi teſtator leget hæredi, & extraneo re, & verbis conjuncto, vel re tantùm, ſecus ſi verbis tantùm conjuncto, quia conjuncti re, & verbis, aut re tantùm veniunt per jus non decreſcendi, quod eſt potentiùs jure retentionis, illud enim tribuit jus agendi inſolidum, quod juri excipiendi prævalet. Sed verbis tantùm conjuncti non veniunt, niſi per jus accreſcendi, quod eſt infirmius jure retinendi.

Simpliciter demum *Bellon. à n. 75.* ſubſtinet legatum hæredi à ſemetipſo inutile, & accreſcere collegatario ſivè re, & verbis, ſivè re tantùm, ſivè verbis tantùm conjuncto, & probat à priori, quia legatum habetur pro non ſcripto pro parte hæredis, ideòque totum debetur collegatario, ità *Bellon. n. 78.*

12 Ad textum in *d. l. ſi quis Attio,* reſpondent nonnulli, illum pertinere ad ſpeciem, quando legatum relictum eſt extraneo, & hæredibus extranei, ut *gloſ.* ibi, & communem intellectum ſcripſit *Peregrin. conſ. 59. n. 4. lib. 1.* Sed hæc ſententia rejicitur, quia ibi

Pau-

Paulus J.C.dixiſſet Attio, & hæredibus ejus, & non hæredibus ſuis : Præterea Attius habuiſſet integrum uſumfructum, qui non niſi poſt mortem legatus fuiſſet hęredibus ipſius, unde *Bar.*ibi, & *gloſ.*& alii reiiciunt hunc intellectum.

Alii ſecundo loco reſpondet; *Paulum* ibi loqui de legato relicto Attio, & hæredibus teſtatoris, non à ſeipſis, ſed à cohærede, vel à legatario. Quæ ſententia etiam improbatur, quia nullum verbum habetur, quo colligatur legatum ab uno hærede relictum.

Plures ad hæc putant, in hoc differre proprietatem ab uſufructu, quia in proprietate locum habet jus accreſcendi reſpectu partis hæredi inutiliter à ſemetipſo relictæ. At non in uſufructu, ità *Bart.*, *Angel.*, *Bald.* & nonnulli *In d.§.Titio, & Mævio.* Ducti ex eo, quod relicto uſufructu formali, tunc proprietas remanens penès hæredem operetur, ut per retentionem ſibi conſulat hæres. Moventur ſimiliter, nam quoties teſtator relinquit uſumfructum hæredibus, & extraneo, tunc potiùs cenſeatur limitare legatum extraneo relictum, quam legare partem hæredibus.

Commentitia appellat *Bellon. n.*103. quæ *DD.*pro intellectu *d.l. ſi quis Attio*, tradunt, & non eſſe conſtituendam differentiam inter legatum proprietatis, & uſusfructus, ut ſicut illud habetur pro non ſcripto reſpectu hæredis, & accreſcit extraneo collegatario, ità reſpectu uſusfructus, & eatenus in *d. l. ſi quis Attio*, ceſſat jus accreſcendi favore extranei, ſed non ceſſet favore cohæredum tanquam collectivè vocatorum magis conjunctorum, quam extranei, idque etiam procedit ſi fundus ſit legatus extraneo, & hæredibus, & fiunt duæ portiones, quarum una ſpectat ad extraneum, altera ad hæredes collective vocatos, & ratio rationis eſt, quia ſemper inter collectivè vocatos adeſt pars, quæ à cohærede utiliter legatur, & proinde potiùs pars inutilis accreſcit cohæredi. Aliud ſit, ſi unus hæres fuerit inſtitutus.

ARGUMENTUM.

Servo hæredis, an legari poſſit, cum domino acquiratur, & actio, & paſſio nequeant eſſe in eodem ſubjecto. Quid ſi legetur ſervo communi, ſcilicèt hæredis, & Titii, an totum acquiratur Titio? Legante Teſtatore partem ſervi proprii, an legatarius inſolidum habeat ſeruum? Filio hæredis legatum relictum, an valeat? Legatum ſervo proprio ſine libertate relictum, an valeat, vel impediat jus accreſcendi reſpectu extranei collegatarii?

SUMMARIUM.

1 *Servo hæredis legari nequit, quia eſſet legari ab ipſomet hærede.*
2 *Servo communi hæredis, & Titii legatum acquiritur totum Titio.*
3 *Teſtatore legante ſeruum proprium pro parte, pertinet inſolidum ad legatarium.*
4 *Filio hæredis à patre hæredes legari poteſt.*
5 *Idem ſi patri hæredis legetur.*
6 *Servo proprio ſine libertate, an legari poſſit, & an impediat jus accreſcendi reſpectu collegatarii?*
7 Bellonus *refellit* Duarenum, & Fachineum *affirmantes.*

CAP. CXXIV.

1 Servo hæredis legari non poteſt, quia non acquiritur ſervo, ſed domino, qui ad ejus præſtationem obligatur, ideòque ſi conſiſteret, actio, & paſſio, eſſent in eodem ſubjecto, ſeu in eandem perſonam concurrerent emolumentum, & juris obligatio, quod eſſe nullo modo poteſt, *l. cum legato, verſ.quin, ff.quand. dies leg. ced.* & ſicut legatum non ſubſtinetur à ſemetipſo, ità etiam quoties relictum eſt ſervo hæredis, *Bellon. de jur.accreſc.cap.7.q.30.*

2 Neque conſiſtit legatum relictum Titio, & ſervo communi hæredis, & Titii, nam pars, quæ in perſona hæredis conſiſtere non poteſt, pertinet ad Titium, in cujus perſona conſiſtere poteſt, nam ſervus, qui uni ex dominis acquirere non poteſt, totum acquirit ei, cui poteſt, *l. Plautius, ff. ad l.falcid.l.verum, §.ſi ſervo, ff.pro ſoc.Bellon.n.4.*

3 Procedit idem, ſi teſtator leget ſeruum proprium pro parte Titio, quo caſu altera pars manet in hæreditate, & ſic pertinet ad hæredem, & totum legatum debebitur extraneo, *l. quæſitum, §. duobus, ff. de leg. 1. Bellon.n.6.* Aliud eſt, ſi legetur ſub conditione; quia attenditur tempus evenientis conditionis, quo inſpecto ſervus, ſi exiſtat ſub alterius dominio; novo domino acquiritur legatum, *Paul.de Caſtro in l.cum filiofamilias, n. 14. ff.de leg.1. Bellon. n.13.*

4 Quid autem, ſi legetur filio hæredis, & quia hodie filio acquiritur proprietas in adventitiis, ideò valebit legare relictum à patre ipſi filio. Niſi contemplatione patris legatum ſit; quia idem erit dicendum, quod de jure antiquo, ut legatum non conſiſtat *gloſ. in d. l. cum legato*, & ibi *Bart. n. 14. ff. quand. dies leg. ced. Bellon. d n.20.*

5 Similiter idem locum habet, ſi legetur patri hæredis, quia licet de jure antiquo legatum

gatum erat inutile, quia pater cenſebatur inſtitutus, & actio, & paſſio concurrebant in eodem ſubjecto, & legatum à ſemetipſo relictum erat inutile, & relictum patri, & extraneo, huic acquirebatur totum. Hodie tamen totum commutatum eſt, quia filius ſibi acquirit hæreditatem; & uſusfructus reſervatur patri, ideóque patri legatum relictum valet, nec conjuncto accreſcit, *gloſ. in l. quæſitum, ff. de leg. 1. Angel. & alii*, quos refert, & ſequitur *Bellon. cap. 7. q. 31. n. 13.*

6 Pulchrior quæſtio eſt, ſi ſervo proprio teſtatoris ſine libertate aliquid legetur, quod in perſona ſervi cum non conſiſtat, ſed habeatur pro non ſcripto, *l. ſervus uxori, ff. de hæred. inſtit.* utrum ſi extraneo, & inſimul ſervo proprio teſtatoris legatum ſit, pertineat totum ad collegatarium ſervi? Dic quod non ex *text. expreſſo in l. planè, §. ſi conjunctim, ff. de leg. 1.* quia legatum non eſt omninò inutile, cum ad illud vocetur ſervus ſaltèm jure æquitatis, *ità gloſ. in d. §. ſi conjunctim.* Aut potiùs ſubſtinetur legatum pro modo alimentorum officio Judicis, non jure actionis.

7 *Duaren. lib. 1. de jur. accreſc. cap. 18. & Fachin. controv. lib. 4. cap. 97.* ſcribunt *d. §. ſi conjunctim*, procedere de jure antiquo, nam olim pars, quæ pro non ſcripta habetur, non accreſcebat conjuncto, ſed hodie ſecus. Hanc tamen traditionem negat *Bellon. cap. 7. q. 32. n. 21. & n. 31.* ſentit non eſſe omninò inutile legatum ſervo relictum ſine libertate ratione æquitatis, ut ſupra dictum eſt.

ARGUMENTUM.

Renunciatio facta per matrem pro ſe, & filiis, an noceat filiis ex propria perſona venientibus, ſi hæredes ſint matris? Refellitur *Bellonus* negans. Renunciationem factam per matrem in caſu, quo filii ob ipſius prædecedentiam ex propria perſona veniant, filiis hæredibus non nocere tenet, idem *Bellonus*, at non jure: Promiſſio non contraveniendi renunciationi nec per ſe, nec per alium; an excludat hæredes ex propria perſona venientes? Promiſſio affirmativa de defendendo, ac de evictione obligat hæredes etiam venientes ex propria perſona.

SUMMARIUM.

1 *Renunciatio pro ſe, & filiis, & hæredibus utrum noceat filiis ex propria perſona venientibus?*
2 Bellonus *oſtenditur varius.*
3 *Renunciatio, quæ tantum fit, ne filii poſſint venire ex propria perſona, an noceat filiis.*
4 *Refellitur* Bellon. *negans.*
5 *Renunciatio facta ſimpliciter non nocet filiis proprio jure venientibus etiam hæredibus.*
6 *Quid ſi adſit promiſſio de non contraveniendo pro ſe, & hæredibus.*
7 *Promiſſio de non contraveniendo nec per ſe, nec per alium non afficit filios ex perſona propria venientes.*
8 *Promiſſio affirmativa impedit, quin poſſint filii, vel hæredes venire ex jure proprio.*

CAP. CXXV.

1 Renunciatio pro ſe, & filiis, & hæredibus facta per matrem, an noceat filiis ex propria perſona venientibus? Plerique cenſent talem renunciationem haud dubiè nocere filiis ex propria perſona venientibus, ſi matris hæredes exiſtant; ità cenſuit *Peregrin. conſ. 307. & cum dec. 224. Rota p. 13. rec. & dec. 266.* & dixi *ſupr. in cap. 120.* nam cum ea contineat etiam jura filiorum, utpotè pro quibus voluit etiam mater renunciare. Conſequens videtur, ut non poſſint filii, qui ſunt matris hæredes illius facto contravenire.

Poſt hæc inveni *Bellonum in tract. de jur. accreſc. cap. 9. q. 11. n. 76.* contrarium probantem, his verbis: *Sed adhuc verius eſt, nè in hoc quidem caſu nocere, ut rectè cenſuit Bart. in l. qui ſuperſtitis, n. 4. ff. de acq. hæred. & in ſpecie ſcribunt Anton. de Roſel. de ſucceſ. ab inteſt. n. 128. Surd. conſ. 332. n. 10. Ant. Fab. lib. 2. tit. 3. def. 14. Gaſpar. Theſaur. lib. 2. q. 90. n. 12. Quia etiam in hac ſpecie militat illa ratio, quod renunciatio tanquam facta ſub conditione, ſi hæreditas matri deferatur, ob illius defectum pro non facta habetur, ut ſcribit Fab. ubi ſup. def. 14. ideòque tanquam non facta non poteſt filiorum excluſionem operari. Nec verum eſt in hoc caſu cenſeri jura filiorum in renunciationem deducta, quia renunciatio matris facta pro ſe, & filiis intelligitur pro filiis facta eo caſu, in quo ipſa renunciatio pro ſe, ut etiam ea cenſeatur renunciaſſe pro filiis, non etiam in alio.*

2 At idem *Bellon. in cap. 10. q. 30. n. 84.* videtur varius, dum conſtituit concluſionem, qua firmat, quando illi, de quibus agitur, veniunt ex propria perſona, & ſunt renunciantis hæredes, ſed renunciatio fuit facta cum promiſſione de non contraveniendo per ſe, & filios ſuos, vel per ſe filios, & hæredes, & tunc ſi filii ſint hæredes, verius fit,

eis nocere matris renunciationem, ut rectè ſcripſerunt *Bald. in l. qui ſe patris, n. 11. C. undè liber. Alex. conſ. 13. n. 7. lib. 5. Peregr. d. art. 52. n. 97.* Quia dubium non eſt, quin poſſit quis hæredibus ſuis præjudicare etiam in juribus propriis, & ex propria perſona eis competentibus, ſi conſtet voluiſſe eum hæredum jura in contractum deducere. Unde *Bellon. n. 86.* concludit his verbis: *Cum igitur in propoſito, de tali voluntate conſtet eo ipſo, quod promiſit non contravenire per ſe, & filios, & ſic fecit mentionem de filiis, quæ non aliam ob cauſam cenſetur facta, quam ut conſtaret, mentem contrahentium fuiſſe, ut etiam hæredum jure cenſerentur in renunciationem, ex promiſſione deducta, ut in ſpecie declarat Alba conſ. 74. n. 4. Peregr. conſ. 8. num. 56. lib. 1.* & clarius *conſil. 7. n. 33. lib. 3. & conſ. 2. n. 22. lib. 5.* Conſequens eſt, ut cenſeatur eis præjudicaſſe.

3 Rurſus inquiritur, utrum ſi expreſſim cautum ſit, ut filii non poſſint ad avi ſucceſſionem venire, etiam ſi mater prædeceſſerit, & ità jura filiorum nominatim ſint in renunciationem deducta, poſſint filii, ſi matris ſint hæredes avo ſuccedere? Receptiſſimum eſt, non poſſe *Gaſp. Theſaur. lib. 2. q. 90. n. 11.* ut fuse dixi *d. cap. 120.*

Inſurgit contra hanc ſententiam *Bellon, ubi ſup. n. 91.* argumentando, quod cum renunciatio non valeat, niſi firmata juramento, *l. pactum dotale, C. de collat. cap. quamvis de pact. in 6.* in propoſito non poſſit dici firmata juramento, quatenus reſpicit hæreditatem deferendam filiis, cum illi non juraverint, nec pro eis potuit mater jurare *l. 3. §. pen. ff. de jure jur.* Hinc infert *Bellon.* nullo jure ſubſtineri poſſe renunciationem quoad jura filiorum, & pro ſe laudat *Bartolum in d. l. qui ſuperſtitis, n. 4.* ibi: *Nam quadam mulier juravit, ſe eſſe dote contentam, & promiſit non venire ad ſucceſſionem, nec ipſa, nec filii, deindè illa mulier deceſſit antequam pater, relictis filiis hæredibus, numquid poſſint venire filii ad ſucceſſionem, qui ſunt nepotes? Et de iſto eſt caſus Decretalis, quia obligatio, quæ venit ex juramento ex parte jurantis eſt in perſonam, ſi ego juro, non ligo hæredem jurando, ſed ex parte ejus, cui juratur, eſt in rem, & tranſit ad hæredes cap. veritatis extr. de jure jur. Ergo iſti nepotes poſſunt venire. Præterea creditis vos, quod juramentum confirmativum confirmet illud pactum? Certè non, quia pactum eſt nullum, ſed quia juramentum eſt ſervandum, ideò metu juramenti ſervatur pactum, cap. cum contingat de jure jur.* Ex quibus verbis ratiocinatur *Bellonus*, pactum non valere, etiam ſi mulier cum juramento promiſerit, filios ſuos non venturos ad avi ſucceſſionem, ideóque eo non obſtante, poſſe eos avo ſuccedere, ſi mater prædeceſſerit, quia tale juramentum non confirmat pactum.

4 Quidquid tamen velit *Bellonus*, durum eſt contra ſtimulum calcitrare, neque ſtringit diſcurſus illius, quia nepotes non excluduntur propria renunciatione, quæ deberet eſſe jurata, ſed renunciatione jurata matris, quæ expreſſim juribus filiorum ex propria promiſſione renunciavit, quæ diſponere poterat de bonis filiorum, quando ſunt hæredes, ut idem *Bellon. cap. 10. q. 30. n. 85.*

5 Renunciatio facta ſimpliciter ſine promiſſione de non contraveniendo, & hæredibus non nocet ex propria perſona venientibus, etiam ſi ſint hæredes, quia ſimpliciter renuncians, cenſetur renunciare jura ſua, non etiam hæredum, & quia renunciatio non continet jus futurum, cujuſmodi eſt jus filiorum, *Bald. in l. qui ſe patris, C. undè liber. Pegner. dec. 165. n. 5. Præſ. de Franch. dec. 67. n. 6. Peregrin. de fideicomm. art. 52. n. 92.* ità *Bellon. cap. 10. q. 30. n. 55.* quidquid velit *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 15. n. 57.*

6 Difficultas eſt, quando renunciatio facta fuit cum promiſſione de non contraveniendo pro ſe, & hæredibus, an impediat, quin hæredes veniant ex propria perſona, ut ſi iſti agant ex jure proprio, repellantur exceptione, tanquam ii, qui poſſunt conveniri actione pro obſervantia promiſſorum à defuncto. Cui enim damus actionem, multò magis exceptionem. Verior, & receptior opinio eſt, non nocere hæredibus *Paul. de Caſtr. conſ. 197. lib. 2. Morott. conſ. 22. n. 8. Peguer. & Præſ. de Franch. ubi ſup. Bellon. n. 70.* quia non ſunt deducta jura hæredum propria, & promiſſio de non contraveniendo tanquam acceſſoria ad renunciationem debet intelligi de iis juribus, quibus facta eſt renunciatio, non de juribus hæredum ex cauſa de futuro, & mentio hæredum cenſetur facta pro iiſdem juribus remiſſis, quæ ſcilicet ad hæredes uti hæredes ſunt tranſitura, & pro juribus hæreditariis, non juribus propriis ipſorum hæredum.

7 Extenditur, etiam ſi renuncians promiſerit non contravenire, nec per ſe, nec per alium, *Ruin. conſ. 138. n. 16. lib. 2. Peregrin. art. 52. n. 95.* nam illa verba non intelliguntur de contraventione hæredis, qui venit ex propria perſona, ſed de ea, quæ fit ex perſona renunciantis, & in ejus juribus fundatur *Ruin. d. conſ. 139. lib. 1. n. 10. Bellon. à n. 96.*

8 Planè ſi promiſſio ſit affirmativa, putà de defendendo, de evictione, aut alia ſimilia, tunc aliter dicendum eſt, quia nocebit hæredi veniendi ex jure proprio, etiam ſi ſimpliciter facta ſit, quia facta affirmativa non cenſentur merè perſonalia, ſed trahuntur ad hæredes, ut declarat *Ruin. conſ. 42. n. 15. & 23.*

& 23. *lib.* 1. utpotè in quos affirmativæ faciendi obligationes transferuntur *l. veteris*, *C. de contrah. & commit. ſtipul. Bart. in l. ſi ſic ſtipulatus*, *ff. de verb. oblig. Bellon. n.* 103. & *ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Confuſio actionum fit, ſi creditor ſuccedit debitori, vel è contrà, & reviviſcunt actiones, quando principium formale aditionis diſſolvitur, idque declarat *Andreola*, refellens *Roder. de ann. reddit.* Reviviſcit jus emphiteuticum ob devolutionem rei emphiteuticæ ad Baronem feudo refutato.

SUMMARIUM.

1 *Confunduntur actiones, ſi creditor ſuccedit debitori, & è contrà.*

2 *Actiones reviviſcunt per diſſolutionem principii formalis aditionis.*

3 Andreola *taxat* Roder. *confundentem hæredem gravatum fideicommiſſo, cum hærede non gravato.*

4 *Jus emphiteuticum extinctum, an reviviſcat refutato feudo.*

CAP. CXXVI.

1 Confuſio actionum fit, ſivè quia debitor ſuccedit creditori, ſivè creditor debitori, *l. ſtichum*, *§. aditione*, *ff. de ſolut. Barboſ. in l. quæ dotis à n. 1. ff. ſol. matr. Gratian. diſc.* 203. *Fab. def.* 11. *C. qui pot.* vulgari illa ratione, quia actio, & paſſio non poſſunt eſſe in eodem ſubjecto, nec poteſt eſſe quis creditor, & debitor ſui ipſius, & quia res devenit ad eum caſum, à quo incipere non poteſt, nam cum debitor ſuccedit creditori, jam nec ſibi ipſi poteſt rem propriam obligare, *l. neque pignus*, *ff. de reg. jur.*

2 Limitatur communiter dicta concluſio, quando non fuit acquiſitum dominium hæredi irrevocabile, tunc enim reviviſcit actio, itaut ſi creditor ſucceſſit debitori, poſſit retinere ad effectum ſibi ſatisfaciendi, *l. debitori*, *ff. ad S.C. Trebell. Peregr. de fideicomm. art.* 35. *num.* 3.

Reſpondetur id locum habere, quando diſſolvitur principium formale ipſius confuſionis actionum, exemplum eſt in creditore ſuccedente debitori, & deindè gravato reſtituere hæreditatem, hoc enim caſu reſtitutio, quæ fit *ex Trebelliano*, deſtruit, quoad juris effectum aditionem hæreditatis, quæ eſt principium formale ipſius confuſionis, nam hæres potius remanet nomine, quam effectu, latè *Peregr. art.* 2. *num.* 44. Secus ſi hæreditas deveniat abſque onere reſtitutionis, *Fab. d. def.* 11.

3 Erraſſe *Rodericum de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 19. *n.* 43. ait *Andreola contr.* 313. *n.* 49. volentem à pari procedere confuſionem, quæ fit ex parte creditoris adeuntis hæreditatem debitoris, & gravati reſtituere, & eam, quæ provenit à debitore adeunte hæreditatem creditoris, ſed non gravati reſtituere hæreditatem, ſed ſolum bona propria, & quæ non hæreditario nomine habebat.

4 Nec ad rem inquit *Andreola* conferre exemplum *Roder.* deductum ex *Roſental.* de reſuſcitato jure emphiteutico ad favorem Baronis, licet illud jus extinctum eſſet ob devolutionem factam ad eundem Baronem uti Dominum ſubalternum, etenim in eo caſu nunquam fuit quoad dominum primitiuum, & directum extinctum feudum, quod erat conſtitutum in ipſo redditu emphiteutico, & ideò refutato feudo per Baronem, devolvitur feudum refutatum ad dominum, manente re emphiteutica penes Baronem dominum ſubalternum.

ARGUMENTUM.

Servo communi ab uno ex condominis ſtipulante non ſubſiſtit ſtipulatio pro eo rata, ſed an accreſcat condominis? Aliter in ultimis voluntatibus. Servo inſtituto hærede, ſi gravetur dominus fideicommiſſo, an detrahat trebellianicam? Servo communi inſtituto, ſi unus ex dominis repudiet, an acquiratur alteri? Quid tandem, ſi legetur, & unus ex dominis repudiet?

SUMMARIUM.

1 *Servo communi ſtipulante ab uno ex dominis, an ſubſiſtat ſtipulatio?*

2 *Pars condomini, an accreſcat aliis?*

3 *Differentia inter contractus, & hæredis inſtitutionem.*

4 *Servo hærede inſtituto, ſi dominus gravetur, an detrahat trebellianicam?*

5 *Jus accreſcendi, an locum habeat inter conjunctos conjunctione legali?*

CAP. CXXVII.

1 Servus communis, ſi ab uno ex condominis ſtipulatur, pro rata domini illius non conſiſtit ſtipulatio, cum nemo ſibi ipſi obligari poſſit, *l. cum filiofamilias*, *ff. d. leg.* 1. *Bellon. de jur. accreſc. cap.* 6. *q.* 36. *n.* 9.

2 Subquæritur, an illius partis condomino accreſcat, ità ut tota ſtipulatio cenſeatur ei quæſita? Res eſt valdè dubia, & veteres prudentes in hac re diſſenſere. Nam totam rem condomino acquiri, eſt *textus in l. 1. §. communis ſervus, ff. de ſtipul. ſerv.* Contrà verò non acquiri, niſi pro dominica portione, probat *textus in l. proindè, §. ſi ſervus, ff. de ſtipul. ſerv. & in l. per ſervum, §. 1. ff. de acq. rer. domin. & in l. per ſervum, §. 1. ff. eod.*

Hujus diffidii ſolvendi gratia noſtri communiter diſtinguunt. Aut dominus, qui promiſit, proceſſit ad traditionem, & tota res cenſebitur alteri acquiſita ſecundum *d. l. 1. §. communis ſervus.* Aut dominus promittens, non proceſſit ad traditionem, ſed ſtetit in ſimplicibus terminis promiſſionis, & tunc nonniſi pro dominica portione condomino acquiritur, quia cum dominus rem adhuc non tradidit, ſed eam adhuc habet, poteſt jure retentionis ſibi proſpicere, & condominum agentem exceptione repellere ſecundum *d. l. proindè, §. ſi ſervus, Alciat. in l. ſi mihi, & Titio, n. 9. ff. de verb. oblig.*

3 Id tamen procedit in contractibus, nam in ultimis voluntatibus, quod alteri ex dominis acquiri non poteſt, totum condomino acquiritur *gloſ. in d. l. proindè, §. 1.* & ibi *Bart. Imol. in l. hujuſmodi, §. ſi Titio, & Mævio, ff. de ſtipul. ſerv. Bellon. d. cap. 6. q. 39. n. 15.*

4 Servus alicujus, ſi inſtituatur hæres, & dominus gravetur reſtituere hæreditatem ſervo, cum liber erit, & tunc dominus non deducit trebellianicam purificato caſu fideicommiſſi, quia gravatur, ut dominus, non uti hæres, ſi gravatur reſtituere hæreditatem alteri, & tunc ex perſona ſervi uti hæres gravatur reſtituere, & deducit falcidiam, ſeu potius Trebellianicam, *l. cum filiofamilias, ff. de leg. 1.* & ibi *gloſ. Bar. & Alex.*

5 Servo communi inſtituto, poteſt unuſquiſque dominus ſeparatim, & jubente, ut adeat portionem competentem, *l. cum ſolus, ff. de acquir. hæred.* Adeò ut licet poſteà condominus repudiet aliam partem, aut ponatur, mori ante aditam hæreditatem, non tamen pro ea cenſebitur is, qui juſſit, hæres extitiſſe, & pars non pertinet jure inſtitutionis, ſed jure accreſcendi, *l. ſervus communis, ff. de acquir. hæred.* Itaque inſtitutio, quæ in unam perſonam fuit collata, ſcinditur, & pro parte ſubſtinetur. Idque in inſtitutione, ne contingat, quem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, *Bellon. cap. 9. q. 20. n. 41.* Aliter in legato, nam in conjunctis conjunctione legali non habet locum jus accreſcendi, *Bellon. cap. 509. q. 27. n. 6. & cap. 9. q. 26. num. 17.*

ARGUMENTUM.

Officia, ſivè beneficia ſeparata à parte rei non confunduntur, ex quo in una perſona repræſentantur, ſed conſiderantur duæ perſonæ. Dignitatem, & Canonicatus obtinentes ſejunctas habent voces; duplicem diſtributionem, & præſtant ſervitia inhærentia utrique dignitati laudatur *Rota Romana*.

SUMMARIUM.

1 *Officia ſeparata à parte rei in una perſona repræſentata conſiderantur, ac ſi eſſent duæ perſonæ.*

2 *In electionibus obtinens Dignitatem, & Canonicatum duas habet voces.*

3 *Diſtributionem duplicem lucratur.*

4 *Præſtare debet ſervitia inhærentia utrique Dignitati, niſi eodem tempore ab una perſona præſtari nequeant.*

5 *Declarationes* S. Congregationis *adducuntur.*

CAP. CXXVIII.

1 In Cathedrali Eccleſia Majoricen. obtinentes Dignitatem, & Canonicatum, an tenerentur in diebus ſollemnibus canere Evangelium per ſeipſos inhærentia Dignitati, & Canonicatui? controverſum fuit. Partem affirmativam ſuadet, quia officia, ſeu beneficia ſeparata à parte rei non confunduntur, ex quo non in una perſona repræſentantur, ſed utraque jura conſiderantur de per ſe, retinentque priſtinam naturam, ac ſi eſſent duæ perſonæ, *Felin. in cap. cum olim, n. 1. de ſent. & re judic. Becc. conſ. 203. n. 19. Surd. conſ. 183. n. 42. & dec. 153. n. 16.*

2 Quamobrem obtinentes Dignitatem, & Canonicatum in eadem Eccleſia habentes ſejunctim ſingulas voces in electionibus, duas habent voces, *Abb. in cap. cum olim de re judic. Covar. var. lib. 3. cap. 13. n. 6. Rota in Senen. Archipreſbyteratus 23. Junii 1606. coram Card. Lancellotto jun., & in Oriolen. Canonicatus 11. Januarii 1619. §. fin. & 21. Martii ejuſdem anni §. 1. coram b. m. Remboldo,* ubi quod hæc eſt veriſſima, & receptiſſima ſententia.

3 Duplicemque pariter lucrantur diſtributionem, niſi contraria adſit conſuetudo, *Jo. Andr. in d. cap. cum olim, n. 3. Felin. ibid. n. 1. Abb. ſub n. 6. Rota in d. Oriolen.*

4 Ità præſtare debent ſervitia inhærentia ſivè Dignitati, ſive Canonicatui, ubi ità ſimul non ità concurrunt, ut eodem tempore ab una perſona præſtari nequeant, *Garz. de be-*

Digitized by Google

beneſic.p.3.cap.2.n.602. ubi is recitat per extenſum *Sac. Congreg. Conc. Tridentini Interpretrum*, & *n.* 505. refert à *Rota* idem deciſum *Gratian. diſcept.* 804.*n.*13. *Barboſ. de Canon. & Dignit. cap.* 31.*n.*7.

5 Ubi pariter adducit duas declarationes Sac. Congregationis, quibus adduntur aliæ duæ, nempe in *Gerunden. ſub die* 16. *Maii* 1601. ubi in ſpecie dicitur, quod incurrit pœnas in *Clem. Ut ii, qui de ætat. & qualit. & Conc. Trident. ſeſſ.* 24.*cap.*4. comminatas, quoties Miſſas, ſeu Evangelia, aut Epiſtolas canere, aliave Canonicatui incumbentia minus juſto impedimento recuſaverit. Hæc *Rota cor. Bichio in dec.* 577.

ARGUMENTUM.

Cooptatus ad familiam, an ſit verus agnatus, & repræſentet ſe cognatum, & agnatum, ſeu unum de agnatis inſtar arrogati? Diſtinguit magiſtraliter *Bartolus*, reſpectu allicientis, & reſpectu aliorum.

SUMMARIUM.

1 *Allectus ad familiam, an ſit verus agnatus?*
2 *Expenduntur* D. Reg. Rovit. & alii *ajentes*.
3 *Magiſtraliter* Bartolus *diſtinguit*.
4 *Adoptio authoritate Principis præjudicat agnatis*.

CAP. CXXIX.

1 AN allectio ad familiam faciat verum agnatum, ſicut adoptio, vel arrogatio filium civilem, & ità allectus repræſentet plures perſonas, putà cognatum, & etiam agnatum, ſi cognatus allectus fuerit? Affirmandum videtur, quia allectus verè, ac naturaliter de facto erat cognatus, utpotè ex ſorore, vel alia fœmina de cognatione, ſed poſtquam effectus fuit agnatus, jure agnati cenſendus eſt.

2 Præterea de jure artificialiter de aliqua familia effecti, & in eam coaptati, habentur, ac ſi de illa eſſent per naturam, & veritatem, ex *Gratian. diſcept.* 930.*n.*4. & 14. & tanquam abſolutum ſupponitur per *Reg. Rovit. conſil.* 27. & *ſeq. lib.* 1. *Buccafer. conſ.* 49. *Monac. dec. Flor.* 71. & 72. & *Rota* poſt eandem *repet. in dec.* 314. *p.*4. *rec.* in quibus agitur de concurſu familiæ Piccolomineæ artificialis, cum familia vera, cum fictio, ſeu ars conſiſtere videatur in illo primo momento ingreſſus, ſeu aſſumptionis, qua ſequuta idealis potius videatur differentia.

3 Diſtinguunt *Bart. in l. ſi cognatis, n.* 1. *ff. de reb. dub. Tiraquell. in l. ſi unquam verb. ſuſceperit liberos, n.* 23. *Mantic. de conject. lib.* 11. *tit.* 8.*n.*3. *Peregr. de fideicomm. artic.* 22. *n.* 91. *Fuſar. q.* 316. *Gratian. diſc.* 930. *n.*4. omnium latius *Theſaur. lib.* 1. *q.* 100. *n.* 9. *Roſental. de feud. cap.* 7. *concluſ.* 30. *n.* 33. *Urſin. de feud. p.* 1. *q.* 1. *art.* 2. Quod ſcilicèt, aut agitur de bonis, & juribus ipſius allicientis, ſeu cooptantis, ac in præjudicium habentium cauſam ab eo, & rectè id procedit. Aut in præjudicium ſubſtitutorum, ſeu aliorum venientium independenter ab ipſo cooptante ex vocatione, vel diſpoſitione teſtatoris, ſeu fundatoris, & tunc ſecus, niſi cooptatio de ejuſdem teſtatoris, ſeu fundatoris voluntate fiat, quia in poteſtate gravati repoſitum eſſe non debet ſub hoc prætextu excludere ſubſtitutum, *l. in fideicommiſſum* 75. *ff. de cond. & demonſtr.*

4 Ratio prioris partis eſt, quia formalis adoptio tertio præjudicialis fieri non poteſt, niſi cum authoritate Principis, qui ſolus poteſt tollere jus tertii, ac facere verum id, quod eſt fictum, ut in his terminis aggregationis ad familiam, *Hopinc. de jur. inſign. cap.* 13.*n.*70. *Knipeſchil. de fideicomm. famil. nobil. cap.* 14. *n.*29. & 30. & *cap.* 8.*n.*410. & *ſeqq.*

Et *Buratt. dec.* 737.*n.*2. quod vocata familia intelligetur de ea, quæ teſtatori cognita erat, non quæ poſtmodum allegata eſt, *Lambert. de jur. patron. lib.* 1. *p.*2.*q.*2, *art.*9. tractando in ſpecie de quæſtione; an aggregati ad familiam participent de jure patronatus familiari? Diſtinguit, an adſit tertii diſſentientis præjudicium necne, & decidit *text. in d. l. fideicommiſſum*, ibi: *Quod vocatus non debet adoptionis commodo excludi.*

ARGUMENTUM.

Diſtributor eleæmoſynarum, an ſibi uti pauperi poſſit applicare partem. Epiſcopus, an poſſit ſecum diſpenſare in his, in quibus poteſt cum ſubſidiis, ità quoque Superior? An actû juriſdictionis in ſeipſo quis exercere valeat, dum excommunicatio, vel abſolutio ab ea diſtinctionem poſtulat perſonarum.

SUMMARIUM.

1 *Diſtributor eleæmoſynarum, an valeat ſibi applicare partem uti pauperi?*
2 *Negat* Sanch. *ſi paupertas executoris erat teſtatori nota.*
3 *Epiſcopus, an poſſit ſecum diſpenſare in his, in quibus diſpenſat cum ſubditis.*
4 *Diſpenſatio directa, & indirecta explicatur.*
5 Suarez *negat.*

6 *Nemo*

6 *Nemo beneficium Eccleſiaſticum ſibi conferre poteſt.*

7. *Excommunicatio, & abſolutio exigit diſtinctionem perſonarum.*

8 *Reſolvitur quæſtio.*

C A P. CXXX.

1 DIſtributor eleæmoſynarum, an poſſit ſibi applicare uti pauperi aliquam partem? Affirmant *Jo: Dilect. de art. teſtan. cap.* 10. *Rodoan. de reb. Eccleſ. non alien. q.* 52. *n.* 28. *Dicaſtil. de juſtit. lib.* 2. *tract.* 19. *diſput.* 3. *dub.* 12. Quia non videtur eſſe pejoris conditionis executor ex eo, quod ſit electus ad præſtandam eleæmoſynam veris pauperibus. Ergo ſi Diſtributor ſit capax, etiam quod non eſſet Diſtributor, eligi poſſet.

2 Negativam ſententiam firmat *Sanchez in ſumm. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 11. *n.* 54. quia cum paupertas exequutoris nota ſit teſtatori, ſatis veriſimile eſt, ut ſi voluiſſet ipſi executori applicari, id explicaſſet. At huic objectioni, & aliis occurrit *Diana part.* 8. *moral. tract.* 5. *de execut. teſtam. reſol.* 47. poſt *Dicaſtil. ubi ſup.* Etenim teſtator noluit explicare, quia notam faceret paupertatem executoris.

3 Pontifex, an poſſit ſecum diſpenſare in his omnibus, in quibus cum aliis poteſt? Dic quod ſic ità *D. Thom. in* 4. *diſtinct.* 10. *quæſt.* 1. *artic.* 5. *quæſtiunc.* 4. *Leſſ. lib.* 2. *de voto dub.* 17. *Diana p.* 8. *tract.* 3. *de diſpenſat. reſol.* 5. ubi quod poteſt diſpenſare in voto.

4 Diſpenſatio poteſt eſſe directa, & indirecta. Directe diſpenſat ſecum Superior. Indirecte, quando diſpenſat cum tota Communitate, vel committit alteri, ut ſecum diſpenſet.

5 Beneverum eſt, quod negant *Henriquez, & Suarez de relig. tom.* 2. *lib.* 6. *de voto cap.* 8. *n.* 4. Moventur, quia idem ſuper ſe ipſum juriſdictionem exercere nequit, *l. ille à quo, ff. ad Trebell.* & diſpenſare ſit actus Superioris in ſubditum, & diſpenſatio minimè prodeſt non ſubditis.

6 Ulterius, quia nemo ſibi ipſi beneficium Eccleſiaſticum conferre poteſt, *cap. fin. de inſtit.* quia inter dantem, & accipientem debet eſſe diſtinctio perſonalis.

7 Accedit, quia diſtinctionem perſonarum poſtulat ſententia excommunicationis inter excommunicatum, & excommunicantem, & abſolutio ab excommunicatione inter abſolventem, & abſolutum, cum per modum Judicii proferatur, ità *D. Thom. in* 4. *diſtinct.* 20. *q.* 1. *art.* 5. *quæſtiunc.* 4.

8 Nihilominus verior eſt prima ſententia, quia diſpenſatio non eſt actus contentioſæ, ſeu coactivæ juriſdictionis, quæ exigit diſtinctionem perſonarum, ſeu non eſt juriſdictio coactiva, ſeu punitiva, ut fusè reſpondet *Diana reſol.* 16.

Facit *text. in cap. per venerabilem*, qui filii ſint legitimi, ubi Regi integrum eſt ſobolem illegitimam legitimare diſpenſando in ea, quo ad ſucceſſionem, & dignitates temporales, contrariis occurrit *Diana d. reſol.* 16.

ARGUMENTUM.

Subſtitui ſibimet idem inſtitutus, an poſſit? Recenſentur plura exempla ſubſtitutionis ejuſdem inſtituti ſibi ipſi factæ, præſertim ſi mutetur cauſa, & mutatio exemplificatur?

S U M M A R I U M.

1 *IDem inſtitutus, & ſubſtitutus, an eſſe quis poſſit?*

2 *Mutationis cauſæ exemplificatio, ob quam ſubſtitui idemmet ſibi quis poteſt.*

3 *Inſtitutio, ſi gravata ſit legatis, idemmet ſubſtitui poteſt.*

4 *Subſtitutio, an ſit valida, ſi primus gradus ſit purus?*

C A P. CXXXI.

1 SUbſtitui ſibi ipſi, an idem inſtitutus poſſit? Arguitur, quod ſic ex *text. in l.* 1. *§. ſi proponatur, ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſta.* ibi: *Si proponatur idem inſtitutus, & ſubſtitutus, & prætermiſerit inſtitutionem: an incidat in edictum, quæritur: Et non putò incidere, quaſi teſtator hanc ei dederit facultatem; qui eum ſubſtituit.*

2 Rectiùs *Alex. in l. ſed ſi, §. nemo, ff. de vulg.* docet, quod ſi quis ſubſtituatur ſibi ipſi, non valet ſubſtitutio, niſi aliquam utilitatem contineat, ut quia mutetur cauſa, vel ſubſtituatur in majori portione, quam fuerit inſtitutus. Mutatur cauſa hoc modo. *Titius hæres eſto, ſi navis ex Aſia venerit, & ſi hæres non erit, idem Titius hæres eſto*, conditione deficiente, ſubſtitutio locum habebit.

3 Alium caſum dat *Paul. de Caſtro*, quando inſtitutio eſſet gravata legatis, quæ non cenſentur repetita in ſubſtitutione, *l.* 1. *§. ſi proponeretur, ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam.* Et illo caſu vult *Paulus* ſubſtitutionem valere, *Bart. in d. §. ſi proponeretur*, ſentit contrarium, dum intelligit ibi interveniſſe cauſæ mutationem, quo caſu videtur data licentia inſtituto repudiandi ex gradu inſtitutionis, & veniendi ex ſubſtitutione. Sed *Angel. in l. fin. §. Titius, ff. de vulg.* videtur intelligere, quod in *§. proponeretur*, habeat licentiam abſtinendi propter legata relicta in gradu inſtitutionis, quæ non cenſentur repetita in ſubſtitutione, ut ſic valeat ipſa inſtitutio, prout in eo ſupplent *Bart. & Alex.*

4 Idem

4 Idem *Alex. in l. ult. §. Titius, ff. de vulg.* tradit, quod quando idem eſt inſtitutus, & ſibi ipſi ſubſtitutus vulgariter, ità demum valet ſubſtitutio, ſi aliquam utilitatem continet, vel ſic magis ad literam ſubſtitutio vulgariter facta ſibi ipſi, ſi primus gradus eſt purus, & validus, non tenet tanquam inutiliter factæ. Sed ſi eſt conditionalis, tenet, idem ſi gradus præcedens eſt inutilis, quia tunc tenet ſubſtitutio, non tanquam ſecundus gradus, ſed tanquam unus à teſtatore efficaciter diſpoſitus, ità idem *Alex. loc. cit.*

ARGUMENTUM.

Venter inſtitutus cum Titio quot poſthumos repræſentet, & impediat, ne Titius poſſit petere totum? Partus non editus, an ſit in rebus humanis? Infirmet donationem à patre factam? Proſit patri ad tutelam? & alia ex *Caranza* traduntur. Ventrem facere partem pro tribus concluditur.

SUMMARIUM.

1 M*ater prægnans quot poſthumos repræſentet?*
2 *Partus non editus eſt ſpes animantis.*
3 *Donationem non infirmat partus, nec prodeſt ad excuſationem tutelæ.*
4 *Expenditur* text. in l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœnis.
5 Caranza *objurgat* Solorzanum.
6 *Poſthumi cenſentur inſtituti conditionaliter.*
7 *Poſthumi quam partem faciant, diſtinguitur.*
8 *Venter pro tribus partibus impedit ſucceſſion.*
9 Alciatum, *&* Decianum *improbat* Bellon.
10 Author *notat* Bellonum.
11 *Inter legatа, & inſtitutionem differentia.*
12 *Laudatur* Andreola *declarans* Bellonum, *&* Barry.

C A P. CXXXII.

1 Filii naſcituri ex uxore prægnante, & filii nati, ſi æquis partibus ſint inſtituti hæredes, quæritur, pro qua parte declarari poſſint hæredes, qui nati ſunt, & mater prægnans, quot filios, ſeù poſthumos repræſentet?

2 Dicendum videtur, quod filii nati inſolidum declarandi ſint hæredes, quia venter, aut partus non editus in rebus humanis non eſt, nec gradum facit, eſt pars viſcerum matris, & accidentalis, *l. 1. §. ex hoc reſcripto, ff. de ventr. inſpic.* aut ſpes *animantis, l. 2. ff. de mort. infer.* non eſt in patris poteſtate, *l. ult. ff. de collat. bon. Giurb. dec. 76. n. 14.*

3 Donationem non infirmat per patrem factam partus adhuc non editus ad terminos, *text. in l. ſi unquam, C. de revoc. don. Tiraquell. ibi in verb. ſuſceperis liberos à n. 144.* Non habet jus retractus *Dec. conſ. 222.* Ad excuſationem tutelæ non prodeſt, *l. 2. §. qui autem, ff. de excuſ. tut.* Ventri non datur tutor, quia tutor datur perſonæ, quæ in utero eſt in tutela matris, *l. ſi nemo, §. ult. ff. de teſtam. tut.* & quamplures ſimiles illationes cumulat *Caranza cap. 2. de partu, ſeù ventr. per tot.*

4 At obſtat *text. in l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœn.* ubi abortionis, aut amatorii poculi propinator morte punitur, ſi fœtus animatus deperierit, ut probant verba illa: *Quod ſi eo mulier, vel homo perierit, ſummo ſupplicio afficiuntur.* Hominem appellat *Paulus* fœtum efformatum, veluti eum ab informi diſtinguens. Et comprobat *text. in cap. ſi quis aliquam de homicid. & in cap. conſuluiſti 2. q. 5.* ibi: *Qui conceptum abortum deleverit, homicida eſt*; & qui in utero eſt, verus homo reputatur, *ut in cap. conſuluiſti 2. q. 5.* ibi: *Qui conceptum abortum deleverit, homicida eſt.* Et qui in utero eſt, verus homo reputatur, ut in *cap. quadam de celebr. miſſ.* ibi: *Nam ad eſſe hominis, duo principaliter requiruntur, videlicèt, corpus, & anima.*

Reſpondent aliqui ad *text. in d. l. ſi quis, §. qui abortionis*, ut verba illa: *Homo perierit*, referri poſſint ad maritum prægnantis. Etenim antiqui potiones, aut maleficia cognoverunt, quibus marito ſubminiſtratis, via ad uxoris abortum pararetur, ut inſinuat *Martin. Delrio lib. 3. diſquiſ. magic. p. 1. q. 4. ſect. 3.*

5 Occurrit etiam aliis objectionibus *Caranza*, qui *n. 25.* ità loquitur: *Secundò ex eodem capite improbandus eſt Salorzan. abſolutè exiſtimans lib. 2. cap. 12. matres abortus facientes pœna parricidii damnandas. Hoc enim jure civili attento non procedit, imò nec ab eo ordinaria mortis pœna mulieres iſtæ regulariter damnari poterant ex jam dictis. Nec Minutius Felix in Octavio à Solorzano, ut ſupra expenſus (qui parricidii nomen iſti abortui indidit) aliquid de pœna egit, quinimò futurum tantùm hominem deperdi ſenſit, & veluti deploravit, illis verbis: Sunt quæ in ipſis viſceribus medicaminibus epotis originem futuri hominis extinguant.* At hæc, & alia ſcripſi *in obſerv. 592.* ubi contrarium concludo, ut videri poterit.

6 Ad reſolutionem articuli deveniendo concluditur. Si teſtator inſtituat filium natum, & naſcituros, hoc caſu cenſetur eos inſtituere ſub tacita conditione, ſi naſcentur, *l. 1. §. ineſt, ff. de condit. & demonſtr.* & ſcribunt *Socc. jun. conſil. 172. n. 14. lib. 2. Alciat. conſ. 47. n. 5. lib. 9.* Filius natus non habebit totum,

totum, quia poſthumi naſcituri, quamdiù ſperantur, faciunt partem, & ſic impediunt, ne totam hæreditatem habere poſſit *l. 1. §. ſi ex tribus, ff. de bon. poſſ. contra tabul. l. 3. §. utiane ff. de ſuis, & legit. Surd. conſ. 415. n. 12.*

7 Pro qua autem parte faciant partem, ſi quæramus, erit diſtinguendum. Aut enim poſthumi, ſivè naſcituri vocantur collectivè, ut quia teſtator dixerit, inſtituo filium natum in dimidia, & poſthumos in alia dimidia. Et nonniſi unam partem facient, quia qui collectivè utcantur; pro una tantùm perſona reputantur. Aut vocatur viriliter, ut quia ità voluerit teſtator, vel id expreſſerit: Et tunc quia tres naſci poſſunt juxtà antiquorum definitionem in *l. antiqui, ff. ſi pars hered. per l. utrum, ff. de reb. dub.* ideò venter faciet partem pro tribus.

8 Itàque ſi teſtator inſtituat filium jàm natum, & naſcituros æquis partibus, & decedat relicta uxore prægnante, qui jam natus eſt, habebit quartam. Aliæ verò tres remanebunt in ſuſpenſo, donec mulier prægnans pepererit, *d. l. antiqui, gloſ. in l. 2. §. ſi ex tribus, ff. de bon. poſſ. contr. tab. Surd. d. conſ. 415.* ità *Bellon. de jur. accreſc. cap. 7. q. 37. n. 102.*

9 Beneverum *Alciat. conſ. 47. n. 6. lib. 9. & Decian. conſ. 129. lib. 3.* ponderant in ſpecie, qua teſtator inſtituerat natum in certa hæreditatis parte, in alia verò ſive in reſiduo inſtituerat naſcituros, interim dum alii ſperantur, natum totam hæreditatem, & ſic aliorum partes habiturum, non tanquam hæredem, ſed tanquam adminiſtratorem.

Erraſſe *Alciatum*, & *Decianum*, tradit *Bellon. n. 109.* & verius eſſe, imò nec jure adminiſtrationis poſſe natum habere partes naſcituris aſſignatas.

10 Suboſcure, aut diverſimodè loquitur autem *Bellonus*. Quia *n. 116.* ità loquitur: *Hinc infertur primò ſi teſtator inſtituat Titium, & poſthumos, ſeù filios naſcituros, interim dum hi non naſcuntur, poſſe Titium petere totum, ex Gallian. in l. Gallus, §. quidam rectè, n. 23. ff. de lib. & poſth. Alciat. conſ. 47. n. 6. lib. 9.* Deindè *n. 118.* ibi: *Nec eſt novum, habere quem interim plus hæreditatis, quam habere debeat; ſi veræ portionis definitio pendeat à futuro eventu.* Nam & cum ſperatur poſthumus, admittitur jam natus ad quadrantem, licet fieri poſſit, ut unus ſit habiturus, quattuor fortè aut pluribus uno partu natis, *d. l. antiqui.* Sed eventus declarabit, pro qua parte retrò fuerit hæres, ità *Bart. in l. plane, §. ſi conjunctim, n. 2. ff. de legat. 1.*

11 In legatis, & fideicommiſſis poſſet argui, ut natus interim totum habeat, quia acquiri poſſunt commutabiliter, quod non procedit in hæreditatibus, cum ubi ſemel acquiſitæ ſunt, non poſſunt poſteà directò non acquiſitæ cenſeri, nam ſemel hæres non poteſt deſinere eſſe hæres.

12 Melius *Andreol. comm. 423. per tot.* ſe habet in dilucidatione hujus articuli, ubi notat *Bellon.* & reſpectu inſtitutionis, filiorum naſciturorum, dicendum eſt, ipſos ſub conditione vocatos cenſeri, *l. ſi pupillus, §. ſed ſi de ſua, C. de cond. & demonſtr.* Poſtmodum *Andreol. n. 9.* ibi: *Non obſtant pariter argumenta deſumpta ex incertitudine filiorum naſciturorum, & ex partium aſſignatione intellectualiter, non verò corporaliter facta, ex quibus conantur DD. ex adverſo ſcribentes concludere D. Jo: Andream eſſe re, & verbis fratribus conjunctum, vel ſaltem fuiſſe hæredem inſolidum ab initio, & cohæredes per concurſum partem feciſſe, & propterea iſtos admittendos abſque fructibus, ut tunc, non ex tunc, ex Bellon. cap. 5. q. 31. n. 10. q. 38. n. 75. & cap. 6. q. 21. à n. 17. ex Barry de ſucceſſ. lib. 13. tit. 3. n. 8. Quoad enim ad Bellonum, quamvis dixerat hæredem purè inſtitutum poſſe petere totum, expreſsè ſe declaravit, talem inſtantiam non ex eo facere poſſe, quia eſſet dominus totius, ſed ſolum tanquam adminiſtrator portionum cohæredum, ac per bonorum poſſeſſionem, ut apertis literis declarat in cap. 7. q. 37. n. 109. 112. 129. & ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Jus accreſcendi de ſe ipſo ad ſeipſum, an detur? Diſtinguitur in duas ſpecies jus accreſcendi in regulare, & proprium, & in irregulare, & improprium. Prima ſpecies requirit pluralitatem perſonarum. Altera, an contineat formalem pluralitatem? Affirmat *Cagnolus*, à quo diſſidet *Bellonus*. Recenſentur exempla juris accreſcendi irregularis.

SUMMARIUM.

1 *Jus accreſcendi de ſeipſo ad ſeipſum, an detur? Diſtinguitur.*
2 *Exempla juris accreſcendi de ſeipſo ad ſeipſum.*
3 *Requiſita juris accreſcendi proprii.*
4 *Hæres ex pluribus partibus inſtitutus, an fungatur vice plurium?*
5 Bellonus *diſſidet à* Cagnolo *affirmante.*
6 *Teſtatore inſtituente aliquem in parte purè, & ſub conditione, an ſit conjunctum jus accreſcendi?*

C A P. CXXXIII.

1 Jus accreſcendi de ſeipſo ad ſeipſum, an detur, vel requiratur, ut duo, vel plures fuerint ad rem, de qua agitur à teſtatore, vel à lege vocati? Diſtinguendum eſt jus accre-

Digitized by Google

creſcendi, unum proprium, & regulare; aliud improprium, & irregulare. Primum de ſeipſo ad ſeipſum eſt irregulare ſecundùm *Bald. in l. ſed ſi plures, §. ad ſubſtitutos, ff. de vulg.* quia non continet duorum, vel plurium vocationem, *Bellon. de jur. accreſc. cap. 1. quæſt. 4.*

2 Primum exemplum eſt in hærede in pluribus partibus inſtituto cauſa demonſtrationis, qui unam tantùm adit, nam licèt ei reliquæ partes accreſcant, *l. ſi ſolus, ff. de acqu. hæred.* hoc jus accreſcendi eſt improprium. Idem ſi in una parte purè inſtituitur in alia ſub conditione, quia ſi deficiat conditio etiam habet locum jus accreſcendi improprium. Alterum exemplum eſt in hærede in re certa inſtituto, ſi nullus ſit datus hæres, nam tale jus eſt improprium, non proprium, *Imol. in l. 1. §. ſi ex fundo, n. 33. & 91. ff. de hær. inſtit. Mantic. de conjectur. lib. 4. tit. 5. art. 7. n. 14.* Requiſita juris accreſcendi proprii tradunt *Bellon. cap. 5. q. 4. per tot. & cap. 9. q. 17. per tot.* præſertim *n. 14.* ubi quod quando teſtator inſtituit aliquem ex pluribus partibus purè, perindè eſt, ac ſi integraliter eum inſtituiſſet in eo toto, quod ex illis partibus conficitur, *l. in ratione, §. quæſitum, ff. ad l. falcid.*, non enim cenſetur partes feciſſe, quod haberet animum hæreditatis dividendæ, ſed gratia cujuſdam demonſtrationis.

3 Alterum jus accreſcendi eſt proprium, & regulare, quod ſcilicèt habet omnia juris accreſcendi requiſita, *Duar. de jur. accreſc. lib. 1. cap. 5.* Quæ ſunt plura. Primum ut duo, vel plures fuerint ad rem, de qua agitur vocati à teſtatore, vel à lege, alias eſſet de ſeipſo ad ſeipſum, & eſſet improprium. Secundum requiſitum eſt, ut vocati nempè ſint conjuncti, & inter eos, qui ad diverſas res vocantur, non eſt proprium jus accreſcendi. Aliud requiſitum eſt, ut portio accreſcat portioni, alias nec eſt proprium. Itàque cum hæredi in re certa inſtituto accreſcit tota hæreditas, ſivè quia nullus cohæres univerſalis datus ſit, ſivè quia datus defecerit, non eſt proprium, ſed improprium jus accreſcendi, quia non accreſcit portioni, cum res certa propriè portio hæreditatis dici non poſſit, & quando accreſcit ei, qui nullam portionem habet, eſt improprium *l. quamvis, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtament.* Aliud requiſitum eſt, ut vocati ſuccedant eodem jure, ut ſcribit *Cagnol. in rubr. C. quando non petent. part.* Nam ſi diverſo, aut locum non habet jus accreſcendi. Aut ſi locum habet, improprium eſt, non proprium *Cephal. conſ. 231. n. 14.* Ultimum requiſitum eſt, ut portio deficiat ante acquiſitionem, *l. 1. §. interdum, ff. de uſufr. accreſc.* Cœterum ſi deficiat poſt emolumentum acquiſitum, & nihilominus adſit locus juri accreſcendi, quod certis caſibus procedit, jus illud accreſcendi erit improprium, prout in feudo, aut emphiteuſi poſt emolumentum acquiſitum, ut in hac ſpecie, & aliis *Bellon. cap. 4. q. 4. per tot.*

Ubi itàque jus accreſcendi proprium militat, ſupponitur diſtinctio perſonarum, & plurium vocatio. Difficultas remanet in jure accreſcendi improprio, utrum ſaltem adſit pluralitas formalis perſonarum in una materiali.

4 Hæres ex pluribus partibus inſtitutus, an fungatur vice plurium perſonarum; ideòq; ſicut in pluribus perſonis jus accreſcendi propriè conſideretur, ità etiam propriè conſiderari debeat in una, eademque perſona? Affirmat *Cagnol. in l. unica, n. 9. C. quando non petent. part.*

5 Veriùs dic, hæredem ità inſtitutum non fungi vice plurium perſonarum, ideòque in pluribus hæredibus adeſt diſtinctio perſonarum, & partium, quæ tàm quoad verba, quàm quoad mentem duo conſtituit extrema neceſſaria, adhoc ut jus accreſcendi conſiderari poſſit. At in una, & eadem perſona ceſſat talis diſtinctio, quia licet teſtator inſpectis verbis videatur diſtinxiſſe partes, & ità feciſſe duo extrema, tamen inſpecta mente perinde habetur, ac, ſi eundem integraliter inſtituiſſet in toto, quod ex illis partibus conficitur, ideòque ceſſant extrema neceſſaria ad inducendum jus accreſcendi, ità in puncto *Bellon. cap. 9. q. 18. n. 15.* Poterit me judice dici, adfuiſſe pluralitatem formalem perſonarum non expenſam per *Bellonum* juxtà opinionem *Cagnoli*.

6 Idem ſi teſtator aliquem hæredem inſtituit ex parte purè, & ex parte ſub conditione, non datò hærede, neque ſubſtituto, & is adit ex pura, & tunc certum eſt, inſtitutionem conditionalem cenſeri conjunctam cum jure accreſcendi, ſivè conſideremus potentiam, ſivè modum accretionis. Nam etſi conditio deficiat, ille erit inſtitutus omnimodo, *l. cui heres, §. ult. ff. de acquir. hæred.* Et ſi extiterint, cenſebitur ipſo jure, & ſine nova adatione, & ſic per modum accretionis eam ex inſtitutione quæſiviſſe, *l. liber homo, §. Titius, ff. de hær. inſtit.*

ARGUMENTUM.

Idem ipſe, qui excluditur à ſucceſſione per caput undè liberi, admittitur ex alio capite, undè legitimi per ſucceſſorium edictum, & quando jus accreſcendi excludat ſucceſſorium edictum, & nepos excludat patruum.

Digitized by Google

Demum nepotes ex filia, quæ renunciavit, & deceſſit poſt delatam hæreditatem excludantur etiam venientes ex propria perſona.

SUMMARIUM.

1 *Idem ipſe, qui excluſus à ſucceſſione ex capite, undè liberi ſuccedit per ſucceſſorium edictum.*
2 *Succeſſorium edictum, quando locum habeat.*
3 *Nepos excludit patruum à ſucceſſione Avi per ſucceſſorium edictum venientem.*
4 *Filia renunciante hæreditati patris poſt delatam hæreditatem moriente illius filii ex perſona propria nequeunt admitti.*

CAP. CXXXIV.

1 Filius, vel nepos, aut aliquis deſcendens, ſi uti filius tempore excludatur à succeſſione ex capite, undè liberi admittitur, uti alius ex capite, unde legitimi ex ſucceſſorio edicto, & ità filius, vel nepos multiplicatur formaliter, quamvis ſit una perſona materialis, & qui vult venire per ſucceſſorium edictum, ſi eſt idem ipſe, qui fuit à ſua portione excluſus ab uno capite, ſcilicèt undè liberi, & vult venire ex capite undè legitimi, id facere poteſt, quoties non ſuperſit alius, qui ex eo capite, quo excluſus eſt, agnoverit bonorum poſſeſſionem, eo enim exiſtente ejus pars accreſcet ei, qui ſuam portionem agnovit, *gloſ. in l. unica*, & ibi *Bart.*, *Bald. & alii*, *C. quando non pet. part. Bellon. de jur. accreſc. cap. 9. q. 14. n. 52.*

2 Planè hoc verum eſſe cenſent plerique, ſi is, qui venit per jus accreſcendi, vere ſit in eodem gradu, quo is, qui venit per ſucceſſorium edictum, prout evenit, tum ex pluribus filiis unus excluditur tempore, nam ſi cœteri ſuas portiones agnoverint, eis portio excluſi accreſceret, nec poterit excluſus venire ex capite undè legitimi. Sed ſi verè non ſit in eodem gradu, ut quia ſit nepos ex filio præmortuo cenſent non procedere, quod dictum eſt, & filium excluſum ex capite, undè liberi poſſe ſibi ipſi ſuccedere, & venire ex capite, undè legitimi excluſo nepote ex capite per jus accreſcendi veniente, & hoc caſu jus accreſcendi non ſit potentius ſucceſſorio edicto, quando is, qui venit, eſt in pari gradu, vel præcedet eum, qui venit per jus accreſcendi, ità *Gabriel conſ. 133. Tuſcus lit. S. concluſ. 873. n. 11.*

Ducuntur ea ratione, quia quando is, qui vult venire per ſucceſſorium edictum non eſt idem ipſe, qui fuit à ſucceſſione excluſus, ſed alius, qui tamen concurriſſet cum eo, qui venit per jus accreſcendi, ſi deficiens ab initio non fuiſſet in rerum natura, in hoc caſu jus accreſcendi non excludit ſucceſſorium edictum, *Bald. in d. l. unic. n. 15. & Dec. in 2. lectur.*

3 Contrarium verius eſt, ut etiam hoc caſu jus accreſcendi excludat ſucceſſorium edictum, & nepos ex filio præmortuo per jus accreſcendi excludat patruum venientem ex capite, undè legitimi ſuccedere volentem. Nec verum eſt, hujuſmodi nepotem non eſſe in eodem gradu, quo filium, quia cum veniat jure repræſentationis, dicitur eſſe in eodem gradu, quo fuiſſet pater, non quidem vere, ſed repræſentativè, ità dixi *lib. 1. de linea art. 2. num. 29.*

4 Similiter ſi filia cum juramento renunciavit hæreditati paternæ patri ſupervixerit, ejus portio defertur fratribus venientibus per jus accreſcendi, non autem ipſius filiis venientibus per ſucceſſorium edictum, quibus matris renunciatio nocet. Ergo veniens per ſucceſſorium edictum excluditur ab eo, qui venit per jus accreſcendi, etiam ſi cum eo concurriſſet, ſi ab initio fuiſſet ſolus, ità *Cagnol. in d. l. unica, n. 42. Bellon. n. 63.* Nepotes enim non poterunt admitti ad ſucceſſionem jure tranſmiſſionis, cum tunc ſuccedant uti hæredes matris, & obſtaret renunciatio, nec poterunt venire ex propria perſona ex ſucceſſorio edicto, & concurrere cum matertera, vel patruis, *l. ſi quis poſthumus, §. ſi filium, ff. de lib. & poſth. Surd. dec. 367. n. 9. & dec. 230. n. 2. Bellon. cap. 9. q. 1. n. 22.*

ARGUMENTUM.

Plures rei conventi, an ſinguli poſſint eligere Arbitros, vel cogantur ad eligendum unum, nè ſuccumbat actor? Hinc indè ediſſeritur, & refertur deciſio.

SUMMARIUM.

1 *Plures rei conventi, an ſinguli eligant Arbitros?*
2 *Litis conſortes cenſentur ſocii, & conſtituunt unum procuratorem.*
3 *Compromitti poteſt in tres, vel ultra.*
4 *Refertur deciſio.*

CAP. CXXXV.

1 Arbitri eligendi per partes litigantes, quarum actrix eſt una perſona, ſed altera pars eſſet in duabus, vel tribus perſonis, an duo, vel tres, aut plures arbitri eſſe debent? Pro parte actrice ediſſeritur, certum eſſe reſpectu ſui unum arbitrum poſſe eligere, & ſimiliter ex parte reorum conventorum, quia pro una perſona reputentur, nam ſi ſecus, facta electione ab unoquoque de arbitris,

bitris, ſequeretur ob majorem partem arbitrorum actorem ſuccumbere, ex traditis per *Lanfranc. de Oriau. de arbitr. membr. 5. n. 27.*

2 Præterea cum rei conventi ſint ſocii, & litis conſortes, ſufficit, ut unus eligat, nam ut ſocii pro una perſona reputantur, ità in terminis *Felic. de ſociet. cap. 1. n. 19.* ſubdens, quòd unum procuratorem conſtituere debent juxtà *dec. 309. Præſ. de Franch.*

3 Exadverſo ediſſeritur, non eſſe dubium poſſe fieri compromiſſum in unum, vel plures accedente conſenſu partium, *cap. à nobis de arbitr.* & per ſingulos poſſe eligi arbitrum, ſivè arbitratorem, ad *text. in cap. 2. de arbitr. in 6.* ibi; *Statuimus, ut ſi ex tribus arbitris à partibus electis*. Arbitrorum etenim electio procedit de conſenſu partium *d. cap. cum à nobis*. Et ſi requiritur conſenſus omnium, nequit fieri compromiſſum ab uno nomine omnium, etiam ſi alii eſſent præſentes, & non contradicentes, *Abb. in cap. cum in cauſis de elect.* & potior eſt conditio prohibentis in re communi pluribus uti ſingulis.

4 Quoad conſtitutionem unius, vel plurium procuratorum, quoties aliqui non repræſentent unam perſonam, & ſint plures conventi, & tunc cogi non poſſe ad conſtituendum unum, ex *Paul. de Caſtr. in l. ſi tamen, ff. judic. ſolv.* tenet *Maſtrill. dec. 108. in fin.* & *Gratianus diſcept. 219. à n. 13.* diſtinguit, ſi cauſa dividua, vel individua ſit. In cauſa Antoniæ Battimelli cum ejus ſororibus per Regium Conſil. D. Ferdinandum Brancia pronunciatum fuit, quod unaquæque eligeret Arbitrum de per ſe ſeparatum, ità *Thor. verb. Arbitri eligendi par. 3. Compend.*

ARGUMENTUM.

Hæres gravatus, an proprio nomine poſſit emere bona fideicommiſſi adjúdicata creditoribus fideicommittentis, ſi iſte ordinavit ſolutionem debitorum ex fructibus, & empta bona, an reincidant in fideicommiſſum? Diſtinguitur, an emptio nomine proprio, vel hæreditario, & præceptum de extinguendo Teſtatoris debita, an ſit per modum conſilii, vel potiùs in commodum fideicommiſſi? diſcutitur.

SUMMARIUM.

1 *Hæres gravatus, an poſſit nomine proprio emere bona fideicommiſſi creditoribus adjudicata?*

2 *Diſtinguitur, an emat uti hæres, vel nomine proprio.*

3 *Bona empta nomine hæreditario in fideicommiſſum reincidunt.*

4 *Aliter, ſi nomine proprio.*

5 *Quid ſi Teſtator ordinavit extinctionem debitorum ex fructibus.*

6 *Præceptum de extinguendis debitis ex fructibus ſapit conſilium in hæredis commodum.*

CAP. CXXXVI.

1 Fideicommiſſum univerſale poſt mortem hæredis Teſtatore ordinante, & ſolutionem debitorum ex fructibus injungente cum ſtricta prohibitione non alienandi, ſi creditoribus per Judicem adjudicata fuerint bona hæreditatis, an hæres gravatus emere poſſit nomine proprio bona, & ſic uti tertius, vel potiùs empta reincidant in fideicommiſſum?

2 Reſolutio pendet ab inſpectione tituli, ſub quo hæres gravatus bona quæſierit, an ſcilicèt titulo, & nomine hæreditario, tanquam per viam redemptionis, ſeù reluitionis mediante ſolutione debiti, vel potiùs nomine proprio per viam novæ, & voluntariæ alienationis.

3 Primo caſu bona redeunt ad primam cauſam, & reincidunt in fideicommiſſum, & pertinere ad illud, quamvis redemptio fiat de pecunia propria hæredis gravati, qui tali caſu erit creditor fideicommiſſi in quantitate, pro qua veluti legitima detractione poteſt prætendere retentionem, ſed id non influit in dominium bonorum, & omnium effectuum, qui ejuſdem dominii ſequela ſunt, *Peregr. de fideicomm. art. 42. n. 22. Fuſar. de ſubſtit. q. 629. Cavaler. deciſ. 58. & 70. Rojas dec. 101.* faciunt *dec. 39. Præſ. de Franch.* & ibi per me tradita, & *Anna conſ. 4. in fin.*

4 E' converſò in ſecundo caſu oppoſitum dicendum eſt, quoniam bona ſemel à fideicommiſſo pro ære alieno teſtatoris validè extracta, & alienata finguntur nunquam fuiſſe in hæreditate, ex deductis per *Ottbob. dec. 225. n. 9. cum ſeqq.* & deciſum pluries in *Rota* refert *Card. de Luca de fideicom. diſc. 193. n. 2.* Neque hæres gravatus prohibetur illa acquirere tanquam tertius ad proprium commodum independenter à fideicommiſſo, & quod non reincidunt, quoniam nulla ſuppetit ratio, ut ipſe deterioris conditionis ſit quocumque extraneo, *Peregr. ubi ſupr. n. 20. Dunozett. deciſ. 667. & 708.* in quibus agitur de bonis à fideicommiſſo extractis pro dotibus conſtituendis, vel reſtituendis in caſu, *Auth. res quæ, C. de fideic.*

5 Nec obſtat, quod idem hæres plures fructus ex bonis fideicommiſſariis percipit, dictam pecuniam ſolutam abſorbentes; &

quando teſtator injunxit hæredi inſtituto, ut ſolvere debeat debita, id faciendum eſt de proprio, non autem de bonis hæreditariis, *Bar. in l. prædia, C. de fideicomm. Coſta de port. rat. quæſt. 72.*

6 Quoniam ceſſante claro, & expreſſo teſtatoris præcepto de extinguendis debitis hæreditariis cum fructibus, vel de illis inveſtiendis ad commodum fideicommiſſi, hoc caſu fructus non imputantur, ut *Peregr. art. 35. n. 10. Fuſar. q. 665. Buratt. dec. 509. Roſa dec. 85. poſt Merlin. de pignor.* Attamen iſta voluntas debet eſſe expreſſa, & in dubio nō præſumitur, *Duran. dec. 93. & 119.*

Quod adeò verum eſt, ut etiam ſi teſtator dixiſſet debita ſolvi debere ex fructibus, expreſsè conſtare debeat, id feciſſe per viam præcepti ad commodum fideicommiſſi, nam alias id intelligitur per modum conſilii ad commodum, & favorem hæredis, *Rota deciſ. 130. poſt controverſ. Contris, Card. de Luca de fideicomm. diſc. 162. per tot.*

ARGUMENTUM.

Primum, & ſecundum beneficiū Actori conceſſum cum ſit commune reo convento, an iſte etiam deindè poſſit petere aliud primum, & ſecundum? Reſolvitur, quod ſic, nam prima duo acceſſoriè, altera duo principaliter ſpectant, & quot beneficia per tres, aut plures perſonas privilegiatas peti poſſint?

SUMMARIUM.

1 *Actore petente primum, & ſecundum beneficium, an reus petat alia duo?*
2 *Reus intimatus, an proteſtari debeat, quod non computentur ſibi termini.*
3 *Reſolvitur articulus.*
4 *Diverſo jure competunt quattuor beneficia.*
5 *An ultra quattuor beneficia concedi poſſint.*
6 *Beneficia intra 60. dies peti valent.*

CAP. CXXXVII.

1 Actore privilegiato petente primum, & ſecundum beneficium in judicio, an præcludatur via reo convento ſimiliter privilegiato ad petendum aliud primum, & ſecundum? Dicendum videtur, quod ſic, quia primum uni conceſſum, & alteri cenſetur conceſſum etiam non petenti, juxta *dec. 213. Afflict. Imbrian. da 1. & 2. benef. conſid. 6. n. 33. Muſcatell. in prax. lib. 1. p. 6. gloſ. communis n. 6.* & propterea concedi non debet, ut finis litibus imponatur, *cap. finem litibus de dolo, & contumac.*

2 Propenſius ſi quando fuit intimatus terminus, non fuerit proteſtatus reus, ut ſibi non computaretur, & ſic dum tacuerit, videtur conſenſiſſe potiſſimum in judicialibus, *cap. qui tacet de reg. jur. in 6. Felin. in cap. cum jure de offic. deleg.*

3 Contrarium verius eſt, quia in cauſa qualibet quattuor beneficia concedi ſolent, ut tradunt *Muſcatell. & Imbrian. ubi ſup. Thor. p. 3. compend. verb. beneficium primum, D. Reg. Latr. dec. 79. n. 13. & ſeqq.*

4 Non obſtat, quod beneficium actori conceſſum commune fuerit reo; Quia illud per viam communicationis, & acceſſoriè competit reo, non ex perſona ſua, ſed ex beneficio Actoris hoc habet; prout è converſò, ità *Iſernia in Conſtitut. Obſcuritatem circa finem, in verſ. ex hac celeritate*, ibi: *Quia reſtitutio conceſſa reo, non datur principaliter Actori, ſed poteſt uti ea, ſi velit, qui uſus non competit ſibi principaliter, ſed conſequutivè ex perſona ipſius privilegiati*, ità ut poſſit uti major, & ſunt diverſa inter ſe, & dilatio conceſſa perſonæ privilegiatæ petenti, non detur principaliter alteri, ſed is poteſt uti ſi velit, ità *Montan. controv. 79. per tot. Reg. Latr. ubi ſup.*

5 Pluribus perſonis privilegiatis exiſtentibus, non poſſunt dari pluſquam quattuor beneficia alternatim, ut duo ab una parte, & alia duo ab altera, *Imbrian. ubi ſup. cap. 2. n. 78.* ſicque non cuilibet ex Actoribus privilegiatis, neque conventis pluribus privilegiatis, etenim ſi eſſent quattuor, aut plures Actores, & tot beneficia peterentur ſegregatim à quolibet, res iret in infinitum, & ità è contrà, ut æqualitas ſervetur inter Actorem, & Reum, *Thor. ubi ſup.*

6 Quamvis quattuor beneficia peti poſſint, duo ex parte Actoris, vel rei, & alia duo ex altera parte, id tamen intelligitur intra terminum 60. dierum reſpectu omnium privilegiatorum, ſcilicet primum beneficium intra 30. dies, & ſecundum intra alios 30. ex *pragmatica* Regni, ut *Thor. verb. beneficium primum petitum ab una ex conventis tom. 3. Compend.*

ARGUMENTUM.

Hæreditas jacens, an repræſentet defunctum, vel hæredem futurum? In pleriſque defunctum, & in pluribus hæredem futurum repræſentari, oſtenditur. Compromiſſum per Curatorem hæreditatis defuncti cōſanguinei, an peti poſſit? vel bona

Cle-

Clerici defuncti, an immunitatis privilegio potiantur à gabellis.

SUMMARIUM.

1 *Hæreditas jacens, an repræſentet defunctum?*
2 *Onera legatorum non ſunt in hæreditate, ſed in hærede.*
3 *Expenditur* §. Servus etiam alienus, Inſtit. de hær. inſtit.
4 *Compromiſſum peti poteſt per Curatorem hæreditatis jacentis.*
5 *Hæreditas jacens Clerici defuncti, an ſit immunis à gabellis.*
6 *Hæreditas repræſentat hæredem futurum.*
7 *Laudatur* text. in princ. Inſtit. de ſtipul. ſerv.
8 *Media ſententia adducitur.*

CAP. CXXXVIII.

1 Hæreditas jacens, an repræſentet perſonam defuncti, vel hæredis? Pro reſolutione præmittitur, quod cum mors omnia adimat, ex gratia potiùs, quàm ex mero jure, vel de æquitate juris non de ſubtilitate per legem proviſum eſt, inducendo hæreditatem jacentem, quæ imaginaria, ſivè ficta quædam perſona eſt, in qua continuatur magis, quam finitur jus defuncti, ſic ut retineat dominium, obligationes, & alia, quæ teſtator ipſe vivus poſſet retinere, & magis videtur translatum, quam perditum dominium, ità *Caſtrenſ. in rubr. ff. de acquir. hæred. & Jaſon. ibi Bellon.* latè in *Rubr. Inſtit. de teſtament. q.2. principal. num. 3. Caſtill. lib. 2. controv. cap. 17. per tot.* Qui *n. 16.* tradit verè dominium teſtatoris morte ipſius eſſe diſſolutum, cum mors omnia ſolvat, ſed attenta juris fictione, per quam in locum defuncti hæreditas ſuccedit, res hæreditatis in alicujus bonis videntur eſſe, alias ſola veritate inſpecta ſecundum ſummam, & ſtricta juris rationem bona teſtatoris deberent eſſe primo loco occupantis. Conſequenter hæreditas repræſentat defunctum, & non hæredem.

2 Præterea hæreditas in iis tantùm defuncti perſonam repræſentat, quæ in illo habebant fundamentum, ut ſunt dominia, credita, & debita defuncti. Cæterum in iis, quæ vel in perſona defuncti nunquam habuere fundamentum, vel cum eo ſunt extincta, non poteſt illum repræſentare, quia hoc faceret inutiliter. Nec enim defunctus repræſentari poteſt in eo, quod ejus reſpectu, aut amplius non eſt, aut nunquam fuit, *l. 1. §. ſcævola, ff. ſi is, qui teſtam. lib. juſſ. eſſe fuer.* Cum itàque legatorum relictorum obligatio non habuerit in perſona defuncti fundamentum, ſcilicèt, quia ab hærede incipiunt, *l. hæreditariarum, ff. de act. & oblig.* Conſequens eſt, ut hoc reſpectu non poſſit hæreditas defunctum repræſentare. Undè in hæreditate ideò non fundantur onera legatorum, quia hæreditas repræſentat perſonam defuncti, non hæredis, *l. hæreditas, ff. de acqu. rer. domin. §. Servus etiam alienus, Inſtit. de hæred. inſtit. Bellon. de jur. accreſc. cap. 9. q. 17. num. 19.*

3 Ad hæc probatur ex *d. §. Servus etiam alienus*, ibi: *Servus alienus poſt domini mortem rectè hæres inſtituitur, quia & cum hæreditariis ſervis eſt teſtamenti factio, non dum enim adita hæreditas perſonæ vicem ſubſtinet non hæredis futuri, ſed defuncti, ubi gloſ. in verb. defuncti*, ità loquitur: *Et eſt fortè ratio, quia defunctus eſt certus, quia fuerit, ſed non ſic de hærede, quia etſi certus ſit inſtitutus, poterit eſſe, quod non adeat hæreditatem.*

4 Hinc ſi moveatur actiò contra hæreditatem jacentem, ſi per defunctum poterat peti compromiſſum, adhuc per curatorem hæreditatis jacentis perſonam defuncti conſanguinei repræſentantem poteſt peti compromiſſum, ut probat, & deciſum refert *Novar. in collect. pragm. 1. de arbitr. n. 9.*

5 Accedit, quod adeò verum ſit, ut hæreditas defuncti perſonam repræſentat, quod ſi defunctus erat Clericus, hæreditas ipſius, & fructus gaudeant immunitate à gabellis, latè *Barboſ. in l. hæres abſens, n. 201. ff. de judic.*

6 Altera ſententia, ut hæreditas repræſentet hæredem futurum, undè hæreditas jacens fictè poſſidet nomine hæredis futuri, *l. hæreditas, C. depoſit. Andreol. contr. 69. n. 8.* & hæreditas nondum adita futurum hæredem repræſentat, *l. novatio, ff. de novat. in fin. Bellon. de jur. accreſc. cap. 7. q. 19. n. 123.*

7 Laudatur *text. in princ. Inſtit. de ſtipul. ſerv.* ibi: *Sed & hæreditas in pleriſque perſonæ defuncti vicem ſubſtinet*, ubi *gloſ. in verb. pleriſq; Hoc propterea dicit, quia hæreditati furtum fieri non poteſt, niſi in tribus caſibus, ff. de furt. rer. hæreditar. & l. ſeq. Item propter uſumfructum, qui ſervo hæreditario promitti non poteſt, ut hæreditati acquiratur, ff. eod. l. uſusfructus. Quia perſona ficta non eſt capax illius juris, quod ſi prius defuncto quæſitum eſſet, morte extingueretur, vel quia uſusfructus non poteſt eſſe ſine perſona vera, aut ficta, certa tamen, & permanente, & conſtante ex viris, utputà Collegio, vel Populo.*

8 Media opinio *gloſ. in d. §. ſervus etiam alienus*, ut quouſque non aditur hæreditas repræſentet perſonam defuncti? adita autem hæredis, & retrotrahitur, ità quod fingitur repræſentaſſe hæredem à morte defuncti, *l. hæres quandoque, ff. de acquir. hæred. & Aretin. in d. §. ſervus*, & *DD.* communiter *ibid. & in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de uſu capien.*

A R-

ARGUMENTUM.

Exercens plures artes gerit plures perſonas, & à quo Judice cognoſcendus? Diſtinguitur. Juriſdictio ſpecialiter uni conceſſa, an cenſeatur adempta alteri generalem habenti, ne dentur duo capita.

SUMMARIUM.

1 *Exercens plures artes, gerit plures perſonas, & à quo Judice cognoſcendus?*

2 *Magiſtralis eſt* deciſ.175.Præſ.de Franch.*diſtinguens.*

3 *Immunitate conceſſa exercenti aliquam profeſſionem, quando is gaudeat?*

4 *Juriſdictio ſpecialis uni conceſſa, an privativè ad habentem generalem intelligatur?*

5 *Loca plura jurium expenſa per* D. Card. de Luca.

6 *Diſtinguitur, an motu proprio, vel ad poſtulationem partis ſit conceſſa.*

CAP. CXXXIX.

1 EXercens plures artes, vel profeſſiones, quam perſonam repræſentet, ad effectum, ut ſciatur, à quo Judice ſit cognoſcendus? controverti contingit inter Judices. Articulum tractat *Card. de Luca de juriſd. & for.compet.diſc.83.n.4.* ubi quod perſonam duplicem is gerit, & quando concurrunt plures Judices, atque agitanda eſt cauſa occaſione unius artis, vel profeſſionis, tunc tractanda eſt cauſa per ejuſdem artis Judicem particularem, ſed ſi tractanda eſt cauſa indifferens, quæ perſonam, vel bona artificis, vel profeſſoris generaliter percutiat, & tunc cognitio ſpectet ad judicem illius artis, quam ipſe frequentius exercet, & in qua principale ſuum inſtitutum vertatur, *Salic.in l. ſub prætextu, num. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.Præſ.de Franch.dec.175.*

2 Caſus deciſionis relatus per *Præſ.de Franch.* fuit de eo, qui exercebat artem ſerici, & erat magiſter in arte gladiatoria, occaſione delicti patrati captus fuit per M.C. petiit remiſſionem ad Curiam artis ſerici vi privilegiorum dictæ artis, ſed quia principale exercitium erat in arte gladiatoria, cui aſſiduè vacabat, docendo diſcipulos in illa arte; & quod ſupererat de tempore, inſumebat in exercitio artis ſerici, tàm per M.C. quàm per S.C. excluſus fuit à remiſſione petita, per *text.in l.quæritur, ff.de ſtat.homin.*, ubi denominatio fit à potentiore, per *text.in l.legatis ſervis, §.ſi unus, ff. de leg.3. & l.ſemper, §.Divus Adrianus, ff. de jur.immun.*

3 Hinc *Alex. in conſil. 108. lib.4.* conſuluit, immunitatem conceſſam alicui exercenti aliquam artem, illa non gaudere, ſi majorem partem ſuæ ſubſtantiæ pro majori parte temporis non ponat in exercitio illius artis, ità etiam *Stracca de mercatur.par.1.n.56. Capiblanc.de Baron.pragm.8.num.239. D.Reg. Tapia in pragm.36.§.& diù, tit.de Alguzer.*

Adſtipulatur, quod in mercatore exercente plures artes convento pro aliquo extra artem, & petierat remiſſionem ad artem, ubi matriculatus erat, quia exadverſo probatum fuerat, illum alias artes etiam exercere, denegatam fuiſſe per S.C. remiſſionem, refert *Thor. verb. remiſſio petita per reum inquiſitum, p.3.in fine.*

4 Beneverum *Ego in obſ. ad Præſ.de Franch.* tradidi, errare *Thorum* in eo, quod tradit, id judicatum per doctrinam *Paul. de Caſtr.in l. fin. n. 3. C. de juriſd. omn. judic.* ubi ſcribit, quod artifices Collegiorum licet habeant Judices ſuos, tamen poſſunt puniri per Poteſtatem, quia Poteſtas dicitur Superior non ſolum artium, ſed etiam artificum, & prepoſitorum ipſorum, nec proindè tales artifices habentes Conſules illius artis exempti ſint à juriſdictione Poteſtatis, & tradit *Bald. in d.l.fin.n.4. Dec.conſ.3.Roland.conſ.80.lib.2.* qui volunt per conceſſionem ſpecialem arti datam non cenſeri ademptam juriſdictionem à Poteſtate. Namque oppoſitam verius eſt, ut fusè *Staib.conſ.8.n.10.*

Quando quis eſt matriculatus in diverſis artibus, reſpici debet ars, ex qua convenitur, ut ad Judicem illius pertineat cognitio, *Anna ſingul.360.* & ille eſt Judex competens pro dependentibus, & connexis, *Bald. in l.ſi quis, §.per rationem, ff.de edendo.*

5 Conceſſa eadem juriſdictione pluribus, an cenſeatur conceſſa cumulativè, vel potius adempta cenſeatur prima per ſecundam conceſſionem, ne dentur duo capita in eodem corpore, quod eſt monſtrum de jure non admittendum, ad *text. in cap. quoniam in pleriſque, §.prohibemus de offic.ordin.* Hanc rem tractat *Card.de Luca diſc.85.de juriſdict. n.5.* & firmat objectionem cedere in officiis incompatibilibus, in quibus juriſdictio uni tantùm inſolidum privativè ad alios competere debet, ut eſt caſus *text.in d.§.prohibemus*, de duobus ſcribens Epiſcopis, in eodem Cathedrali non dandis, quia duo ſponſi ejuſdem mulieris dari non poſſunt, & ſi Epiſcopus habere debet ſolus univerſam juriſdictionem, incompatibile eſt, dare cum altero eandem Epiſcopalem juriſdictionem. Secus ubi concurſus plurium eſt compatibilis ex diverſitate tituli, vel reſpectuum, quia ſicut non implicat, ut dominium ejuſdem rei, quod penes duos inſolidum eſſe non poteſt, penes plures exiſtat di-

verſis

Digitized by Google

verſis reſpectibus, ità non implicat in juriſdictione, quia nempè unus habeat ordinariam, alius delegatam, ſivè unus univerſalem, alter ſpecialem, unus ſuperiorem, alter inferiorem, & ſubordinariam, *Bar. in l. 1. §. hoc autem edictum, ff. de nov. op. nunciat. Aretin. in l. quod in rerum, §. ſi quis poſt. ff. de leg. 1.* conſtituentes regulam, ut juriſdictio uni conceſſa cenſeatur potiùs cumulativè, quàm privativè, *Ludoviſ. deciſ. 4. & 8.* Hinc *in l. 1. C. de offic. Præfect. Urbis*, diſponitur, ut per deputationem unius officialis ad annonam adempta non cenſeatur juriſdictio generalis ejuſdem annonæ Præfecti, quia roſte ejuſdem muneris, & juriſdictionis ſubordinata ſocietas dari poteſt, ut probat *text.* ibi: *Sitque ſocietas muneris, ità ut inferior gradus meritum agnoſcat.* Et *in l. videri, ff. de offic. Præf. Urb.* quamvis Conſuli Argentariorum datur in iſtos juriſdictio ſpecialis, non per hoc tamen adempta dicitur juriſdictio Magiſtratus generalis. Proùt *in l. ult. C. ubi cauſ. fiſcal.* & *in Clem. 1. de hær. in 6.* diſponitur per deputationem particularis Inquiſitoris in loco ademptam non cenſeri juriſdictionem Epiſcopi, vel Inquiſitoris generalis. Et in juriſdictione delegata tradit *gloſ. in l. Pomponius, verb. proferre, verſ. idem in delegatis, ff. de re judic. & Bart. ibid.*

6 Procedit tamen, quando deputatio eſt motu proprio, ſecus ad poſtulationem partis; *Bald. in Auth. habita, n. 59. C. ne fil. pro patr. Aret. conſ. 102. Ludoviſ. ubi ſup.*

ARGUMENTUM.

Contradiſtinctio perſonarum eſt in Judice inducente ſe diverſas perſonas, ut privati per viam defenſionis vim vi repellendo armis ſuæ juriſdictionis: Conſervatoris privilegiorum jura expenduntur? Et inducentis perſonam denunciatoris. An poſſit eſſe teſtis in cauſa appellationis, vel terminato judicio?

SUMMARIUM.

1 *Judex ſe induit perſonam privati per viam defenſionis, & qualiter.*
2 *Conſervatoris privilegiorum jura expenduntur.*
3 *In notoriis, quæ ſit procedendi praxis.*
4 *Denunciatoris partes facit Ordinarius locorum.*
5 *Denunciatio eſt inducta favore animarum.*
6 *Judex in cauſa appellationis, vel terminata cauſa, an poſſit eſſe teſtis? & an Arbiter?*

CAP. CXXXX.

1 Contradiſtinctio perſonarum eſt in judice, paſſim etenim induit perſonam judicis, judicialiter procedens, & cognoſcendo cauſas judicialem indaginem exigentes. Quandoque procedit extrajudicialiter, & de facto, ſeu tanquam parti aſſiſtens, & auxiliator, & ad defenſam vim vi repellendo ex facultatibus particularibus, juxtà *conſil. 15. Cornei lib. 3. per tot.* cum aliis apud *Ubald. dec. 239.* originalis eſt authoritas *Innocent. in cap. dilecto de ſentent. excommunic. in 6. num. 2.* ubi profert hæc verba: *Dummodò tamen ſpiritualis gladius non exerceatur, nec pro ſua, nec pro aliena injuria, niſi contra homines ſuæ juriſdictionis naturalis, tamen defenſio pro ſe, & aliis benè poteſt exerceri etiam in homines cujuſcumque juriſdictionis, Cavale. dec. 28. p. 1. n. 39. Ricciull. de jur. perſon. lib. 4. cap. 61. n. 35.* Et de his actibus, qui per Judicem fiunt adhibendo arma judicii, & juriſdictionis, potiùs per quandam ſpeciem defenſionis de facto, *Card. de Luca in prax. diſcurſ. 9. n. 29.*

2 De Conſervatoribus privilegiorum textus eſt expreſſus *in cap. 1. & fin. §. cum autem de offic. deleg. in 6*, ubi apertè inhibetur Conſervatoribus aſſumere partes Judicis, & ſe ingerere in iis, quæ judicialem exigunt indaginem, eorum poteſtate reſtricta ad compeſcendas ſolum manifeſtas injurias, & violentias, quæ contra formam privilegiorum Religioſis fierent, ut cum eodem ſenſu per *S. C. Trid. ſeſſ. 24. de Regular. cap. 5.* Et Conſervatores non dicuntur Judices, ſed potiùs viri potentes, & auxiliatores aſſiſtentes partibus, ut eas tueantur ab injuriis, & violentiis, juxtà *l. ut vim, ff. de juſt. & jur.* Qui in caſu manifeſtæ injuriæ, & violentiæ procedentes nudam perſonam Conſervatoris gerunt, juxtà *cap. 1. & fin. de offic. delegat.* & ego vidi practicari per Conſervatorem cujuſdam Collegii Societatis Jeſu contra quendam Clericum, qui arreſtavit armentum Collegii. Caſus *d. cap. dilecto* eſt de Decano, & ſic Prælato inferiori ſe tuente adverſus quendam Bajulivum, qui injurioſè eum bonis ſuis mundanis ſpoliare præſumpſerat, cujus *textus* diſpoſitione retenta *Innocentius* in ejus commentario adhibet diſtinctionem, ut ſupra adductam. Quoties agitur de jure viſitandi Eccleſiam, ſeu perſonas in Diœceſi cum jure exigendi procurationem defenſionis remedium conceditur Epiſcopo, qui tunc procedit potiùs tanquam pars ſe defendens, & vim vi repellendo cum armis Eccleſiaſticis, quàm tanquam Judex, ut de his, & aliis caſibus *Card. de Luca de juriſd. diſc. 47. cum duobus ſeqq. ubi agit, an verò ſit diſtinctio Innocentii,*

an

an agatur de ſubditis, vel non ſubditis, & cum *Riccinllo* negat diſtinctionem, niſi quia ſi agitur cum ſubditis Prælatus habet intentionem fundatam ex aſſiſtentia juris vi ſuæ juriſdictionis.

3 Ubi agitur de re, quæ utramque facti, & juris certam habet notorietatem, præſertim in Tribunalibus, & Curiis laicalibus practicari quandoque ſolent condemnationes ad pœnas perſonales, vel pecuniarias de facto nulla prævia citatione, aliovè proceſſu ratione notorietatis, quia nempè coram Judice in publica audientia aliquis conviciatur, seù alias verbis, vel factis eundem Judicem offendat, ſivè alium Curiæ officialem, ſivè collitigantem, ut *Poller. in prax. crimin. verb. notorius delinquent.*

4 Partes denunciatoris, & non Judicis facit Epiſcopus, quando exemptos declarat inci diſſe excommunicationem, & non profert cenſuras, ſed declarat eas à lege prolatas, declarando ſcilicèt tale factum, ob quod intrant cenſuræ, ubi factum eſt certum habens ſpeciem notorii, seù alias non controvertatur, ità ut illius verificatio non requirat proceſſum formalem, nec judicialem cognitionem, prout requiritur in delicto dubio, & incerto, juxtà *text. in Clem. 1. de privileg.* ubi *Abb. & Zabarell. & Felin. in cap. non poteſt de ſentent. & re judic.* ibique *Fagnan. n. 16. Campanil. in diverſ. jur. Canonic. rubric. 12. cap. 12. n. 46. Gemen. in prax. cap. 59. n. 1.*

5 Denunciatio enim eſt inducta favore animarum, & eſt actus, qui exerceri poteſt etiam à non habente juriſdictionem actualem, ſed habitualem, prout per Epiſcopum, vel Prælatum contra exemptos juxtà *tex. in Clem. 1. de privileg.* ubi agitur de excommunicatione lata à jure, non ab homine, *Card. de Luca de juriſd. diſc. 29.* & ubi incontrovertibilis eſt notorietas facti, quod nullam habet excuſationem, cum notoria ſit diſpoſitio juris, abſq; neceſſitate citationis præviæ procedi poteſt ad declarationem, *Bich. dec. 589. Veſtr. lib. 6. cap. 2. num. 30.*

6 Judex in prima inſtantia, an poſſit eſſe teſtis in ſecunda? ex *Franch. in cap. Romana, n. 3. de teſtib. in 6.* & *Maſcard. de probat. concluſ. 952. n. 7.* affirmat *Card. de Luca de juriſd. diſc. 72. n. 12. Add. Archidiac. in cap. ſtatutum 2. q. 6.* ubi quod depoſito officio poteſt Judex teſtificari, ſi inducatur uti teſtis juratus. *At gloſ. in cap. cum a nobis de teſtib.* docet, quod ſi durat cauſa coram ſe, non poteſt, quia non poteſt eſſe Judex, & teſtis, aut expiravit cauſa, & in his, quæ reſpiciunt terminum, & deciſionem litis, ei non creditur, quia eſt ſuſpectus, in aliis poteſt, in cauſa vero appellationis in defectum probationis, & *Felin.* ibidem dicit, quod etiam ſi fuerit remotus ab officio, non poteſt eſſe teſtis, nam præſumitur, quod habeat affectionem ad cauſam, ut ſententia ſuum effectum habeat, ità poſt alios *Barboſ. in cap. cum dilecto de teſtib.* Quidquid diſſideant *Scribentes*, nunquam ſoli Judici creditur, quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, ut dixi latè in *obſerv. 185. n. 2. & ſeqq. Praſ. de Franch. Caſar. peregr. 99. cap. 49.* & vide, quæ ſcripſi in *obſerv. 399. n. 1.* ubi quod poteſt Judex facere fidem contra ſe, vel de his, quæ non tractarunt in officio, ut Judices, ſed declarent, ut teſtes *Conſil. Roccus reſp. 17. n. 1. tom. 2.* aut facerent fidem de ordinatoriis. Et de Arbitris, & Arbitratoribus, quod poſſint in teſtes adhiberi, ſi ante prolationem laudi cauſa delata eſt ad Judicem ordinarium, *D. Reg. de Marin. reſol. 9. lib. 2. n. 7.* Prolato laudo, quod poſſint antiqua declarare, *Altograd. conſ. 98. lib. 2. n. 27. & 28.*

De his ſcripſi ad explanationem locorum juris, & me remitto veritati, & *Doctoribus* ſupracitatis, dum res exigunt tractatus, prout eſt ille de Conſervatoribus per *Monetam, Pellizar. & alios* editus, & adſunt plures Bullæ, de quibus *Card. de Luca d. diſc. 47. & ſeqq.* unde me remitto alibi dicendis, & veritati.

ARGUMENTUM.

Arbitri, vel Arbitratores quam perſonam gerant, ediſſeritur. Diſtinguitur compromiſſum. Facultates compromiſſi voluntarii expenduntur, & formulæ recentes, & nonnullæ æquivocationes.

SUMMARIUM.

1 *Arbitri, & Arbitratores quam perſonam gerant, diſtinguitur.*
2 *Arbitri juris ex compromiſſo neceſſario, an ſint Judices Ordinarii?*
3 *Diſcrimen inter Arbitros, & inter Judices.*
4 *Compromiſſorum voluntariorum finis, & quando quis eum aſſequatur.*
5 *Inter Arbitros, & Arbitratores differentia.*
6 *Laudum de jure Regni ſi an habeat executionem?*
7 *Facultas iſtorum ex actis juſtificari debet.*
8 *Clauſulæ, & facultates hodiernæ praxis recenſentur.*
9 *Ubi quis in parte victor, & in parte victus, non in totum acquieſcat, intereſt.*
10 *In poteſtate electi eſt, quam perſonam gerat.*
11 *Amicabilis compoſitor, an laudum proferat?*

CAP. CXXXXI.

1 Arbitri, & Arbitratores quam perſonam gerant, in comperto non eſt. Diſtinguenda

guenda eſt ſpecies compromiſſi. Primum neceſſarium. Alterum voluntarium. Neceſſarium eſt, quod ex locorum legibus particularibus inter conjunctos intra certum gradum præcipitur, ut diſpoſitum eſt in Regno Neapolitano per *pragmaticam de arbitris*, cujus materiam agunt *Reg. Rovit. ibid. & Reg. de Marin. reſol. 66. lib. 1.*

2 Arbitri juris ex compromiſſo neceſſario, an ſint Judices ordinarii, vel delegati? Dicendum videtur eſſe Judices ordinarios, quando enim ex juris neceſſitate eliguntur, ut ex vi ſtatuti, Arbitri tunc electi ſuccedunt in locum, & poteſtatem Judicis ordinarii, nam omnis, qui à lege in Judicem eligitur. Ordinarius appellatur *l. 1.* ubi *Alex. ff. de offic. ejus, D. Reg. de Marin. lib. 1. reſol. 236. n. 12.* At *Bald. conſ. 90. lib.* 1. pro veritate concludit, Arbitros nec eſſe ordinarios, quia ſunt ad unam cauſam, nec delegatos, & potiùs neutros.

3 Hinc non currit comparatio Arbitri cum Ordinario, ſi enim ex tribus Arbitris duo laudum proferrent, laudum eſſet nullum, *l. ſi in tres, ff. de recept. arbitr.* Aliter in ſententia, quæ valet prolata à pluribus aliquo abſente, vel aliquibus abſentibus, *gloſ. fin. in cap. 2. de arbitr. in* 6. Quidquid bona venia ediſſerat, *Reg. de Marin. n. 12.* & dixi *in Gratian. cap. 66. num. 9.*

4 Compromiſſum voluntarium eſt, quod non ex diſpoſitione ſtatuti fit, ſed ex mera voluntate partium, & poteſtas Arbitri dependet à forma compromiſſi, juxtà eam facultatem, quam præbent partes, & quia compromiſſum ad bonum, & laudabilem finem introductum eſt reſecandi lites, & calumnias, ne contrarios producat effectus, quod ſcilicet loco reſecandi, reddat longiores, cum nulla detur ſufficiens cautela evitandi adverſus lauda, vel ſententias arbitramentales hoc remedium petendi reductionem ad arbitrium boni viri, ut *Reg. Rovit. in pragm. 1. & 2. de arbitr. Prat. obſerv. 21. Buratt. dec. 29. & 650.* Praxis docet ad finem aſſequendi præfatum commendabilem finem lites reſecandi, compromiſſa fieri de jure, & de facto, deputando Arbitros, etiam in Arbitratores, & amicabiles compoſitores, & compromiſſa muniri omni ſtrictioni forma obligationis, aliiſque pactis executivis, obligatione *via ritus* M. C., vel Camerali, tollentibus appellationem ſuſpenſivam, vel petitionem reductionis ad arbitrium boni viri, ac etiam cum aliis clauſulis adimentibus neceſſitatem ſervandi rigorem, & formalitates ordinis judiciarii, ex quo nullitates deduci ſolent, undè *Reg. de Marin. lib. 2. reſolut. 119. n. 9.* ait, quod ſi in compromiſſo voluntario renunciatum ſit nullitatibus, & reductioni ad arbitrium boni viri cum juramento, & adſunt pacta, ut laudum ante omnia exequatur, exequitur laudum *Anna ſingul. 299.* Aliud beneverum cenſet, ſi nullitates ſint ex poteſtatis defectu, ſcilicèt ſuper controverſiis non deductis in compromiſſo, vel de re feudali abſque aſſenſu, aut contra minorem indefenſum, ſeu nullitas ſit apparens ex tenore ſententiæ, *Cancer. p. 1. tit. de arbitr. n. 1. Ego in Gratian. d. cap. 66. n. 8.* in facti contingentia proſpexi de renunciatione omnibus nullitatibus etiam notoriis, & quod ante omnia exequatur laudum, quod habeat executionem paratam, & poſſit agi pro quantitate arbitranda, vel laudanda *via ritus* M. C. & juxtà formam, & vim obligationum penès acta, cum appoſitione pœnæ, & aliis clauſulis.

5 Inter Arbitros, & Arbitratores magnum eſt diſcrimen, iſti enim habent largiſſimam poteſtatem, poterunt pronunciare ſuper uno capite cœteris omiſſis. Arbitramentum valet etiam ſine ſcriptis. Aliter in laudo Arbitrorum, quia non valet ſuper uno capite cœteris omiſſis, niſi data ſit poteſtas arbitrandi per plures vices, vel pronunciandi ſeparatim ſuper capitibus in compromiſſo deductis, de quibus dixi in *obſerv. 354. Praſ. de Franch.* ex *Borrello de compromiſſ. §. 3. gloſ. 4. n. 29. & 51. Cirocch. diſcept. 25. à n. 52.*

6 De jure Regni exequitur laudum arbitrorum electorum ex neceſſitate inter conſanguineos cum cautione de reſtituendo in caſu retractationis, ut in *Pragm. de arbitr. Reg. Rovit. ibid. & Prat. obſerv.* 24. ſi renunciatum ſit reductioni ad arbitrium boni viri, & nullitatibus, *Anna ſingul.* 299. At vix poteſt evitari, quin nullitates notoriæ impediant executionem, quia ſententia nulla, vel injuſta nunquam executioni demandanda eſt, quamvis de re judicata, vel de tribus conformibus agatur, *Card. de Luca in prax. diſc. 11. num. 7.*

7 Facultas Arbitri, vel Arbitratoris ex actis juſtificari debet, nam eorum aſſertioni non ſtatur circa deputationem, niſi ubi laudum proferatur partibus præſentibus, *Mantic. dec. 258.* Item ut proferri non debeat ultra compromiſſa, cum iſtud ſit ſtricti juris, prout terminare debet omnes controverſias, niſi clauſulæ, & facultates, ut ſupra aliter diſponant.

8 Proindèque facultates, vel clauſulæ hodie de communi ſtylo adiici ſolitæ dirimunt quæſtiones, quæ antiquitus diſputari ſolebant circa neceſſitatem citationis, & circa judicii telam, vel ordinem, necnon circa facultatem deputandi tertium in caſu diſcordiæ, an de iſta conſtare debent, ſive an valeat eadem facultas de perſona incerta

cum ſimilibus. Quoniam hujuſmodi quæſtiones cadunt in juris Arbitris, non autem in Arbitratoribus, & amicabilibus compoſitoribus, qui in voluntariis compromiſſis pro frequentiori uſu deputari ſolent. Quibus datur facultas procedendi de jure, & de facto, omni, & quocumque tempore nullo juris ordine ſervato, *Mantic.dec.299.Buratt.dec.56.& 70. Card.de Luca d.diſc.11.n.20.*

9 Ubi quis ſit in parte victor, & in parte victus, ſi acceptet laudum in partibus favorabilibus, & in odioſis, & præjudiciabilibus impugnet, & penitus non acquieſcat, difficultas eſt, an pro parte laudum exequi poſſet, nam alii affirmant, ut *Cancer. lib.3. var. cap. 17. n. 25. Staiban. reſol.57. n.32. Buratt. dec. 29.* & ibi *Ferremill.* Negant *Præſ. de Franch. dec.173. D. Præſ. Merlin. controv.55. lib. 1.* & *Ego* dixi in *obſerv. 173.*

10 Quam perſonam gerere velit, an Arbitri, vel Arbitratoris, in poteſtate electi, & deputati eſt, & ſi primam eligat, juris formam, ac ordinem judiciarium ſervare tenetur, ut *Card.de Luca n.30.* Sed ego ſtantibus clauſulis concedentibus facultatem ampliſſimam de jure, & de facto procedendi ſine citatione, nullo juris ordine ſervato, & quocumq; tempore, & etiam ſine ſcriptis aliter cenſeo, & quando uno, vel altero modo in dubio voluiſſe procedere dicendum ſit à facti qualitate, & circumſtantiis pendet *Ludoviſ. deciſ.204.*

11 Arbitrator uti amicabilis compoſitor ne poſſit decernere, deciſum refert per S. C. *Staib. jun. reſol. 37. n. 4.* Contrarium verius dixi in *Gratian. cap.123.*ex *Ludoviſ. dec.204. n. 15.* ubi de validitate laudi ab Arbitratrice prolati cum *Bald.& Felin.*Nec obſtat deciſio relata per *Staib.* Quia laudum invalidum extitit, quia prolatum per Clericum Theatinum ſine Superioris licentia.

Alia plura dixi in *Gratian. cap.66.& 123.*

ARGUMENTUM.

Nepotes, & liberi, qui repræſentationis jure ſuccedunt, an ex perſona propria, vel patris ſuccedant. Expenditur *gloſ. in §. cum filius, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* docens, ſubſtinere perſonam patris. Notatur. Legitima eorum quanta ſit in bonis Avi, reſolvitur.

SUMMARIUM.

1 *NEpotes jure repræſentationis venientes, an ſuccedant ex perſona propria.*
2 *Rationes pro opinione negativa.*
3 *Sententia ajens firmatur.*
4 *Occurritur* gloſ. in §. cum filius; Inſtit. de hær. quæ ab inteſt. defer.
5 *Nepotes non tenentur creditoribus patris.*
6 *Quanta ſit legitima nepotum in bonis Avi.*
7 *Verbum* repræſentare *quid ſignificet.*

C A P. CXXXXII.

1 LIberi, qui jure repræſentationis ſuccedunt, an ex patris perſona ſuccedant, vel ex propria, nunc videndum eſt; Quod ex patris perſona ſuccedant, probatur ex *§. cum filius, Inſtit.de hæred. quæ ab inteſt. defer.* ubi nepos aſſumit locum patris ſui, & ſuccedit cum patruo, idem probatur ex *Novell. 127. in princ.*ibi: *Paternum ingredientes gradum, & gloſ. in d.§.cum filius,* ibi: *Nec ſuccedit ex perſona ſua, ſed patris, Bart. & alii in l.Gallus, §. & quid ſi tantùm, ff.de liber. & poſth.*

2 Ratio eſt, quia cum naſcatur nepos ex ſtirpe privilegiata, meritò eandem naturam privilegii aſſumit; quam pater habebat, nam forma, & origo, quæ à radice ducitur, in quolibet derivato reperitur, *l. in ratione, §. ſi filio, ff. ad l. Falcid.* Faciunt Phiſicæ doctrinæ, unumquodque generat tale, quale ipſum generans, & prima cauſa ſemper repræſentatur in ſecunda, in quam influit rurſus, quod ſtatuitur in cauſa proxima, cenſetur ſtatutum in cauſa remota, quæ per illum, vel per illam deſcendit.

3 In contrariam opinionem iverunt alii, & quidem numero ſuperiores, nempè nepotes, pronepotes, & abnepotes in cauſa repræſentationis ex perſona ſua, non patris ſuccedere, ſcripſit *Bar.* ſibi contrarius in *l.ſi avus, C.de liber. prætor. Gabriel.lib.4.commun. concluſ. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. concluſ.1, lim. 7. num. 26.*

Fundamenta ſunt, quia non aliter nepotes, pronepoteſvè ingrediuntur locum patris, quam ſi pater deſierit ſuus hæres eſſe, vel morte naturali, vel civili. Et à patre in filium tranſmiſſio non poteſt fieri, nec actu, nec potentia. Non actu, quia filius in poteſtate ſui patris exiſtens non habet jus, nec actu quoad hæreditatem avi, viventis enim non eſt hæreditas, ergo nepos, non habet jus repræſentationis à patre, ſed proprio jure.

4 Nec obſtant *d.§.cum filius, & d.Novell.127.* Quia in dictis juribus deciditur, quod nepotes aſſumant locum patris ſui, & gradum, non perſonam, nempe in *d.§.cum filius,* ibi: *Æquum enim eſt nepotes, nepoteſvè in patris ſui locum ſuccedere.* Et in *d.Novell.*ibi: *Paternum ingredientes gradum, & illius ferentes portionem.* Unde non jure *gloſ.in d.§.cum filius,* intelli-

telligit, ut nepos aſſumat perſonam patris ſui.

Quæ diſputatio utilitate non caret, potentius eſt enim jus, quod quis habet jure proprio, quam quod habet jure alieno, *l. ſi filius, §. 1. ff. de fideic. liber. Dec. in l. 1. ff. de reg. jur.* Hinc nepos repræſentans patrem non tenetur ad debita patris, quia non venit, ut hæres patris, & quatenus venit ex perſona patris venit privativè, non tranſmiſſivè, *Bald. in l. mutuum, §. 1. ff. de acquir. hæred. Surd. conſ. 83. & 143.* ità *Gratian. diſc. 785.* & ità poteſt ſalvari *gloſ. in d. §. cum filius.*

6 Confert quæſtio, ſi quinque, vel plures nepotes ex uno filio præmortuo in bonis Avi habeant putà ſemiſſem pro eorum legitima ex perſona propria, vel trientem ex perſona patris? Dic ſemiſſem pro virili, & non in ſtirpes, *Mangil. de imput. q. 20. n. 26. Coſta de port. ratæ q. 18. n. 5. Rota poſt Merlin. de legitim. dec. 59. & 61. Altograd. conſ. 58. lib. 1. n. 21.* Si ceſſio in ſtirpes non procedit, quando plures filii ex uno ſunt, quia ſtirpes conficitur ex pluribus. Diverſum eſt in pluribus nepotibus ex diverſis filiis, *Fuſar. de ſubſt. q. 485. n. 115.* dixi latè *de linea legal. art. 27. n. 12. & 13. lib. 1. & reſponſ. 29. poſt tract4t.*

7 Verbum *repræſentare* quid ſignificat, dixi *d. art. 27. n. 1.* ubi quod ſit æquivocum, & ſignificat plura diverſi generis; inter alia, quod perſonam alicujus repræſentare in comædiis, vel tragædiis.

ARGUMENTUM.

Pater dotando filiam, an propriam perſonam gerat, vel adminiſtratoris, ſi habeat bona adventitia ſub adminiſtratione? Refellitur *Merenda*. Quid ſi dicat, ſe dotare de paternis, & maternis, vel ſtipuletur renunciationem aliis bonis, aut ſi dicat ſe dotare pro omni eo, quod prætendere poteſt. Tutor, vel Curator, an titulo non expreſſo in dotatione cenſeantur adminiſtratorio dotare titulo?

SUMMARIUM.

1 *Pater dotando filiam, an præſumatur adminiſtratorio nomine dotaſſe?*
2 *Quid ſi dicat de paternis, & maternis dotare?*
3 *Filia ſi renunciet aliis bonis, an includantur bona matris?*
4 *Quid ſi pater expreſſerit ſummas de bonis ſuis, & matris filii?*
5 *An attendatur methodus in dotatione aliarum filiarum?*
6 *Filia, ſi de ſuis ſe dotet, & pater deindè ſolvat dotem, an ſolvere cenſeatur juxtà naturam dotis conſtitutæ.*
7 *Quid ſi pater ſit inops?*
8 *Uxor uſufructuaria bonorum viri intervenire, cenſetur pro intereſſe in uſufructu.*
9 *Tutor, vel Curator non expreſſo titulo, dotare, cenſentur adminiſtratorio.*
10 *Debitor ſponſæ dotando compenſat cum ſuo debito. Quidquid ſit in legatis.*

CAP. CXXXXIII.

1 Pater adminiſtrator bonorum filiæ, ſi ei dotem conſtituat, utrum proprio nomine, vel adminiſtratoris dotaſſe cenſeatur? *Bart. in l. Neſennius,* per illum *text. ff. de negot. geſt. num. 5.* credit adminiſtratorio nomine. Opinio tamen *Bartoli* communiter reprobatur; quoniam idem *textus in d. l. fin.* præſupponit, adeſſe bona ſub adminiſtratione paterna, ut adventitia, *Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 19. n. 13. Menoch. lib. 3. præſ. 15. num. 12. Paſchal. de patr. poteſt. cap. 6. n. 23. Boſſ. de dote cap. 4. num. 35. & 42.* Quia hæc præſumptio fundatur in legali neceſſitate, & adminiſtratio bonorum non tollit neceſſitatem, cum pater etiam filiam divitem dotare teneatur. Hanc tamen traditionem impugnant *Fachin. lib. 10. controv. 38. Merend. lib. 3. cap. 14.* arguens ab alimentis maſculorum ad dotem filiarum. Præterea *Imperator in d. l. fin.* dotem conſtitutam filiæ diviti appellat liberalitatem.

2 Ampliatur etiam ſi dicat pater ſe dotare de paternis, & maternis, nam de paternis tantum cenſetur principaliter dotaſſe, materna autem, ab illo dicuntur adjecta pro cautela viri, & in ſubſidium, quatenùs paterna non ſufficiant, ut probat *text. in d. l. fin. §. antic. n. 8. Paſchal. n. 3. Amat. reſol. 23. n. 12. Boſſ. n. 59. Bottiglier. de ſucceſſ. theor. 96. n. 12.*

Extendunt plerique etiam ſi expreſſe pater declaraverit dotare partim de bonis ſuis, & partim de maternis, vel propriis filiæ, *Bald. Novell. de dote p. 6. privil. 6. Paſchal. n. 10.* Verius eſt oppoſitum, ut idem *Paſchal. n. 11. Boſſius n. 67. Buratt. dec. 283.*

3 Quid ſi filia renunciet aliis bonis acquieſcendo doti uti ea contenta? Alii volunt, nec de maternis dotem cenſeri conſtitutam, nec materna bona includi in renunciatione, ſed ſolum renunciatum paternis, ex *Afflict. dec. 178.* Communis, & magis recepta opinio eſt, materna non includi, cum renunciatio ſtricti juris ſit, *Cancer. p. 2. var. cap. 6. de ſolut. n. 62. Paſchal. ad Prat. p. 2. cap. 6. in fin.* Verum ait *Card. de Luca de dote diſc. 154. n. 9.* totum poſitum eſſe in Judicis arbitrio ex

particularibus, & conjecturis, quæ veriſimiliter voluntatem renunciantis, & renunciatarii ſuadeant.

4 Ubi pater expreſsè declaraverit quantum det de ſuis, & quantum de filiæ diſtinguendo ſummas, & attenditur expreſſio, *Menoch. n.14. Mantic.n.22. Boſſ. n.67.* Beneverum hoc caſu intrat inſpectio petendi ſupplementum, ſi portio à patre data non ſit congruat, *Card.de Luca de dote diſc.154.n.12.*

Si autem pater ſummas non expreſſerit, dixerit tamen dare ſummam conventam pro omni, & toto eo, quod de ſuis bonis, & hæreditate petere poſſit, tunc iſta generalitas ſufficit; & cenſetur incluſa etiam portio dotis maternæ, & ità ſervat uſus, nedum ubi conſtituitur dos per actum inter vivos, verùm etiam per ultimam voluntatem, *Menoch.n.24. Mantic.n.27. Paſchal.n.11. Boſſ.n.78. Buratt.dec.283.* ubi in ſpecie, quod facto per patrem legato dotis pro toto, & omni eo, quod de ſuis bonis, & hæreditate prætendere poteſt, cenſetur incluſa portio dotis maternæ. Et licèt aliqui diſtinguant, an dixerit de bonis, vel de hæreditate, quaſi quod dicendo de bonis non inducatur compenſatio debiti dotium maternarum detrahendi, ex quo bona dicantur deducto ære alieno, ſecus ſi dicat de hæreditate, quæ jura activa, & paſſiva in univerſum continet, *Buratt. ubi ſup.* Contrarium tamen tenent *Cancer.p.2.cap.6. n.2. Pratus ad Paſchal. p.2. cap.6.& fin.Boſſ.n.78.*

5 Idem ſi pater aliam filiam prius dotaſſet expreſsè partim de ſuis, partim de illius filiæ, ſi enim aliam filiam dotavit, cenſetur eandem methodum tenuiſſe ad ſervandam inter filios æqualitatem, *Mantic. n. 25. Menoch.n.26. Boſſ.n.51.* Ab eis tamen diſſentiunt relati per eoſdem, qui amplecti videntur diſtinctionem, ut limitatio procedat, ubi in ſecunda dote pater declaraverit dotare de paternis, & maternis, ſecus ſi nihil expreſſerit.

6 Quando filia de ſuo ſe dotat, & poſteà pater ſolvit, ſi is habet in manibus de bonis filiæ, putà dotes maternas, cenſetur ſolviſſe juxtà naturam conſtitutæ dotis, *Mantic. n. 30.* ubi tamen ponit ſub dubio *Boſſ. n. 18. Card.de Luca n.15.*

7 Pater, ſi inops ſit, ubi ſumma promiſſa excedit vires patrimonii, tunc cenſetur promiſſa de bonis filiæ, *Mantic. ex num.15. Boſſ.num.47.*

8 Si uxor conſtituta à viro uſufructuaria omnium bonorum interveniat una cum viri hæredibus in promiſſione dotis filiæ, tunc cenſetur interveniſſe pro ejus intereſſe in bonis, in quibus habet uſumfructum, *Cyriac. controv.510.*

9 Tutor, vel Curator dotem conſtituendo, titulum in dotando non exprimendo, probabilius eſt dotationem ad titulum adminiſtratorium potiùs referendum eſſe, quia ubi duplex cauſa, una voluntaria; altera neceſſaria dari poteſt, actus potiùs referendus eſt ad neceſſitatem, in qua nemò liberalis exiſtit, *Merlin.dec.113. Rojas dec. 144. n.2. Reg. Latr.dec.38.n.2. Ciroecb.diſc.26.num.28. Boſſ. cap.3. num. 108.* Quidquid firment *Socc.jun. conſil.79.lib.3. Rota dec.131.* poſt *Merlin.de legitim.* Niſi Tutor, vel Adminiſtrator ſciens bona dotata ad tantam ſummam non aſcendere exceſſivam dotem conſtituit, quia illud plus donare cenſetur de ſuo, *Boſſ. num.108.* idque præſertim reſpectu viri, cui titulus adminiſtratorius expreſſus non eſt. In tutore ſe proprio, & principali nomine obligato aliud tradunt relati per *Giurb.ut Conſuet. Meſſan. cap. 3. gloſ. 6. p.1. n.47.* At videndus *Giurb.* dum *Card.de Luca diſc.154.* diſſidet.

10 Prout ſi dotans ſit debitor, & conſtitutio non ſit jure legati, quia tunc promiſſio cenſetur facta animi compenſandi, *l. uxorem, §. pater, ff. de leg. 3.* & ibi *Bart. Cuman. & alii, Altograd. conſ. 85. n.36. lib.1.*

ARGUMENTUM.

Hæres hæredis, an repræſentet mediatum defunctum in renunciatione, hypotheca bonorum hæredi? Filii non obſtante renunciatione hæreditati patris, vel matris ex propria perſona, an venire poſſint ad bona obventa parentibus binubis ex ſucceſſione immediata primi conjugis, ex diſpoſitione *l. fœminæ, C. de 2. nupt.*? Et quid ſi renunciatio fuerit occaſione dotis filiæ traditæ?

SUMMARIUM.

1 *HÆres hæredis in renunciatione, an repræſentet defunctum?*

2 *Bona hæredis hæredum non veniunt in hypothecа bonorum hæredis:*

3 *Filii ſuccedunt ex perſona propria in obventis parenti binubo immediatè à primo conjuge.*

4 *Renunciatio hæreditatis non obſtat filiis ex propria perſona venientibus.*

5 *Renunciatio facta per filiam dotatam, an includat hujuſcemodi bona?*

CAP. CXXXXIV.

1 HÆres hæredis diverſus eſt à perſona mediati defuncti in pluribus. Primò in materia renunciationis, quia venit ſolùm

primus,

primus, & immediatus hæres, ſi quis renunciaverit pro ſe, & hæredibus, ità *Capyc. deciſ.* 191. & ibi *Maſcell. D. Reg. de Marin. lib.* 1. *reſol.* 191. *n.* 10. Quidquid dubitent aliqui ex *Piſanell. in Conſuet. ſi moriatur*, qui nullibi ſibi ſomniavit impugnare hanc traditionem, ut dixi in *obſerv.* 690. *Præſ. de Franch. n.* 7.

2 Præterea ſi quis obligat ſua bona, & ſuorum hæredum, tunc in hypotheca veniunt ſolummodò bona primorum, & immediatorum hæredum, non autem mediatorum, & ſic in infinitum, quia ſumus in materia ſtricta, & rigoroſa, in qua hæres hæredis non dicitur teſtatoris, ut ex *Capyc. dec.* 191. & *Fuſar. de ſubſtit. q.* 343. *Card. de Luca lib. de credit. diſc.* 38. & dixi in *d. obſerv.* 690. *n.* 8.

Confert *text. in l. cum antiquitus, C. de uſufr.* ubi ſi uſusfructus relinquitur hæredi, qui ex natura ſua eſt ſervitus perſonalis, terminatur cum perſona primi hæredis, ne detur multiplicatio exorbitantium.

3 Conjux binubus, qui ex diſpoſitione *l. fœmina, C. de* 2. *nupt.* gravatur reſtituere filiis primi matrimonii id, quod obvenit ex ſubſtantia primi conjugis, debet reſtituere ea, quæ obveniunt ab immediata, non autem mediata ſucceſſione, *Rota* apud *Martin. Andr. dec.* 74. *Dunozett. dec.* 641.

Renunciatio hæreditatum facta per filiū, vel filiam non comprehendit ea, quæ obveniunt ex diſpoſitione *d. l. fœmina*, ità *Præſ. de Franch. dec.* 690. *n.* 4. *Marant. in ſingul. lit. F. incip.* Filia ubi ſic per S.C. deciſum refert *Cancer. p.* 3. *var. tit.* 5. *de renunc. n.* 337. *D. Hodiern. ad l. hac edictali q.* 22. *n.* 90. & ſcripſi *ubi ſup. num.* 9. Undè filii poſſunt venire contra renunciationem ex propria perſona.

4 Quid ſi hæredes ſint patris, vel matris binubi, vel binubæ? *Gabriel. concluſ. comm. tit. de ſecund. nupt. concluſ.* 2. *n.* 4. negat, ubi quod filius primi matrimonii non poteſt ex jure ſibi competente ex *d. l. fœmina* vendicare à tertio bona à primo viro eorum patre obvenientia, de quibus mater titulo legati, vel alio diſpoſuerat *Card. de Luca de dote diſc.* 103. *num.* 18.

5 Includuntur benè verum bona ſub renunciatione facta à filia dotata à patre, ſi attento ejus patrimonio, quam more regionis dos exceſſiva fuerit, præſertim ſi filio maſculo veriſimiliter prædilecto æquivalens bonorum quantitas non remaneat, ità *Card. de Luca diſc.* 34. *n.* 7. ubi ità refert judicatum à *Rota de anno* 1656. 27. *Maii coram Albergato*, ubi firmatur, quod ſub renunciatione facta per filiam patri dotanti de bonis, & hæreditatibus, & ſucceſſionibus maternis, & fraternis venirent etiam ea, quæ ex diſpoſitione *text. in d. l. fœmina*, per parentem binubum filiis primi matrimonii reſervari debent; quamvis ſub generali renunciatione non veniant, ex dicta veriſimilitudine reſultante ab exceſſivitate dotis, alias patris qualitati incongrua, ſi de ejus bonis tantùm, atque ad limites legalis obligationis dotare debuiſſet.

Neque comprehendit renunciatio ea, quæ obveniunt ex diſpoſitione *l. hac edictali, C. de* 2. *nupt.* ut *Præſ. de Franch. ubi ſup. num.* 1. *Cancer. num.* 377. *Hodiern. num.* 94.

ARGUMENTUM.

Nepotes plures ex uno filio, an pro uno reputentur ad excuſationem à tutela? Hæſitatur num in capita ſuccedant Avo, & ſinguli proſint pro immunitate Avi, à muneribus patrimonialibus ob numerum 12. liberorum. Reſolvitur oppoſitum in immunitate perſonali. Numerus pupillorum, an plures tutores faciat?

SUMMARIUM.

1 *Nepotes ex uno filio, an pro uno reputentur ad excuſandum Avum à tutela?*

2 *Plures nepotes in ſucceſſione Avi, an pro uno reputentur?*

3 *Quid in excuſatione à munere patrimoniali?*

4 *Reſolvitur quæſtio.*

5 *Pupilli plures, an pro una tutela computentur.*

CAP. CXXXXV.

1 Nepotes plures ex uno filio, an pro una perſona computantur ad excuſationem Avi à tutela? *Gloſ. in §. item nepotes, Inſtit. de excuſ. tut.* affirmat *in verb. in locum patris*, ibi: *Sed nunquid omnes loco unius computentur? Reſpondent quidam quod non. Sed contradicunt legi expreſſæ, nam loco unius numerantur quotcumque ſint, ut in græca l. ff. eod. l.* 2. *§. quotcumq; Nam etiam in ſucceſſione loco unius computantur, ut infr. de hæred. quæ ab inteſt. def. §. cum filius, Theſaur. dec.* 267. *n.* 6. *Reg. Conſtant. in l. ſi quis decurio, C. de decur. lib.* 10. *Andreol. controv.* 283. *num.* 8.

2 Hæſitari autem poterit ex iis, quæ ſuperius dixi de nepotibus ex uno filio, quia ſi plures quam quatuor ſint eorum legitima eſt ſemis, & non tertia pars, quam eorum parens habuiſſet, ex *Mangil. de imput. q.* 20. *n.* 16. *Coſta, Peregr.* & *alii cum Altograd. conſil.* 58. *lib.* 1. *n.* 21. & 25. & *de linea legal. art.* 87. *n.* 18. & 58. ubi aliter in pluribus nepotibus ex diverſis filiis, *§. cum filius, Inſtit. de hær. quæ ab inteſt. defer.*

3 Ad hæc in materia immunitatis à muneribus patrimonialibus, an plures nepotes ex

uno

uno filio habeantur loco unius? Etſi *Præſ. de Franch. dec. 259. n. 15.* affirmet. Verius eſt oppoſitum, quod ſi avus habet undecim nepotes ex filio in poteſtate, eoſque ſub alimentis tenet, Avo conceditur immunitas, ut deciſum refert *Thor. p.. verb. immunitas*, & alii, quos refert, & ſequitur *D. Reg. Sanfel. dec. 391. n. 25. Pratus ad Paſchal. de patr. poteſt. p. 4. cap. 4.* ubi recenſet *Doctores* contra *Præſ. de Franch.* & teſtatur de veriori, quod ſinguli nepotes ad augendum numerum connumerari debeant, ſivè filius deceſſerit, ſivè vivat, addo *Marott. diſcept. 21. Andreol. n. 19. D. Reg. de Marin. ad Revert. obſerv. 261.*

4 Verum quicquid ſit de immunitate patrimoniali ob numerum 12. liberorum, in immunitate perſonali ad excuſationem tutelæ plures nepotes ex uno filio pro una perſona reputantur, *Reg. de Marin. ad Revert. ubi ſup.* & dixi *in obſ. 65. ad dec. Præſ. de Franch.*

5 Plurium fratrum commune patrimonium habentium tutor dicitur unius tutelæ tantum, & pro una computantur, *§. item tria onera, Inſtit. de excuſ. tut.* non enim numerus pupillorum plures tutelas facit, ſed patrimoniorum ſeparatio, *l. tria, & l. ſi is, ff. de excuſ. tut.* Aliud ſi patrimonia ſint diviſa, ut *d. §. item tria.*

ARGUMENTUM.

Tutrix nomine filii ſubſtinens judicium in aliquibus bonis, & ſuccumbens tempore, quo poſſidebat ea uti creditrix, an ratione notitiæ litis nequeat ex propriis juribus impedire executionem?

SUMMARIUM.

1 *Tutrix, vel Tutor nomine pupilli ſuccumbens, an ex propria perſona impediat?*
2 *Sententia lata contra debitorem nocet creditori ſcienti.*
3 *Sententia lata inter alios, an noceat ſcienti, & patienti?*
4 *An debeat agi actione reali?*

CAP. CXXXXVI.

1 Tutrix, quæ nomine filii ſubſtinuit judicium ſuper bonis aliquibus, ſuccumbens, an poſſit impedire executionem ſub prætextu proprii juris, putà ſub prætextu, quod bona non poſſiderentur à pupilla, ſed ab ipſa pro hypotheca dotis? Dic, quod ipſa Tutrix ratione ſcientiæ litis ſibi præjudicet ſaltèm quoad poſſeſſionem, nec poſſit impedire ſententiæ executionem, *Felin. in cap. cum ſuper, n. 12. de re judic. Alex. in l. à Divo Pio, §. ſi ſuper rebus, n. 24. ff. de re judic. Veſtr. lib. 5. cap. ult. n. 25. Pacific. de Salvian. inſp. 4. cap. 4. n. 36. Mareſcott. var. cap. 121. n. 7. lib. 2.* in terminis tutricis *Cancer. var. lib. 3. cap. 17. n. 548. Rota* poſt *Poſt. de manutent. dec. 325. n. 10.* Communem fatetur *Scaccia de appellat. q. 17. lim. 6. membr. 4. n. 37.* licet ipſe diffidat.

2 Sententia lata contra debitorem nocet tertio creditori poſſidenti pignus, ſi litem agi ſciverit, *Covar. pract. 99. cap. 13. n. 7. Surd. dec. 256. n. 6.* latè *Scaccia de re judic. gloſ. 14. q. 12. num. 27.*

3 Regulare enim eſt, quod ſententia lata inter alios nocet tertio ſcienti litem agi, quando ad illum tertium principaliter ſpectat defenſio, *l. ſæpè, ff. de re judic. Cancer. ubi ſupr. n. 555.* ubi tradit, quod licet mater in illo judicio non intervèniſſet proprio nomine, ſed tutorio, tamen ſententiæ nocebant, quia viderat nonniſi de jure ſub agi, & in puncto matris tutricis, *Aachar. conſ. 333. circa medium, Rota* poſt *Poſtium dec. 325.*

4 Aliud ſi actum fuiſſet de actione perſonali, & poſteà relaxata executio contra tertium poſſeſſorem etiam ſcientem, quia in judicio non fuit diſputatum de re, vel poſſeſſione illius rei, & tertius tunc non tenetur comparere, cum non ageretur de re à ſe poſſeſſa, ità *Gozadin. conſ. 103. n. 12. Ancharan. ubi ſup. Andreola* fusè *controv. 181.*

Sententia lata cum debitore nocet creditori jus conſequutivum habenti, & dependens à jure debitoris, ſi creditor ſcivit litem motam, & paſſus fuit nihil opponi, quia lata fuit cum legitimo contradictore, de his, & aliis vide, quæ ſcripſi in *obſerv. 524. Præſ. de Franch.*

ARGUMENTUM.

Emptor hæreditatis, an gerat perſonam tàm venditoris, quàm defuncti. An ſit propriè hæres, vel fictè ex contractu emptionis ſuccedens? Sitque neceſſaria ceſſio jurium, & actionum, & paſſivæ, an ſint ceſſibiles? An differat ab hærede gravato, & ab emptore bonorum particularium?

SUMMARIUM.

1 *Emptor hæreditatis, an fungatur vice venditoris?*
2 *An repræſentet emptor defunctum?*
3 *Utrumque tàm defunctum, quàm venditorem repræſentet?*
4 *Cauſa viventis differt à cauſa demortui.*
5 *Venditor eſt propriè hæres.*
6 *Jura activa, & paſſiva hæreditaria penès venditorem remanent.*

7 *Paſſivas actiones nullo modo transfert venditor, & qualiter ſibi conſulat.*

8 *Commodum ſubſtitutionis pupillaris non percipit emptor.*

9 *Reſolutio articuli.*

C A P. CXXXXVII.

1 EMptor hæreditatis, quam perſonam ſubſtineat utrum venditoris, vel defuncti, aut utriuſque? In controverſiam nunc deducitur. Dicendum videtur, quod ſubrogetur in locum venditoris, ità *Crott. in l. re conjunct. n. 49. ff. ad leg. 1. Gugliel. de Benedict. in cap. Raynutius, verb. & uxorem nomine Adelaſium, n. 99. de teſtam.* Cujus perſona fungitur *§. emptor, C. de hæred. vel act. vend.*

2 Reſpectu perſonæ defuncti venditor cenſetur eum repræſentare, ità *Jaſ. in d. l. re conjuncti, n. 141.* & ibi *Polit. n. 57. Alciat. n. 42. Jaſon. in l. unic. C. quand. non pet. part. n. 20. & l. 2. n. 9. C. de pact.* Ratio poteſt adduci, quia venditor licet non habeat rem, habet tamen pretium, quod quia in univerſalibus ſuccedit loco rei, *l. ſi ex rem, ff. de petit. hæred.* Quo fit, ut venditor defunctum repræſentet.

3 Nec eſt, quod replices, ſi emptor ſubrogatur in locum venditoris, ergo etiam defuncti perſonam ſubſtinet; cum ſubrogatus in alterius locum cenſeatur eodem jure, quo is, in cujus locum ſubrogatur, *l. hæredem, ff. de reg. jur. l. ſi eum, §. qui injuriarum, ff. ſi quis caut.* Reſpondetur enim, quod emptor verè ſit hæres, non habent hæreditatem ex voluntate defuncti, & loco rerum habeat pretium; E' converſò emptor eſt ſucceſſor particularis reſpectu venditoris, *l. non tantum, ff. de fideicom. libert. Bellon. de jur. accreſcend. cap. 7. quæſt. 67. num. 39.*

4 Præterea emptor venit ex contractu, & ſic ex cauſa viventis, quæ multum differt à cauſa demortui, *l. ult. §. ult. ff. comm. prædior.* nec habet hæreditatem ex defuncti voluntate, & ſemel hæres nunquam deſinit eſſe hæres.

5 Ad hæc hæres eſt venditor, quia cum duo ſint neceſſaria, ad hoc ut hæres fiat. Primò, quod fuerit à teſtatore, vel à lege vocatus ad hæreditatem. Secundò, quod eam adierit *l. pretia rerum, ff. ad l. falcid.* utrumque concurrit in venditore, quippè ſupponimus adiiſſet hæreditatem, ad quam ex teſtamento, vel ab inteſtato eſt vocatus, non etiam emptorem, quem ſupponimus omnino extraneum.

6 Venditor eſt quoque hæres, quia habet omnia jura activa, & paſſiva, quæ non tranſeunt in emptorem, ſed remanent penès venditorem, *l. 2. C. de hæred. vel act. vend. l. 2. C. de pact.* Quæ licet poſſint ex diſpoſitione legis ſaltem utiliter transferri, non tamen poſſunt ex diſpoſitione hominis per contractum, *l. ſi mulier, §. ex aſſe, ff. de jur. dot. Bald. in d. l. 2. n. 1. C. de pact.* Quamobrem licet quis vendat hæreditatem, non tamen ipſo jure transfert actiones aut activas, aut paſſivas in emptorem, ſed tantùm remedio ſtipulationum, quæ inter eos interponi ſolent, *l. venditor, ff. de hæred. vel. act. vend.* Nam emptor à venditore ſtipulatur, ſibi præſtari, quidquid ad eum ex hæreditate pervenerit, venditor verò ſtipulatur ab emptore ſe indemnem ab eo habiturum, ſi quid damni ex re hæreditaria patiatur. Undè fit, ut licet venditor hæreditatis tradendo res hæreditarias cenſeatur earum dominium in emptorem transferre, non tamen cenſeatur transferre actiones hæreditarias activas, ſed eas penès ſe retinere, indeque poſſit adhuc agere contra debitores hæreditarios, & ab eis pecuniam exigere, *l. 2. §. perveniſſe, verſ. enim verò, ff. de hæred. vel act. vend.*, vel agere contra poſſidentem res hæreditarias, & ab eis illas evincere, *l. venditor, ff. eod.* Neque transfert ipſo jure actiones, prout hæres gravatus reſtituendo fideicommiſſum. Hinc fit, ut emptor non poſſit agere contra debitores hæreditarios, niſi actiones ceſſæ ſint, prout hæres cedere tenetur, *l. 2. §. perveniſſe, & §. non ſolum, ff. venditor, ff. de hæred. vel act. vend.* Quo caſu poterit utilibus experiri, ut poſſunt omnes ceſſionarii. Quinimò ſi fuerit conſtitutus procurator in rem ſuam, poterit etiam experiri actionibus directis, & ſic mandatis alieno nomine, licet in utilitatem ipſius agentis, *l. emptor, C. de hæred. vel act. vend.* Etſi venditor in agendo aliquid fuerit conſecutus, id omne emptori præſtare tenebitur, ut emptor id conſequatur actione ex empto, vel ſtipulatu.

7 At paſſivas actiones hæreditarias nullo modo cenſetur hæres in emptorem transferre, quia non poteſt facto ſuo, & ſine creditorum conſenſu ſe eximere ab obligationibus jam contractis per aditionis quaſi contractum. Quamobrem poterit à creditoribus, & legatariis conveniri, *l. 2. C. de hær. vel act. vend.* Nec poterit, ſe exceptione tueri, quod hæreditatem vendiderit, ſicut poteſt hæres gravatus, qui ex *Trebelliano* reſtituit hæreditatem, *l. 1. §. ſublata, ff. ad Trebell.*

Emptor neque poteſt à creditoribus, vel legatariis conveniri, niſi volens judicium accipiat, ut in *d. l. 2. C. de pact.* Beneverum poterit creditores ex perſona hæredis, vel ratione promiſſæ ſolutionis faciendæ creditoribus, ut *gloſ. in d. l. 2.* & late *Preſ. de Franch. dec. 273.* ubi *Ego in obſerv.*

8 Ulterius commodum ſubſtitutionis pupillaris percipit venditor hæreditatis, quando Teſtator ſubſtituit ſub hac formula:

Quiſquis

Quiſquis mihi hæres erit, idem impuberi filio meo hæres eſto. Emptor enim non ſuccedit pupillo, *l.2.§.illud, ff.de hæred.vel act.vend.*

5 Ingens differentia eſt inter venditionem fundi, vel alterius rei, & venditionem hæreditatis, nam quoties quis vendit fundum, transfert in emptorem omne jus, quod habet, & per conſequens rei dominium, ut ex natura venditionis, *l.ex empto, ff.de act.empt.* Adeout ſi venditor uti legatarius partis hanc vendat, & deindè collegatarius repudiet alteram partem legatam, in qua ſit conjunctus re, & verbis, vel alio modo, itaut ad beneficium venditoris habuiſſet locum jus accreſcendi, tunc hoc jus cedit ad beneficium emptoris, & non venditoris, uti partem non habentis, *Bart. in d. l. re conjuncti, Gomez tom.1.var.cap.10.n.44. Graff. in §. Jus accreſcendi, q.10. Bellon. ubi ſup. n.* 14. quia portio portioni accreſcit, nec in particularibus pretium ſuccedit loco rei in beneficium venditoris, & vendita re legata, omnia acceſſoria tranſeunt, unde vendito ſervo legato, cenſetur etiam venditum legatum, quod eidem ſervo legatum erat, *l. quæſitum, §.ſervo legato, ff. de leg.* 1. præſertim ſi relictum ſit poſt venditionem. Imò etiam ante venditionem. Et emptor ſubrogatur in locum venditoris, alioquin nec hæredi venditoris competeret, ità *Bellon.num.*23. & pars, quæ poſteà vacat, cenſetur ſaltem per fictionem competuiſſe tempore contractus, *l. Titio, & Sejo, ff.ad l.Aquil.*

Quoties autem venditur pars hæreditatis, remanent apud venditorem omnia jura, & actiones, *l.1.C. de hær.vel act.vend. Bellon. num.* 124.

Pro reſolutione, itàque articuli; an emptor vicem hæredis, & defuncti obtineat, reſpondet *Bellon.n.*131. non ſubſtinere juris authoritate, prout ſubſtinet fideicommiſſarius. Aliter reſpectu ſtipulationis, undè ſi conveniatur venditor à creditoribus hæreditariis, ipſe pro ſua indemnitate, & relevatione eo caſu aget contra emptorem, & ità intelligenda ſunt verba *text.in l.2.§.cum quis, C. de hæred.vel act.vend.* ibi: *Æquiſſimum videtur, emptorem hæreditatis vicem hæredis obtinere.*

Emptor hæreditatis à Fiſco directè convenitur, *l.1.C. eod.* & videntur late *Bellon. num.*134.

ARGUMENTUM.

Fœmina ex maſculo, an gerat figuram maſculi? Diſtinguitur, ſi vocatur generatio maſculina, vel ille de generatione maſculina, vel primogenitus maſculinus. Demum an neptis ex filio præmortui uti maſculus excludat fœminam? Duplex perſona qualiter evincat à ſeipſa. Mille homines, nec ſint unus formalis. Reduplicetur quis ob Patrimonia ſita in diverſis Urbibus.

SUMMARIUM.

1 *FOEmina ex maſculo, an gerat perſonam maſculi, & generatio maſculina qualiter ſumatur?*

2 *Recenſentur* Doctores *negantes.*

3 *Inter filiam ſtipulantis, & neptem ex filio diſtinguunt alii.*

4 *Vocatis illis de generatione maſculina venit fœmina ex maſculo.*

5 *Quid ſi vocatur primogenitus maſculinus.*

6 *Neptis ex filio maſculo præmortuo, an uti maſculus excludat amitam?*

7 *Duplex perſona qualiter evincat à ſeipſa.*

8 *Mille teſtes ſingulares nec ſint unus.*

9 *Reduplicatur perſona ob patrimonia in diverſis* Urbibus *ſita.*

CAP. CXXXXVIII.

1 FOEmina ex maſculis orta, an fungatur vice maſculi? Diſtinguendum erit. Nam alia res eſt, ſi veniat appellatione generationis maſculinæ?

Negant *Corn.conſ.*190.*lib.2.Fuſar.conſ.*24.*n.20.& de ſubſtit.q.329.n.5.Accolin.reſol.*115.*n.*24.nec ſufficere, quod maſculinitas verificetur in perſona generante, judicatum refert in *Rota Card. de Luca de emphiteut. diſcurſ.* 13. Emphiteuſi itàque conceſſa ad tertiam, vel aliam generationem maſculinam, tunc maſculum venire, non fœminam, licet natam ex maſculo, quia reſpicit perſonam generatam, & non generantem, *Gratian. diſc.296.n.2.& diſc.999.n.3. Merlin. dec.*424. *Accolin. num.* 24.

2 Ratio dubitandi eſt, quia generatio maſculina duplicem ſignificat generationem activam, & paſſivam, *l. filiusfamilias*, ubi *gloſ. ff.de teſtam. §.teſtamenti autem facti, Inſt. de hær.& qualit.differ. Rota dec.*312.*p.*12.*rec. n.*2. aliquando generatio paſſiva accipitur pro perſona generata.

3 Alii diſtinguunt, inter filiam ſtipulatoris, & inter neptem ex filio, ut in primo caſu non veniat filia, nam convenit ſolum generatio activà, aliter in nepte ex filio, in qua tàm activa, quàm paſſiva concurrit, activa ſcilicèt in acquirente, qui eſt generans, & paſſiva in filio, qui eſt generatus, unde qualitas generationis maſculinę in primo acquiſitore verificata, & impreſſa influit in omnes deſcendentes, ſive ſint maſculi, ſivè fœminæ,

næ, quia omnes ſunt generatio maſculina; ità diſtinguunt *gloſ. in l. Gallus, §. nunc de lege Vellejan. verb. nam etſi, ff. de liber. & poſthum.* ubi *Bald. & Alex. Fulgin. de emphit. tit. de ſucceſſ. q. 11. n. 1. Card. de Luca ubi ſup. n. 13.*

4 Veniunt fœminæ, ſi vocati ſint illi de generatione maſculina, non autem ſunt generatio maſculina, ità *Capram conſ.* 82. *num. 2. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 15. n.* 16. intelligit *Rota d. dec. 312. n. 4. p. 11. n. 1.* vide quæ ſcripſi *de linea lib. 1. art. 21. n. 23.* & in *Grat. cap. 296.*

5 Si autem vocatur generatio maſculina; maſculi ex fœmina non veniunt juxtà *Paul. de Caſtr. in l. maritus, C. de procur. Cald. de jur. emphit. lib. 2. q. 24. n.* 8. & dixi *de linea ubi ſup. num. 23.*

Primogeniti maſculini ſi vocentur, dubitatur, an veniant fœminæ ex maſculo? Pro maſculo primogenito ſcripſi *de linea art. 16. n.* 50. quidquid argui poſſit ex *Alex. conſ. 24. lib. 4.* ubi quod non denotat qualitatem maſculinitatis in deſcendente producto, & in cauſato, ſed in cauſa, & ſubſtantia producentis.

6 Filius ſi præmoritur patri, neptis ex eo tanquam ſubingrediens in perſonam patris excludat amitam vigore *Conſtitut. Regni in aliquibus*, vocantis maſculis excluſis feminis? Pro concurſu deciſum referunt *Capyc. deciſ. 21. Gramat. dec. 63. Urſill. ad Afflict. Dom. Reg. de Ponte, & alii*, quos cumulavi *in obſerv. 32. Praſ. de Franch. n. 4.* juxtà quam ſententiam judicatum refert *Praſ. Urſin. de ſucceſſ. feud. p. 3. q. 1. art. 11. n. 21.* Quia neptis ſuccedit in gradum, & non in perſonam patris, *Fab. def. 14. C. de pact. Dom. Praſ. Merlin. controv. 40. n. 21. centur. 2.*

Contrarium verius pro nepte, *Minad. in d. Conſtitut. in aliquibus, n.* 44. ubi ità practicatum refert *Molpheſ. de ſucceſſ. ab inteſtat. q. 32. per tot. Marta voto 71. à n. 12.* pet bellè *D. Reg. de Ponte à n. 41. Marott. diſcept. 12. n. 49. Dom. Reg. de Marin. lib. 2. reſolut.* 145.

Stringit pro nepte ad excludendam amitam, quia illa concurrit cum patruo ad ſucceſſionem Avi, ut *Reg. Rovit. d. conſ. 74. Thor. in compend. dec. p. 2. verb. neptis ex filio*, & judicatum refert *Marott. ubi ſupra*, dum igitur concurrit cum patruo, dici debet, ipſam repræſentare ſexum patris, & debere excludere amitam.

Reſpondebis, aſſignando inter utrumque caſum diſcrimen, dum ad excluſionem ipſa neptis non habet omnia ſexus maſculini, & ſimus in materia ſtatuti, & conſuetudinis, & ſtricti juris, concurrit autem cum patruo, quia ſuccedit in locum patris, & eſt portio patris, prout in ſorore maſculiata, quæ admittitur cum fratre, quamvis non excludat ſororem, dum omnia ſexus maſculini non recipit; *Bottilier. cap. 1. theor. 38. n. 13.* ubi reiicit *Andr. de Georg. alleg. 39. n. 3.*

7 Gravatus rem reſtituere ſi ſine liberis deceſſerit, & eam vendidit Petro, qui inſtituit hæredem ſubſtitutum, purificata conditione tunc ſubſtitutus, qui ſucceſſit Petro emptori, illemet ſibi evincit ex cauſa fideicommiſſi, *l. non tamen, l. ſi cui, §. 1. & l. ſi venditoris, ff. de evict. l. hujuſmodi, §. qui ſervum, ff. de leg. 1.* Ergo ex perſona defuncti emptoris pretium repetere poteſt ex ſtipulatu, vel agere ad intereſſe, ità in puncto conſuluit *Raphael Cuman. conſ. 13.* & ſequitur *Roxas de incompatibil. p. 5. cap. 6. n. 41.*

Dubium oritur, quia concurrerent duæ cauſæ lucrativæ, una ex ſucceſſione emptori, alia ex fideicommiſſo, quod etiam eſt cauſa lucrativa, ideoque non poſſet petere, *l. Mævius, §. duorum, ff. de leg. 2.* Reſpondent *Cuman.* non obſtare, quia non ad idem concurrant, ſed una ad rem, alia ad pretium ratione evictionis, *l. planè, §. 1. ff. de leg. 1.*

8 Mille putà teſtes ſingulares nec probant quantum unus, quia unus diminuit de fide alterius, ità *Bald. in l. de quibus, ff. de leg. & l. jus jurandi, C. de reb. cred.* ubi ob indirectionem tradit, non eſſe locum juramento ſuppetorio, *Maſcard. de probat. n. 2. concluſ. 955. n. 20. Cancer. p. 1. var. cap. 8. n. 31.* Qui dicit, non obſtare, ſi dicatur, quod numerus teſtium ſuppleat defectum, ex *gloſ. in l. 3. §. 1. ff. de teſtib.* Quoniam dicta regula non procedit hoc caſu, cum ipſa teſtium multitudo juncta cum ſingularitate ſit cauſa diminutionis fidei; quapropter mille teſtes ſingulares non probant, quantum unus, *Crav. de antiqu. temp. 3. p. ſect. ſed enim, n. 4.* Reſtringit *Cancer. n. 32.* niſi ſingularitas eſſet adminiculativa, ut dixi in *Gratian. cap. 144. n. 6.*

9 Ob diverſitatem patrimoniorum quis reputatur duplex homo, & duorum perſonam ſubſtinet, *Soc. ſen. conſ. 291. n. 2. lib. 1. Pariſ. conſ. 84. n. 42. lib. 1. Menoch. conſ. 1081. n. 2. Bellon. de jur. accreſc. cap. 9. q. 2. n. 98. & ſeqq.* ubi quod licet quis non poſſit decedere pro parte teſtatus; & pro parte inteſtatus, aliter ſi habeat patrimonia ſita in diverſis locis, in quibus diverſa viget juris diſpoſitio *Bar. Alciat., Menoch., & alii*, quos *Bellon. n. 10.* Et una, & eadem res, vel hæreditas poteſt diverſo jure cenſeri, ideſt jure communi reſpectu bonorum unius loci, & ſtatutario reſpectu alterius, *Alex. conſ. 128. lib. 1. Bellon. n. 97.* An autem in ſucceſſionibus ſpectanda ſint ſtatuta illius loci, ubi major pars bonorum ſita eſt, & major pars trahat ad ſe minorem? *Bellon. n. 105.* verius probat, quod non.

Deſuper autem cadit quæſtio, an ſtatuta ligent forenſes? Videndus *Bellon. à n. 122.* & quę latè ſcripſi in *obſ. 546. ad Praſ. de Franch.*

ARGUMENTUM.

In primogenitura agnatitia pro conſervatione agnationis, an defectis maſculis omnibus ſuccedat fœmina, ideòque ſit duplex, & maſculum, & in ſubſidium fœminam agnatam repræſentans? Diſtinguitur excluſio fœminarum, an ſit principaliter, vel dependenter ab exiſtentia maſculorum, & an ratio ampliationis ad incluſionem fœminæ ſit præpotens, & an veniat fœmina potiſſimum ad Impediendam libertatem bonorum?

SUMMARIUM.

1 *IN primogenitura agnatitia, an defectis maſculis fœmina agnata ſuccedat?*
2 *Excluſio fœminarum, an ſit judicanda perpetua?*
3 *Ad diſcognoſcendum qualiter cenſeatur, diſtinguitur.*
4 *Temporaliter intelligenda excluſio, ſi dependens ſit ab exiſtentia maſculi.*
5 *Arguitur vocatio, ſi fœminæ deſcendant ab Inſtitutore.*
6 *Incluſio fœminarum ex teſtamento comprobatur.*
7 *Ponderantur verba indicantia dependentiam ab exiſtentia maſculorum.*
8 *Linea eſt evacuanda in primogenitura.*
9 *Deciſio* D. Reg. Moles *expenditur.*
10 *Primogenitura, an ſit reſtricta ad maſculos?*
11 *Proœmium oſtendit cauſam finalem.*
12 *Perpetuitas primogenituræ confert pro incluſione fœminarum de domo.*
13 *Majoratus Italiæ, an differat ab illis Hiſpaniarum.*
14 *Diſcurſus* Authoris.

C A P. CII.

1 IN primogenitura agnatitia pro conſervatione, & ampliatione familiæ, an defectis maſculis ad impediendam bonorum libertatem, & primogenituræ expirationem fœmina agnata ſuccedat. Ideòque primogenitura tàm maſculum, quàm in ſubſidium fœminam repræſentet, & duplex ſit? Celeberrima ob articuli præſtantiam, & præſtantiſſimorum Advocatorum Urbis allegationes nunc lis eſt inter Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalis Benedictum Burgheſium, & Pamphilium ex una, & inter Illuſtriſſ. & Excell. Duciſſ. D. Mariam Aldobrandinam, pro qua fuere allegata ſequentia.

Romana Primogenituræ.

Rev. Pater. IN materia, de qua agitur, duæ ſunt præcipuæ Juris Concluſionis; Prima, quod excluſio fœminarum intuitu maſculorum facta favore Conſervationis Agnationis durat, donec maſculi extiterint, illiſque ceſſantibus fœminæ ſuccedunt.

2 Altera, quod fœmina ſemel excluſa, ſemper dicitur excluſa, quæ concluſiones, quamvis prima fronte una videatur deſtructiva alterius, nihilominùs unaquæque in ſuo caſu eſt vera.

Nam prima Concluſio procedit, quando fœminæ ſunt excluſæ propter maſculos agnatos ſimpliciter, & abſolute, quo caſu, quia excluſio dicitur temporalis, maſculis ceſſantibus, præcipuè in materia, ut hic Majoratus, omninò fœminæ ſuccedunt *Dec. conſ. 383. Signorol. conſ. 34. num. 5. Molin. de Hiſpan. Primogenit. lib. 3. cap. 5. n. 72. Galeat. controv. lib. 2. cap. 59. n. 24.*

Et quamvis verbum *familia*, & agnatio reſtringatur ad ſolos maſculos, quando, ut in caſu noſtro fuit contemplata principaliter agnatio, id tamen intelligitur, donec maſculi extiterint, illis verò non extantibus, fœminæ ſuccedunt, quia per dictam excluſionem videtur, ac ſi eſſent in ſequenti gradu ſucceſſionis vocatæ, *Rota coram Cerro in noſtris terminis dec. 80. n. 4. uſque ad* 10.

3 Secunda Concluſio procedit, quando fœminæ ſunt perpetuo excluſæ, ſcilicet, ſi per Teſtatorem alii in maſculorum defectum ad ſucceſſionem fuerint vocati, vel ultimo maſculo facultatem Teſtator dederit alienandi, vel quando maſculinitas tantùm, & non agnatio fuit conſiderata, cum in hoc caſu majoratus dicatur mixtus, & non agnatitius, *Cutell. de donat. diſc. 1. ſpeciali 12. n. 61. fol.* 60. in iſtis caſibus fœminæ non ſuccedunt, quia dicuntur perpetuò excluſæ, ac ſi Teſtator expreſſe dixiſſet, quod non admittantur, etiam maſculis non extantibus, quod requiritur, ut excluſio perpetua conſtituatur, *Reg. Moles in tit. de jur. devolut. q. 4. n. 14. fol. 217.* & in his terminis loquuntur doctrinæ, & deciſiones, quæ pro excluſione poſſunt allegari, iuxtà declarationem *Rota coram Merlin. dec. 890. à n. 2. uſque ad* 8.

Quod non verificatur in prima Concluſione, qui eſt caſus noſtræ Duciſſæ, ex quo Inſtitutores ſimpliciter fœminas excluſerunt favore agnationis, unde in deficientiam maſculorum illas admitti voluerunt, & ſi eaſdem excludere voluiſſent, utique illud expreſſiſſent, & verbis generalibus aptis comprehendere maſculos, & fœminas, uſi non fuiſſent, ibi: *Proſpicientes eorum agnationi,*

tioni, & familia, ex inſtrumento *lit. A.* ibi: *Hinc eſt, &c. eorum proſapia pro conſervatione, & ampliatione eorum familiæ, lit.C.* & ibi: *Prolem quantum fieri poſſit, &c. familia, & agnatio de Aldobrandinis, ejuſque memoria conſervetur, lit.R. Rota p.5.tom.1.rec.dec.151. num.19.& 20.* quæ verba fœminas compræhendunt, & poſt obitum maſculorum venire, declaravit *Rota penès Merlin.dec.890.n.2.*

Comprobatur ex *text.in l. Cum ità 33.§.in fideicommiſſo, ff.de leg.2.* ubi ad fideicommiſſum relictum familiæ poſt obitum eorum, qui nominati erant, admittuntur, qui ex nomine defuncti fuerunt, niſi ſpecialiter defunctus ad ulteriora voluntatem ſuam extenderit, quod eſt in præciſis terminis noſtris, in quibus majoratus relictus fuit pro agnatione, & ad illum admiſſi fuerunt in eo nominati, qui cum defecerint, & Inſtitutores alios non ſubſtituerint, ſuccedere debent non extranei, ſed alii de familia Inſtitutorum, qui primo gradu procreati ſunt, ut ex *d.textu in l.33.§.in fideicommiſſo, ff. de leg. 3.*

4 Præcipuè quando excluſio non eſt principaliter, ſed dependenter, & acceſſoriè facta favore agnatorum, ut hic ex inſtrumento *lit. R.* ubi inſtituentes pro conſervatione agnationis, majoratum erexerunt, & ad eum maſculos excluſis fœminis vocarunt, undè cum excluſio fœminarum dependeat à vocatione maſculorum, quorum intuitu fuit eis prohibita ſucceſſio, ibi: *Bona donata integrè perpetuò remaneant in dicta familia Aldobrandina fœminis, & ex fœminis deſcendentibus ſemper excluſis.* Ex *Primogen. lit.C.* maſculis igitur deficientibus fœminæ ſuccedunt, cum prohibitio non ſuccedendi, ſivè excluſio, dependenter, & acceſſoriè inducta ad perſonas, propter quas fuit facta, reſtricta videtur *Rota p.7. rec.deciſ.15. n.4.* cum aliis ibi adductis, quia voluntas, quæ deducitur ex actu, non extenditur ultra neceſſitatem dicti actus, *Bartol.in l.1. §.hoc interdicto, ff. de itiner.actuque privat. Surd.conſil.52. n.73.* & cum voluntas fuit inducta ex voto conſervandi bona in maſculis ob ampliationem agnationis, iſtis ceſſantibus fœminæ dicuntur vocatę, quam opinionem perpetuò tenuiſſe *Rotam*, teſtatur *Eminentiſſimus Cerrus d. dec. 80. num.3.*

5 Cum igitur qualitas agnotionis ob deficientiam maſculorum in noſtra Duciſſa reperiatur, ipſa ad bona debet admitti etiam ordine dilectionis attento, cum humanitatis ratio non patiatur, quod extranei, & incogniti Inſtitutoribus, uti ſunt Adverſarii, admittantur, & propriæ filiæ cariores, & dulciores ex hæreditate Patris eiiciantur contra ordinem naturæ, & charitatis, eo fortiùs quia actiones morientium ex vivis deſumuntur, ut inquit *text.in l.quoniam, C.de natural.lib.10.* arbitrio enim viventium mortuorum deſideria non ſine juſta ratione colligimus, quod etiam ſenſiſſe Tribunal Conciſtoriæ Sacræ Regiæ Conſcientiæ, teſtatur *Ginrba dec. 32. n. 6.* nam ſi Princeps Petrus pater noſtræ Duciſſæ vivus interrogaretur, certè, quod in caſu deficientiæ maſculorum ſuas filias admitti reſponderet, perindè hoc voluiſſe, & ordinaſſe videtur, imò ac ſi expreſſe in contractum ſcriptum fuiſſe, habetur *Purpurat. conſ. 13. n.4.*

Eò magis, quia in fideicommiſſis agnatitiis, illa ſemper deſumitur interpretatio, ut fœminæ poſt maſculos vocatæ cenſeantur, & potior, & potentior ſignificatus, in hoc prodeſt maſculis, ut fœminis præferantur, non verò, quod maſculis ceſſantibus fęminę perpetuò excluſæ remaneant, *Eminentiſſ. Cerrus d. dec. 80. n.15. p.1. fol.143.*

6 Quod ex alio facto comprobatur. Etenim in teſtamento, cum quo Petrus pater D. Duciſſæ deceſſit, ventrem prægnantem, ſi maſculus ederetur inſtituit, & in ejus defectum fœminas hæredes nominavit; igitur id ſimiliter in diſpoſitione Primogenituræ voluiſſe non dubitandum, cum ex actu ſubſequenti voluntas antecedens declaretur *Rot. p. 13. rec. dec. 435. num. 6.*

7 Et tollitur omnis difficultas, cum ex eadem Primogenitura excluſio fęminarum temporalis, & non perpetua clariſſimè deducatur, ibi: *Et ex ea* (ſcilicèt linea) *extantibus maſculis legitimis, & naturalibus, &c. ex proſapia maſculina, non autem poſteà legitimatis, quos una cum filiabus fœminis, aut ex fœminis deſcendentibus penitùs excluſerunt*, ut ex inſtrumento *lit.M.* ergò ſi ſtantibus maſculis ex linea maſculina fœminas excluſerunt, ceſſantibus maſculis fęminas ſuccedere voluerunt, diſpoſitio ſiquidem habet duo capita correlativa, unum incluſivum agnatorum, alterum fœminarum excluſivum, unde cum caput incluſionis finierit, caput excluſionis fęminarum ceſſavit, ut in terminis firmat *Dec. conſil. 383. num.4.*

8 Accedente, quod in ſucceſſione fideicommiſſi, & majoratus non debet fieri digreſſio, de una linea ad aliam *cap.1.de natur. ſucceſſ. feud.* Hinc quando DD. Adverſarii admitterentur, lineæ digreſſio cauſaretur, cum ex linea Aldobrandina ad lineam Burgheſiam, & Pamphiliam diverteretur contra voluntatem Inſtituentium, qui ſolum lineam Aldobrandinam dilexerunt, & illam conſervare voluerunt, quod fit per fœminas in defectum maſculorum, dum per ipſas agnatio juxtà eorum votum longius progreditur, quamdiù vivunt, cum jura ſanguinis, &

agnationem retineant; & conſervent *Eminentiſſ. Cerrus dec. 80. n. 10. 11. & 12. p. 1.* & ex hoc fuiſſe deciſum per Regium Collateralem Conſilium Neapolis pro admiſſione fœminarum in defectum maſculorum, teſtatur *Reg. Moles de jure devoluto q. 4. §. 23. fol. 258.*

9 Non ſuffragatur, quod deciſio dicti Regii Tribunalis emanaverit non alia ratione, quam ad excluſionem Fiſci; Nam quatuor modis feuda Domino revertuntur, ſcilicet: Primò, morte Vaſſalli; Secundò, renunciatione; Tertiò, ratione delicti, Et quartò, alienatione ſine conſenſu Domini, *Clar.* cum aliis per ipſum cumulat *lib. 4. §. feudum q. 66.* relictis tribus ultimis ad caſum noſtrum non facientibus, primo modo Fiſcus feudum prætendebat finitum per mortem maſculorum ſtante excluſione fœminarum, & ipſo excluſo fœminæ fuerunt admiſſæ non obſtante dicta excluſione, non ex alia ratione, quam quia linea Teſtatoris non erat finita, & quia excluſio, ſuper qua Fiſcus fundabat ſuam prætenſionem, fuerat temporalis, non verò perpetua, & de jure facta intelligebatur ſub conditione, *ſi maſculi extabunt.* Illis autem ceſſantibus, ceſſare excluſionem, niſi fuiſſet expreſsè dictum, quod excludantur, etiam quando non adeſſent maſculi, vel alius in defectum maſculorum fuiſſet ad ſucceſſionem vocatus, ut in *d. dec. n. 8. & 14. fol. 258.* & per iſtas rationes de jure communi firmatas, fuit Fiſcus excluſus, & fœmina admiſſa, & non alia cauſa particulari, ut in *d. deciſione* legitur.

Neque obſtat limitatio adducta per eundem *Regentem Moles*, ibi: *Iſta tamen procedunt, quando ſumus in feudo jam formato, in quo de ſui natura ſuccedunt tàm maſculi, quàm fœminæ ſecundum juris communis diſpoſitionem, quia ſi tùnc fœmina privatur ſucceſſione, intelligitur privata ſtantibus maſculis, ſed ſi ſumus in feudo formando, putà ſi Rex concedat feudum pro filiis maſculis, tunc ſecus eſt, quia cum ad eum fœminæ nunquam fuerunt vocatæ, neceſſario dicendum, quod deficientibus maſculis, veniat Fiſcus.*

Nam prima pars dictæ limitationis (quæ cum rev. ad rem non faciat) magis corroborat jura noſtræ Duciſſæ, quia ipſa in bonis, de quibus agitur, ante majoratus erectionem ſuccedere poterat, & de jure debebat, proinde poſt Majoratum extinctis maſculis, ſuccedere non impeditur, cum nulla inveniatur cauſa, ne ad ſucceſſionem admittatur, ſive de jure divino, ſivè humano; Imò in bonis feudalibus, de quibus agitur, fœminæ ſuccedunt, cum ſint tranſitoria ad hæredes quoſcumque, ut declaravit *Rota coram Dunoz. dec. 748.* ideò oportet, ut DD. Adverſarii in hac veritate acquieſcant, quod excluſio fœminarum facta favore maſculorum ſit temporalis extantibus maſculis, & illis deficientibus fœminæ ſuccedant in terminis, *Melchior Palez de Majoratu p. 2. q. 6. n. 83. uſque ad 90.*

Ad nihilum refragante, quod Inſtitutores fœminas dotari mandaverint, & excluſerint, quia ut diximus dicta dotatio, & excluſio fuit facta ad commodum maſculorum, donec ipſi extiterint, & ipſis ceſſantibus fœminæ uti ſubſtitutæ in ſequenti gradu poſitæ ad ſucceſſionem vocantur, *Rota coram Eminentiſſ. Cerro cit. deciſ. 80. num. 24. & 25.*

Quamvis D. Duciſſa ex bonis Primogenituræ neque fuerit dotata, ſed particulari legato per Aviam facto fuit nuptui tradita cum conditione, quod dictum legatum in caſu obitus ſine filiis ad hæredes Aviæ revertetur, & ideò optimo jure nomine D. Duciſſæ *Jerem. cap. 5.* conqueritur: *Quomodò hæreditas noſtra verſa eſt ad extraneos.*

10 Non obſtat, quod Primogenitura ſit reſtricta ad certas perſonas, quibus deficientibus, bona remanent libera penès ſucceſſores ultimi vocati, *Mieres de Major. p. 4. q. 29.* & alii, quos cumulat.

Nam Primogenitura tunc dicitur reſtricta ad certas perſonas, quando non ad genus perſonarum, ſed ad ſingulares perſonas fuit directa, diſpoſitio *text. in l. qua conditio 39. ff. de condit. & demonſtr.*, quando ſcilicet fuerit dictum, *relinquo Titio, & filiis deſcendentibus*, ut in caſu *text. in l. qui ſolidū 80. §. prædium, ff. de legat. 2.* ubi *gloſ.* explicat caſum, quo Teſtator tres filios inſtituit, & bona extra familiam alienari prohibuit, & per obitum tertii filii bona remanſerunt libera, quia per obitum ultimi fuerat terminatum Teſtatoris præceptum, & in hoc caſu loquitur *dec. 228. n. 5. & 6. p. 15. rec.* quamvis ipſa *deciſ.* articulo principaliter non diſcuſſo, ſed tantùm incidenter in judicio penitùs diverſo nullitates ſubhaſtationis pertranſiens, non eſſet alleganda *Rota p. 19. rec. deciſ. 218. num. 25. & 26.*

Quando autem diſpoſitio ad genus perſonarum dirigitur, ſcilicet ad agnationem, & familiam, & poſteà ſubſequitur, ut hic, numeratio ſpecierum, ex quo tunc dicitur generàlis ex cit. *text. in d. l. qua conditio de leg. 2.* hujuſmodi caſu ſuccedunt non ſolum ſpecificati poſt genus, ſed poſt ipſorum obitum admittuntur alii, qui ex nomine Teſtatoris fuerint. per *text. clarum in l. cum ita 33. §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2.* ibi: *In fideicommiſſo, quod familiæ relinquitur, ii ad petitionem ejus admitti poſſunt, qui nominati ſunt, aut poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti*

fue-

Digitized by Google

fuerunt eo tempore, quo Teſtator moreretur, hæc textus.

Quare ad litteram intrat diſpoſitio *textus* ſupradicti in caſu noſtræ Primogenituræ, cum non ad certas perſonas, ſivè ad maſculos, ſed ad familiam, & agnationem dirigatur, ut ex toto contextu Primogenituræ evidentiſſimè probatur, & primo ex proœmio, ibi: *Proſpicientes conſervationi eorum nobiliſſimæ Agnationis, & familiæ de Aldobrandinis*, ex inſtrumento *lit. A.* ex quibus tota diſpoſitio, ſicuti corpus ab anima gubernatur, & ab eo de neceſſitate totus contractus regulatur, *Barb. in prax. exig. penſ. p.1. q.6. num.37. fol.41.*

11 Contrarium verò procederet, quando narrata in proœmio ad actum diſpoſitionis non fuiſſent deducta, quia tunc in concurſu prævalet, quod fuit diſpoſitum, non quod fuit narratum, vel quando diſpoſita ſint ità clara, quod à proœmio interpretationem non recipiant, & contrarium de expreſſis in proœmio diſponeretur, ut in *dec. 363. n.10. & 11. p.13. rec.* At in caſu noſtro proœmium, adeò fuit ad actum deductum, quòd in eo narratum de verbo ad verbum diſpoſitum ex lectura inſtrumenti, probetur ibi: *Hanc autem donationem, & Primogenituræ conſtitutionem, & alia omnia, & ſingula in præſenti Inſtrumento contenta, & expreſſa fecerunt pro conſervatione, & ampliatione eorum familiæ, & domus de Aldobrandinis*, ex inſtrumento *lit. SS.*

Ex quibus non obſtat expreſſio nominis Jo: Georgii, quia fuit poſitum non taxativè, ſed declarativè, ex quo uti maſculus debebat inſervire pro ampliatione dictæ Agnationis, ut ex *Nathen. de juſtitia vulnerata cap.12. n.1. in fin. fol.389.* & non ipſius contemplatione, ſed intuitu familiæ, & agnationis, eidem fuit relictum, & ad Primogenituram vocatus, & quando familiæ relinquitur non habetur ratio perſonarum expreſſarum, ſed ſolum modo familię, & agnationis, *Anchar. conſil.27. col.1. Ruin. conſil.110. n.14. vol.2. & Bart. & Paulus in l. cum ita, §. fideic. ff. de leg. 2.*

Sicuti relictum factum certis hominibus contemplatione alicujus cauſæ, ſivè loci non perſona, ſed illi cauſæ, & loco acquiritur, *Duran. de arte teſtan. tit.6. de leg. caut.7. n.3. fol.218.* cum aliis per ipſum cumulatis, quia non perſona, cui datur, ſed ille, cujus contemplatione relinquitur, conſideratur, & ſic agnationi, pro cujus contemplatione, & ſubſtentatione qualitas maſculinitatis fuit vocata, *Giurb. dec. 32. n.14.*

12 Tantò magis, quia voluntas contrahentium fuit, quod Primogenitura eſſet perpetua, imò ſi poſſibile fuiſſet æternaretur, dum uſque ad milleſimum, & ulteriorem gradum, ac in infinitum Agnationem durare, velle expreſſerunt in inſtrumento *lit. HH.*

Imò ſi dubium aliquod involveretur, pro perpetuitate Primogenituræ etiam verba contractus impropriari expreſsè mandarunt, ex dicto inſtrumento *lit. QQ.*, & ideò ſumus in ea claritate, quòd alia comprobatione non indigemus, quamvis etiam de jure ſemper pro exiſtentia Majoratus in dubio veniat judicandum, *Mier. de Major. p.4. q.29. n.19. fol.379. in fine*, & cõſequenter fœminę cẽſentur admiſſæ poſt maſculos, ut in terminis *Gregor. Lopoz. in l. 3. tit.13. p.6. gloſſ.11. fol.88. verſ. Quid autem*, ubi reſolvit, & ſequitur: *Si conditor majoratus voluit, quod veniret ad filios maſculos, & maſculos deſcendentes, ità quod non veniret ad fœminam, in defectum maſculorum fœmina venit, ſi Teſtator voluit majoratum eſſe perpetuum*, quod in terminis voluerunt *Paul. Caſtren. conſ. 77. n. 2. lib.4.* ubi vult, quod ſi teſtator excluſit filias, & deſcendentes fœminas ob maſculos, ſi maſculi omnes deficiant, ſuperſit fœmina, & litiget cum extraneo ſubſtituto, præfertur fœmina extraneo, quem referunt *Dec. conſ. 182. n. 4. Aimon. conſil. 22. n. 10.* hæc ille.

13 Non obſtat, quod prædicta procedunt in Majoratu Hiſpanico, non verò Italico, nam rationes D. Duciſſæ ſunt fundatæ in jure cõmuni, non verò in legibus Hiſpaniæ, imò leges *Tauri* ſunt declaratoriæ, non verò correctoriæ juris communis, & factæ ad eliminanda dubia, quæ in dies inter *Doctores* excitabantur, *Gutt. prat. 99. lib.3. q.82. n.2.* ut in illa quæſtione, An majoratus poſſit eſſe in ſuſpenſo, & lege *Tauri* fuit cautum non poſſe, ſed in Italia contrariũ practicatur, ut in *dec. 194. n.7. p.14. rec.* ſed in reliquis nulla eſt differentia inter majoratur Italiæ, & Hiſpaniarum, ut dixiſſe *Eminentiſſ. de Luca*, teſtatur *Carolus Antonius de Luca de lin. legali artic. 82. lib. 2. n.15. & per tot.*

Et ad magis convincendum dicimus, quod eſt certum, quod Majoratus debuiſſet terminari per obitum Jo: Georgii juxtà ſenſum DD. Adverſariorum, quia ejus vita tantùm durante, in majoratu expreſsè conſiderata perſona Jo: Georgii, & non alias, ex inſtrumento *lit.* . Et nihilominùs poſt ejus mortem ſucceſſit Cardinalis Hippolytus, quamvis eſſet, uti inhabilis ex Primogenitura excluſus, ut ex *dec. 748. coram Anst. Dunoz. in princip.* in quo legitur: *Quod R.C.A. per obitum Card. Hippolyti prætendebat Comitatum Sarſinæ, & Meldulæ uti devolutum, quæ corpora ſunt Primogenituræ, fol.97.* & fuit deciſum tranſire ad fœminas, ex quo probatur contrarium, de quo Adverſarii prætendunt.

Præcipue, quia D. Duciſſa prætendebat

per

Digitized by Google

per mortem dicti Jo: Georgii Primogenituram fuiſſe extinctam, & bona tanquam libera fuiſſe reverſa ad hæredes donantium, & tamen D. Principiſſa Autrix DD. Adverſariorum ſubſtentavit majoratum durare, & per ſententiam definitivam trium Cardinalium ſpeciali commiſſione Santiſſimi deputatorum fuit declaratum, donationem olim factam à bon. mem. Petro, & fratribus de Aldobrandinis rec. mem. Principi Jo: Georgio eorum fratri ejus vita durante, & poſteà in Primogenitis maſculis, & aliis in ea compræhenſis irrevocabiliter inter vivos nulli reverſioni fuiſſe obnoxiam ad favorem Excellentiſſimæ D. Mariæ filiæ prædicti Petri: Ecce igitur Primogenituram durare, & per obitum Jo: Georgii non expiraſſe, & ad fœminas agnatas tranſiiſſe, multò igitur fortiùs ad D. Duciſſam filiam Inſtitutoris debet Primogenitura tranſire.

Denique dato, & non conceſſo, quod ultra fœminarum excluſionem Majoratus eſſet temporalis, & reſtrictus ad certas perſonas, attamen quando ſupereſt conſanguinea Inſtitutoris illa admittitur, ſi nullus ſuperſit maſculus, in puncto *Mieres de major. tom. 1. q.29.4.p.n.2.fol.378.* quia favore conſanguineorum ad exeluſionem extranei verba Inſtitutionis impropriantur, *l. hæredes mei, §. cum ità*, ubi *Bart. ff. ad Trebell. l.ſi is, qui ducenta, §. idem quæ, ff. de reb. dub.*, multò fortiùs hic, cum ſimus in filia Inſtitutoris, quæ concurrit cum Adverſariis, qui ſunt extranei, & pro qua omnes exclamant, & præcipuè *Bald. in l.fin. n.3. C.qui non poſſ. ad lib.per Corn.conſ.82.n.8.lib.4. Alex.conſ.8.lib.1.Socc. jun. conſ. 1. n.45. lib.1.*

Quare, &c.

Jo: Maria Sentena Advocatus.

14 Reſumendo præcipuos cauſæ articulos, hi ad duos rediguntur. Primus, an ad primogenituram agnatitiam pro conſervatione bonorum in familia, & agnatione erectam veniant fœmina? Alter eſt, an vocatio ad primogenituram ad maſculos ſit reſtricta, & extinguatur per deficientiam maſculorum?

In fideicommiſſo agnatitio pro conſervatione bonorum in domo concors eſt Pragmaticorum ſententia, & in foro canonizata fœminas poſt maſculos ſuccedere, *Peregr. de fideicom. art. 25. n.45. & conſ.58. lib.3. & conſ.42.lib.5. Fuſar.q.352. n.12. & 14.* & melius *n.21.* ex *Peregr. d. conſ.42. & 159. n.14. lib.5.* ubi quod non extantibus maſculis fœmina venit, cum major perpetuitas permanentiæ bonorum in familia reſultet, ſi poſt maſculos fœminæ admittantur, *Reg. Galeot. controv. 59. lib. 2. num. 42.*

Comprobat *Andreol.controv.409.n.15.* ibi: *Verius enim eſt, quod tunc fœminæ admittantur ſaltem earum vita durante*, ex *Corn., Marta, Giovagn.& Rota dec.3.51.n.14. p.5. rec.*

Noviter *Manſus conſult. 258. n.126. lib.3.* ibi: *Addebant præterea Domini, quod nec minus dici poſſit, agnationem defeciſſe per mortem Curtii fratris. Cum illa præſervetur in Conſtantia ſorore, quæ licet nuptui tradita in aliena familia. Quouſque tamen vivit, ſui primogenitoris familiam conſervat, l. volumus, ubi Bald. n.2. C.de fideic. Ruin. conſ.150. n.12. & conſ.154. lib.2.n.4. Soc.ſen.conſ.227.n.5.lib.2. Peregrin. conſ.42. n.10. & conſ.58. per tot. & conſ.149. n.1.lib.5. Caphal. conſ.57. n.78. s.m.Greg.XV. dec.464. cum aliis in Bononien. fideicommiſſi de Buatteriis 17. Februarii 1642. coram Merlin. & 13. Decembris ejuſdem anni coram R.P.D. Cerro, quæ eſt penès ipſum dec. 910. n.11.*

D. Card.de Luca de fideicom. diſcur.38. n.3. ubi quod circumſtantia conſervationis bonorum in agnatione operativa eſt, quoad prælationem maſculorum de agnatione, & fœminæ veniunt ſubſidiariè. Idemque *Author.diſcurſ.39.n.5.* ubi quod fœminæ in concurſu maſculorum non veniant contemplata agnatione, ad hoc ne per fœminarum mixturam agnatio interrumpatur. Secus maſculis defectis, quoniam etiam fœminæ dicuntur agnatæ.

Totum dubium conſiſtit in ſecundo articulo: an primogenitura ſit maſculina, & ad maſculos reſtricta. Pro hac parte arguitur ex eo, quod poſt vocationem D. Petri, à quo orta eſt D. Duciſſa, vocantur ibi: *Et ex eo filius nepos, pronepos, & alii deſcendentes maſculini legitimi, & naturales in perpetuum, & in infinitum durante linea maſculina.* Idque ſufficere pro fœminarum excluſione, ediſſerit famigeratus Advocatus *D. Petrus Pacionus* cum *Bart.in l. cum Avus, num. 4. ff.de condit.& demonſtr. Rota dec.229. n.4. p.5. rec. & Dunozzett. jun.dec.651.n.32.* Pro hac opinione conferunt per me adducta *in tract. de linea legal.lib.1. art.16. n.50.* ubi quod ſi ſumus in terminis primogenituræ maſculinę, & primogeniti maſculini, hoc caſu non poſſit ſumi primogenitura, niſi pro maſculo primogenito. Unde ponderantur geminata pro reſtrictione ad maſculos verba, ſcilicet, *uſque ad durationem lineæ maſculinæ*, quæ deſinit in maſculo.

Convenire videntur alia per me tradita *in d.tract.de linea art.13. à num.17.* ubi quod primogenium præſcriptos cancellos non egreditur, quando Inſtitutor ad certas perſonas ſe retulit, ut neque extendat conſervandæ agnationis ratio.

At alteram excitavi dubitationem *n. 18.* An linea maſculina defecta, in qua inſtitutum

Digitized by Google

tum fuit primogenium, admittatur fœmina deſcendens ab eodem ſtipite vocato? In quo dubio *Mier. de Majorat. p. 1. q. 2. n. 16.* & latiùs *p. 2. q. 6. n. 42. & ſeq.* in ea opinione eſt, ut adhuc ſi quis faciat Majoratum, & omninò excludat fœminas in perpetuum, ſi nullus tamen maſculus ſuperſit ex generatione teſtatoris, ſed fœmina tantùm, quod ea juxtà veriſimilem mentem Inſtitutoris, naturam etiam, & finem primogeniorum, eorumq; perpetuitatem, ſuccedere debeat, & idem tenet *Pegner. deciſ. 117.*

Et quamvis *Seſſe dec. 308. n. 9. & ſeqq.* oppoſitum firmet. Verumtamen deceptum *Seſſe* advertit *Caſtill. lib. 5. controv. 92. n. 17.* & oppoſitum verius probat, nempè, ut deficientibus maſculis fœminæ agnatæ ſuccedant, ex *Mier. & Greg. Lop. in l. 3. tit. 13. p. 6. gloſ. 2. n. 6. Surd. conſ. 475.* Beneverum ſubdidi *n. 20.* his verbis: *Quæ opinio in Majoratibus Hiſpaniæ fortè procedit, in aliis aliud erit dicendum, ſi in maſculi ſit erecta primogenitura.* At hęc reſtrictio eſt contra ſententiam *Mier.* & Aſſeclarum, ut noviſſimè conſidero, dum ipſorum concluſio ſtatuitur in veriſimili mente Inſtitutoris, natura, & primogeniorum perpetuitate expreſſiſſimè nunc volita, & declarata à Dominis Inſtitutoribus fel. mem. *Clementis Papæ VIII.* Nepotibus, illis verbis: *Et quia ſic illis erga ſeipſos reſpectivè, & alios ex eorum proſapia ſucceſſores pro conſervatione, & amplificatione eorum familia,* & inferiùs: *Ut bona omnia conſerventur in agnatione, & familia Illuſtriſſima, & Nobiliſſima ipſorum de Aldobrandinis.*

Pro D. Duciſſa viriliter decertat *diſc. 40. Card. de Luca n. 2. ubi quod hodie recepta concluſio (quidquid antiquiores dubitaverint) etiam fœminas quamvis nuptas, vel moniales, multò magis ac indubitanter, adhuc innuptas defectis maſculis agnatis, ac in ſubſidium dici agnatas, ſeù legitimas hæredes de familia, & ſuccedere in fideicommiſſis, atque primogenituris, quantumvis agnatitiis, atque pro familia conſervatione ordinatis, dum hac circumſtantia ſit conſiderabilis linea maſculina durante, etiam in concurſu agnatorum maſculini ſexus, non autem iſtis defectis etiam ad impediendam bonorum libertatem, & fideicommiſſi expirationem. Multò magis, & abſque dubio ad impediendam ulteriorem ſubſtitutionem diverſi generis perſonarum ab agnatione, ex deductis per Fuſar. q. 352. n. 12. & 42. & per tot. Giovagn. conſ. 21. n. 11. lib. 2. Buratt. dec. 596. n. 5. plenè Rota dec. 133. n. 6. & 9. p. 9. rec. in Eugubina fideicommiſſi coram Dunozett. dec. 837. & 853. & in ſpecie de Monali in Romana fideicommiſſi de Carpiano 13. Januarii 1651. coram Veroſpio dec. 40. poſt Conſal. in addit. ad Peregr.*

Proſequitur idem *Card. de Luca n. 4. Quod adeò conſtanter Rota quandoque tenuit, ut idem firmatum fuerit in Bononien. fideicommiſſi coram Pirovano dec. 249. p. 8. & in eadem coram Rojas inter ſuas dec. 90. ubi teſtator expreſsè vocaverat ſolum maſculos,* ibi: *Intendendo ſempre di maſchi, quoniam intelligitur donec extiterint, atque circa prælationem, non autem circa omnimodam excluſionem.*

Erectionis primogenituræ verba, vel clara ſunt pro vocatione fœminæ defectis maſculis, vel ſaltem interpetrativa hujus dubii, utrum includatur, vel excludatur fœmina agnata. Clara videntur ſequentia. *Primogenituram irrevocabiliter, & inter vivos facere, & conſtituere, ex qua reſultat evidens, & ſatis probata conſervatio, & augmentum eorum familiæ, & agnationis,* ut ex inſtrumento *lit. B.* Deindè rurſus ſe declarant Inſtitutores cum ratione principaliter exiſtente, ibi: *Et quia intentio omnium ipſorum DD. Fratrum de Aldobrandinis donatorum, & deliberata voluntas fuit, & eſt, quod per legitimorum, & naturalium deſcendentium prolem, quantum fieri poſſit, & alias, ut ſupra ordinatum fuit, familia, & agnatio de Aldobrandinis, & ejus memoria mediante ſacri matrimonii conſervetur,* ut *lit. R. Et quia ſic illa, erga ſeipſos reſpectivè, & alios infra dicendum ex eorum proſapia ſucceſſores pro conſervatione, & amplificatione illorum familia, & omni alio meliori modo, &c. facere, & diſponere placuit,* ut *lit. C.*

In proœmio erectionis primogenituræ pluries expreſſa fuit ſola ratio, ut bona conſerventur in familia, cum enixa voluntate conſervationis honoris, & ampliationis familiæ, & domus de Aldobrandinis. Undè reſultat primogenitura diſpoſitiva ad favorem agnatorum agnationis effectivæ Inſtitutorum. Quia vel ratio ſtat independenter, & æque principaliter, & ampliat, & extendit fideicommiſſum ultra perſonas expreſſas juxtà theoricam *Bart. in l. pater filium, §. fundum, n. fin. ff. de leg. 3.* ubi ut ratio generalior dicto, illa potiùs attendi debeat. Aut ratio ſtat famulativè, & acceſſoriè, & tamen talis ratio ſatis attendenda venit pro interpetratione, & tanquam adminiculum, & conjectura vocationis fœminæ filiæ Inſtitutoris, ità *Card. de Luca ubi ſupra diſc. 53. n. 17.* & clariùs *in diſc. 54. num. 10.*

Stringit ſollemnis deciſio *Regii Collateralis Conſilii* in cauſa Illuſtr. Ducis Magdaluni, teſte *Reg. Moles in tit. de jur. devolut. §. 23. q. 4. n. 14.* in caſu, quo pater donavit feudum pro ſe, & filiis maſculis tantùm, & maſculi defecerant ſuperſtitibus fœminis, quæ fuerunt admiſſæ, ex *Bald. conſ. 347. lib. 1.* laudato per *Dec. conſ. 370. in fin.* quod ad hoc, ut fœminæ intelligantur excluſæ, conſiderandum eſt, ſi ſupereſt perſona, quæ ex mente diſponentis

eam

eam excludat, quia cum fœmina excludatur favore agnatorum, videtur ſub conditione exclusa, ſi maſculi extabunt, ideò his ceſſantibus ceſſat excluſio, *Dec.conſ.95.& 383.* Aſſignata differentia inter conceſſionem feudi factam per Regem, nam tunc deficientibus maſculis devoluitur feudum. Secus quando pater donet, nam mens donatoris eſt attendenda, quæ non poteſt conſiderari, quod voluerit extraneam ſucceſſionem præferre propriæ ſoboli, *l.cum acutiſſimi, C.de fideicom.* Conſequenter cum Dom. Duciſſa ſit filia D. Petri Aldobrandini Inſtitutoris admitti debet ad primogenium.

De re judicata in caſu Ducis Magdaluni Ego ſcripſi *in reſponſ.lineal.20.poſt tract.de linea lib.1. & lib.2. art.74. n.5. verſ.prætermittenda non ſunt*. Ratio deciſionis non extitit, quia agebatur de feudo jam formato, ut exiſtimat *D.Pacionus*. At bona ipſius venia fuit, quia conceſſio feudi non erat facta à Rege, ſed à patre, undè ex mente donantis non præſumebatur excluſio filiæ fœminæ. Imò adhuc ſi non actum fuiſſet de feudo formato, ſed formando de rebus allodialibus Ducis Magdaluni cum aſſenſu Regis. Idem judicaſſet Regium Collaterale Conſilium, meritò ingenioſiſſime illam deciſionem laudavit D. Advocatus *Sentena*, ex verbis *deciſionis Reg. Revert.* 305. quæ tranſcripſi *in d. art. 94.* ibi: *Eſto in memoriali porrecto facta eſſet expreſſa mentio excluſionis fœminarum, nec hoc obſtare dicebatur, quia non per hoc illa effecta erant maſculina, ità ut perpetuò eſſent fœminæ excluſæ, ſed tantùm ubi deficiunt deſcendentes maſculi Comitis donatarii, & ſuperſunt maſculi deſcendentes à Comite donante, ſed ubi nullus ſupereſſet, nec ex donante, nec ex donatario, quod eſſent fœmina excluſa nullibi legebatur, nec hoc præſumi poterat adverſus diſpoſitionem, l.cum Avus, ff.de condit.& demonſtr.*

Ex mente itàque Inſtitutoris patris, ex cauſa, & finali motivo conſervationis agnationis, & perpetuitate illius volita ex verbis tàm in præfatione, quàm in corpore erectionis primogenituræ multiplicatis vocata cenſetur D. Duciſſa, juxtà *gloſ. in §. ſed & ſi quis, Inſtit.quib.mod.rump.teſtam. in verb. Addit.* ibi: *Et ſic ex qualitate præfationis colligitur cauſa finalis ipſius diſpoſitionis, & ſic tunc ab ea licitum eſt arguere*. Neque tunc agitur de extenſione primogenituræ, quando concurrit perſona de agnatione ex vi comprehenſiva mentis Inſtitutorum expreſſæ toties in ſcriptura erectionis, præſumptæ ex vi paternæ affectionis, & natura primogenii.

Conſonat, quod excluſio fœminarum non attenditur ultra cauſam, & effectum, ob quem facta eſt, ut veriſimile non ſit teſtatorem excluſo proprio ſanguine eis officere voluiſſe, & ad iſtam cauſam prælationis maſculorum de agnatione referibilem, dependentem ab exiſtentia ipſorum cenſentur, ut *Rota d. deciſ. 38. poſt Cenſal. ad Peregrin.* quæ magiſtralis, & ſæpius canonizata, *Card.de Luca de fideicom.diſc.46.n.8.*

Quinimò fœmina agnata admittitur ad fideicommiſſum agnatitium, quia donec vivunt, naturaliter, ac verè ſunt agnatæ, & de familia, ità ut excludat cognatos, vel alios, quamvis in iſtis continuet apud teſtatorem eadem contemplatio agnationis, ſeù affectio ob proprium cognomen ob demandatam illius artificialem renovationem, ut advertitur in *dec.40.poſt Cenſal.ad Peregr.*

Diſcrimen inter Majoratus Hiſpaniæ, ſeù primogenia, & inter illa Italiæ fabuloſum, & chimericum, ſivè ineptum probat *Card. de Luc.penès me lib.2.de linea diſc.82.per tot.*

Æqualitatis ſervandæ ratio etiam ſuadet admiſſionem D. Duciſſæ, quia DD. ex fratribus de Aldobrandinis inſtitutoribus primogenii, ſcilicèt, Card.Silveſtro, & Principibus Jo: Georgio, Hippolyto Aldobrandino, & Petro, cum duo uxorem duxerint, nempè D.Jo:Georgius, & D. Petrus. Ex d. D. Jo: remanſit Excellentiſſ. D.Maria Principiſſa Roſſani, & hæc habuit bona primogenii. Ergo per illius obitum ſimiliter habere debet D. Duciſſa, cum Domini donatores primogenium inſtituerint per donationem, quam appellarunt *reciprocam*, ut ex inſtrumento *lit.B.*

De perſonis Eccleſiaſticis, Equitibus Religionis Hieroſolymitanæ, & Religionis diſcreto modo loquuti ſunt donatores, quo de fœminis. De illis etenim principaliter diſpoſuere excludendo non odio religionis, ſed ut invitarentur ad matrimonium ratione conſervandæ, & ampliandæ agnationis effuſo ſermone, nec excluſerunt fœminas inſimul cum Eccleſiaſticis; At fœminas dependenter correlativè, & cõſequutivè ſervata forma juris ab exiſtentia maſculorũ, & dotatione excluſerat, ut ponderat *D.Sentena* pro D. Duciſſa patrocinando. Et viceverſa principaliter in toto proœmio, & in aſſertivis, & diſpoſitivis erectionis primogenituræ centies mentem ipſorum conſervandi, & amplificandi agnationem expreſſerunt ad incluſionem fœminarum, ut quantum fieri poſſit, remaneat primogenium in agnatione, & ſic primogenium eſt maſculinum, quia maſculi etiam remotiores, & poſteriores lineæ excludunt fœminas proximiores, & potiores lineæ, At ſubſidiariè ex natura primogenii agnatitii, & in defectum maſculorum de domo veniunt fœminæ, dum vivunt, conſiderata potiſſimum perpetuitate exi-

ſtentiæ

ſtentiæ bonorum in domo volita per DD. Inſtitutores.

Certiùs dum Inſtitutores erigentes primogenium expreſſere mentem amplificandi familiam cum appoſitione clauſulæ, *omni modo meliori*, quæ pluries appoſita legitur.

Hæc, & alia eminenter per alios *DD.* patronos D. Duciſſæ conſideranda exiſtimo pro inducenda æqualitate inter lineas Inſtitutorum, & effectuatione ipſorum voluntatis, remittens me per alios deductis.

ARGUMENTUM.

Imperatoris plures dignitates recenſentur, ut totidem perſonas repræſentet, & Dux Sabaudiæ, & Mantuæ, an ſint feudatarii Imperatoris, & jura Imperii, an aliqui præſcripſerint, & eum hodiè non recognoſcant; demum an Imperator ſit Dominus totius Orbis, vel per hyperbolem dicatur?

SUMMARIUM.

1 *Imperatoris plures dignitates recenſentur, & totidem perſonas repræſentat.*
2 *Principe hodiè an præſcripſerint jura Imperii.*
3 *Imperator, an ſit Dominus totius Orbis.*
4 *Per hyperbolem Imperator appellatur Dominus totius Orbis.*

CAP. C L.

1 Imperator plures dignitates in ſe continet, ut Imperatoris, Regis, Ducis, Marchionis, & Comitis, ità *Bald. conſ. 328. n. 1. Card. Tuſcus lit. I. concluſ. 42.* & *Bald. conſ. 218. lib. 3.* tradit, Ducem Sabaudiæ eſſe feudatarium Imperii, & Ducem Mantuæ ſimiliter recognoſcere ſuum Ducatum ab Imperio, ut de iis, & aliis *Tuſcus ubi ſupr. & concl. 39.* Undè quot dignitates in ſe continet, & ditiones, tot perſonas repræſentare videtur, ut de Barone, & aliis Principibus dictum eſt.

2 Imperatorem eſſe Dominum totius Orbis, habetur in *l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de jactu, l. benè à Zenone, C. de quadrien. præſcript.*

Hodiè multos Principes libertatem præſcripſiſſe, & hoc modo excluſerint Imperatorem à poteſtate juriſdictionis in ipſorum ditionibus exercendæ, qui aut de jure, aut de facto Imperatorem non recognoſcunt in Superiorem, ut de facto in terris Eccleſiæ præſcripſiſſe, dicunt *Bald. in l. 1. n. 5.* & ibi *Angel. n. 5. C. de jur. aur. annul.* ut infinitos cumulat *Bellon. de jur. accreſcendi cap. 3. q. 4. num. 107. & ſeqq.*

3 Nec obſtare ait *Bellonus*, quod Imperator ſit Dominus totius Orbis. Reſpondet enim, perſpicuè falſum eſſe cum *Alciat.*, *Covar.*, *Menoch. & alii*. Nam aut conſideramus Imperium cum iis juribus, quæ nunc ei competunt, certum eſſe, ei non ſubjacere totum Orbem, cum multa ſint Regna, multæque mundi partes, & Provinciæ, quæ Imperatorem in Superiorem non recognoſcunt, ſi non de jure, ſaltèm de facto. Aut verò conſideramus Imperium cum iis juribus, quæ eis competebant florentibus Romanorum armis, & ante Gothorum, Vandalorum, Unnorum, & Longobardorum incurſiones, & ne hoc quidem reſpectu poteſt Imperator dici Dominus totius Orbis, quia conſtat, multas eſſe mundi partes etiam veteribus cognitas, quæ Romano Imperio nunquam pervenerunt, *l. 2. C. eunuch. l. mercatores 4. C. commun. mercat.* ut Scythia, Sarmatia, & ultra Eufratem fluvium univerſus Oriens, ut ſcribit *Alciat. in d. l. 1. n. 2. C. de Summ. Trin.* Quod ſignificant Imperatores in *d. l. 1. C. de Summ. Trin.* illis verbis: *Cunctos populos, quos clementiæ noſtræ regit Imperium*, nam relativum illud, *quos*, ſecundum ſui naturam reſtringit, *l. ea tamen adjectio 44. ff. de legat. 3.* & ſignificat aliquos eſſe populos, quos non regit Imperium, ut declarant *Alciat. in d. l. 1. n. 2. & Covar. in reg. peccatum p. 2. §. 9. n. 5. verſ. ſecundo*, quod etiam fit in *l. omnibus, ff. ad Trebell.*

4 Nec obſtant loca, in quibus Imperator Orbis Dominus appellatur. Quia aut de Orbe Romano, ideſt bonis Romano Imperio ſubjectis ſunt accipienda, ut rectè cenſuit *Lup. d. comm. 3. §. 3. n. 7.* & eſſe probabilius conſtat ex *l. in Orbe 17. ff. de ſtatu hom. l. 1. C. de eunuch. l. ult. C. de ædif. privat.* aut ſi de toto terrarum Orbe fatendum eſt, dictum id eſſe per hyperbolem, ut ait *Alciat. d. l. 1. n. 2. C. de Summ. Trinit.* quia Principes, ut plurimum gloriantur titulis etiam earum Provinciarum, quas revera ſuæ ditioni ſubjectas non habent, ut ſcripſit *Lupus d. comm. 3. §. 3. n. 7.* Hæc omnia, & alia de Imperatore *Tuſcus*, & *Bellon.* quorum dicta relinquo ab aliis expendenda.

ARGUMENTUM.

Pluralitatem perſonarum in evincente à ſeipſo viva exemplificatio *Pauli de Caſtro*, & recenſentur decem caſus, in quibus is, qui directè nequit nomine proprio actum impugnare, uti duplex perſona valeat. Cumulantur plures concluſiones concernentes pluralitatem perſonarum in una materiali, & unitatem formalem in pluribus materialibus in ſpecie hæredis, Judicis, fidejuſſoris, teſtis, pa-

tris, procuratoris, ſucceſſoris, & aliarum perſonarũ. Et Collectanea hæc triginta concluſiones congerit.

SUMMARIUM.

1 *EVincentis à ſeipſo pluralitatem perſonarum exemplificatia.*
2 *Hæres uti propria perſona retrahit jure congrui rem à defuncto venditam.*
3 *Tutor ex propria perſona retrahit rem venditam à pupillo.*
4 *Judex rem debitoris judicialiter venditam retrahit.*
5 *Fidejuſſor venditoris de evictione retrahit, nec tenetur de evictione.*
6 *Conſanguineus adhibitus in contractu mulieris retrahit.*
7 *Teſtis adhibitus in inſtrumento, an retrahat uti vicinus?*
8 *Quid de Notario ſtipulante inſtrumentum?*
9 *Pater nomine proprio vendens, an ex perſona filii retrahat?*
10 *Procurator poteſt eſſe quoad mandantem, & non ad eum, cum quo contrahit.*
11 *Nepos ex perſona propria, an poſſit eſſe hæres avi, & non patris defuncti poſt avum.*
13 *Avus paternus, & avia paterna ex una perſona ſuccedunt cum Avo materno.*
14 *Fratrum filii inter ſe qualiter ſuccedant?*
12 *Pater, & filius, an poſſint judicare in eodem Tribunali.*
15 *Injuria illata procuratori cenſetur facta principali.*
16 *Injuria facta ſervo, vel famulo, cenſetur facta domino.*
17 *Princeps non recognoſcens Superiorem judicat in cauſa propria.*
18 *Concluſiones aliæ cumulantur, uſque n. 30.*

COLLECTANEA.

1 EMens rem à non domino, ſi deinde ſucceſſerit domino, perſonam duplicem repræſentat, emptoris, & domini, & in quantum perſonam domini tenet, à ſeipſo evincit tanquam ab emptore, ſicut ſi una manus auferret ab altera, ideoque poteſt agere ad intereſſe ex empto, ità exemplificat perbelle perſonam duplicem in ſpecie hujus quaſi evictionis extrajudicialis, *Paul. de Caſtr. in l. ſi vendideris, ff. de evict. & in l. vendicantem, ff. de evict. & in l. vendicantem, ff. de evict.* caſum alium format, ſi homo vẽditus ſeipſum evincat in libertatem, poſſit agere de evictione, ſi verò domino ſucceſſerit.

2 Quæro ſecundò. An hæres ex propria perſona uti vicinus rem a defuncto venditam jure congrui ab emptore avocare poſſit? *Roman. conſ. 251.* negat, & vult *Afflict. in conſtit. Sancimus col. 31. verſ. item quæro pone, quod ego habeo.* Quia hæres, & defunctus cenſetur una, & eadem perſona, nec hæres poſſit eſſe melioris conditionis, quam defunctus, & hæres cogitur habere ratum factum defuncti in *l. venditio, C. de reb. alien. & non alien.* ubi ſuccedens venditrici non poteſt ex perſona ſua venditionem reſcindere, etiam ſi non teneatur de evictione, & plura alia allegat *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. à n. 39. & n. 48.* Contrarium verius dicitur ex *text. in l. debita, §. ult. ff. ad Trebell.* ibi: *Quia non quaſi hæres,* & ex *l. Seja, ff. de evict. & l. ult. C. de eviction.* ubi hæres fidejuſſoris poteſt jure proprio evincere rem venditam, licet ex perſona fidejuſſoris conveniri poſſit de evictione, quæ evictio non debetur in caſu, quo res avocatur per retractum, vel per jus congrui, & hanc opinionem poſt alios tenet *Tiraquell. ubi ſupra n. 53. & Reg. de Mariu. reſol. 106. n. 16. & ſeqq. tom. 1.*

3 Quæro tertiò. Tutor vendens rem pupilli, an poſſit poſtmodum uti vicinus rem illam retrahere jure congrui? Dic quod non, cum officium ſuum nemini debeat eſſe damnoſum, ſi ex neceſſitate facit. *§. ſi tutor, Inſtit. de offic. teſtam.* ubi *gloſ.* differentiam conſtituens inter Tutorem, & inter Advocatum, & Procuratorem ſponte officium ſuum exercentes, qui ſibi præjudicant, ut in *l. ult. ff. de inoffic. teſtam. & l. poſt legatum, §. ſunt, qui putant, ff. de his quibus, ut indign. Tiraquell. ubi ſupra, gl. n. 271.* Limitat *Viglius,* ubi Advocatus juſſu Magiſtratus advocationem ſuſceperit. At in terminis Advocati videndus *Accurſius in d. l. ult. & cum l. inter officium, ff. de rei vendic.* ex *Tiraquell. n. 267. & 270.* ubi de procuratore vendente.

4 Quæro quartò. Si res immobilis cujuſdam debitoris fuerit ſubhaſtata, & demum à Judice plus offerenti liberata, utrum ipſe Judex tanquam vicinus poſſit retrahere, ex *gloſ. Pariſienſi* affirmat *Tiraquell. ubi ſup. num. 272.*

5 Quæro quintò. An fidejuſſor venditoris poſſit uti vicinus rem venditam retrahere? Ratio dubitandi eſt, quia in *l. ult. C. de evict.* id permiſſum eſt hæredi fidejuſſoris de evictione, ut jure proprio poſſit agere, quamvis de evictione teneatur. Ergo non permittendum eſt fidejuſſori conſentienti venditioni, pro qua fidejuſſit, ità ſentire videtur *Tiraquell. ubi ſupr. gloſ. 9. n. 157. & ſeq. & n. 173.* ubi tamen in contrarium allegat *gl. Pariſienſem,* & vide *Ludoviſ. dec. 227.*

6 Quæro ſextò. Conſanguineus contractui mulieris, vel minoris adhibitus ex diſpoſitione ſtatuti, ut de jure Longobardorum prius erat in Regno, an ſibi præjudicet, ut ejus conſenſus nihil ei præjudicet, quin jure ſuo uti poſſit? Dic negative ex *l. cum quædam, C. de adminiſtr. tut. l. ſi tutor de inoffic. teſtam. Bald. conſ. 10. lib. 2. Tiraquell. ubi ſupr. n. 141.*

7 Quæro ſeptimò. An teſtis adhibitus in inſtru-

inſtrumento alienationis præjudicet ſibi in hypotheca rei alienatæ. Arguitur, quod non ex *l. Cajus, ff. de pign. act. l. Titia cum teſtamento, §. Lucia, & Bart. & Bald. ff. de leg. 2. gloſ. & Bart. in l. ſicut, §. cum indebitum, ff. quibus modis pignus, vel hypoth.* ſolvitur *Bart. in l. quæ dotis ad fin. ff. ſol. matrim. Afflict. in conſtitut. ſancimus, verb. ut infra 30. dies, verſ. ſed pone, quod conjunctus,* officium enim ſuum nemini debet eſſe damnoſum. Oppoſitum benè verum arguitur ex *tex. cap. ex literis de tranſact.* & ibi *gloſ.* diſtinguit *Alberic. in l. Cajus, col. 2. ff. de pign. act.* ſit ne actus, qui ſola contradictione impediri poſſit, nec nè uti etiam diſtinguit *Petr. de Bellapert. in l. fidejuſſor, §. 1. ff. de fidejuſſ.*

8 Quero octavò. Notarius, an ſe ſubſcribens inſtrumento ſibi præjudicet, quin poſſit contrahere, vel ſibi præjudicet in hypotheca, vel dominio? *Afflict. ubi ſupra* negat, & tenent *Corneus conſ. 258. col. 2.* ità quoque in Tabellione diſtinguit.

9 Quæro nonò. Pater nomine proprio vendidit rem ſuam, & deindè nomine filii, an poſſit uti legitimus adminiſtrator illam retrahere nomine filii, vel quia is habet domum adventitiam, vel prædia adventitia vicina rei venditæ, vel quia filio, vel conſanguineo venditoris competat jus congrui? Negandum videtur ex *text. in l. ſi venditor, §. ſed & ſi pupillus, ff. de in diem adiction.* ubi pater non poteſt addicere filio ſuo, quem habet in poteſtate fundum, quem alii vendiderat ſub pacto adjectionis in diem, ſicut nec ſervo proprio. Sed *Tiraquell. n. 59.* occurrit *d. tex.* dicens, longè diſtare à noſtro caſu, quia hic filius non emit à patre, ſed ab extraneo, cui pater vendidit. Hujus rei difficultatem in hoc conſiſtere ait, an filius bona, & pecuniam habeat, ex quibus pretium emptionis poſſit conficere, ne pater, qui per ſe, & directè non poteſt, ſubjiciat nomen filii, ut indirectè, & mutuato alio nomine contra *l. qui in ſervitutem, ff. de bon. lib.* videndus erit *Tiraquell.* hinc indè diſcurrens, & pro utraq; parte rationes, & auctoritates recenſens.

10 Quæro decimò. Procurator habens mandatum ad emendam domum, vel aliam rem, ſi ſimpliciter emat, cenſetur emiſſe procuratorio nomine mandantis, *l. qui ſervum, &* ibi *Bart. ff. de interrog. act. Tiraquell. de retract. convent. ad finem tit. n. 117. & ſeq.* ubi reſtringit, quoad perſonam mandantis, non quoad tertium cum quo contraxit.

11 Quæro undecimò. Nepos ex perſona propria, an poſſit petere, ſe declarari hæredem avi paterni repudiata hæreditate patris defuncti poſt delatam ſibi patris hæreditatem? Affirmandum videtur ex *text. in l. qui ſe patris, C. und. lib.* ibi: *Qui ſe patris poſt avum inteſtatum defuncti negat hæredem, mortui Avi paterni ſuſcipere facultates non poteſt maximè emancipatus. Niſi per bonorum ad hujuſmodi beneficium pervenerit.* Faciunt tradita per *Alex. conſ. 113. lib. 3.* & *text. in l. ſi mihi, & tibi,* & ibi *gloſ. ff. de leg. 1.* dixi in *tract. de linea lib. 1. art. 27. n. 8.* ubi modificavi non concurrente patruo, & in *eod. tract. art. 2. n. 16.*

12 Quæro duodecimò. Unitas perſonæ formalis eſt in avo paterno, & avia paterna, ut ſi concurrant cum avo materno ſolo, vel avia materna ſola, medietatem accipiant aſcendentes à patre, & alteram unus aſcendens ex materna, ut *Auth. de hæred. ab inteſtat. Forſter. de ſucceſſ. lib. 7. cap. 4. n. 5.* dixi *in tract. de linea art. 2. n. 14.* Aliter ſi concurrant fratres, vel filii fratrum in ſucceſſione patrui. Beneverum filii fratrum in ſtirpes ſuccedant, ut in *tract. de linea art. 2. n. 18.*

13 Quæro tertiodecimò. Fratrum filii, an inter ſe ſuccedant in ſtirpes, vel in capita? Dic in capita ex pleuè relatis per *Theſaur. dec. 24.* & fusè *de linea d. art. 2. n. 22. Rota dec. 178. p. 7. rec.* idque *Rota* ampliavit quamvis adeſſet amita per ſtatutum excluſa, *Card. de Luca de ſucceſſ. ab inteſt. diſc. 8. n. 18.* & dixi in *obſerv. 24. ad Praſ. de Franch.* Aliud eſſet, ſi patruus eſſet in medio, qui renunciaret partem ſuam, nam filii fratrum ſuccederent in ſtirpes, *Barry de ſuc. [illegible] lib. 18. lib. 3.*

14 Quæro decimoqu[illegible]ò. Pater, & filius, an inſimul in eodem Tribunali judicare poſſint? Ratio dubitandi eſt, quia cenſentur una, & eadem perſona, & filius præſumitur habere eandem affectionem, & voluntatem, quam habet pater. Oppoſitum eſt verius ex *text. in l. 3. §. ſi quis, ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſequut.* ubi *Celſus* filius patrem ſuum *Celſum* in jure emendavit, & ei contradixit *Reg. Sanfel. dec. 77. n. 1. & 12.* ubi ità refert vidiſſe practicari.

15 Quæro decimoquintò. Injuria, ſi infertur procuratori, ſeu negotiorum geſtori præſente domino tempore, quo eſt in exercitio procuræ, vel negotiorum, vel in contumeliam domini, quia tunc repræſentet procurator, vel negotiorum geſtor dominum, conſequenter injuria domino infertur, *Cyn. in l. ſi non admitti n. 7. de injur. Clar. in §. item injuria.*

16 Quæro decimoſextò. Injuria, ſi fiat ſervo, an dominus agat proprio nomine? Affirmo, ſi injuria atrox ſit, vel contemplatione domini facta, *§. Servis autem,* & ibi *Aretin. inſtitut. de injur.* Quod extenditur etiam ad injuriam factam famulo, & paſtori, ut inquit *Bald. in l. ſi quis homicidii in fin. C. de accuſat. Bajard. ad Clar. ubi ſup. n. 39.*

17 Quæro decimoſeptimò. Princeps non recognoſcens Superiorem, an poſſit judicare in cauſa propria? *Gratian. in diſc. 4. n. 24.* reſolvit, quod ſic. *D. Reg. Tapia de conſtit.*

Bb 2 *Princip.*

Princip. cap.1. num. 33. comprobat exemplo multorum Pontificum, ex *Dec. in cap. cum veniſſent de judic. num. 34.* dixi in *Gratian. ubi ſupra num. 11.*

18 Quæro decimo octavò. Scribæ Fiſcales, & ſi capturæ delinquentis aſſiſtant, an idonei teſtes ſint ad probandam apprehenſionem cum armis prohibitis. Dic, quod ſic ex *Reg. Sanfelic. dec. 98.*

Licet quis non poſſit in judicio gerere perſonam accuſatoris, & teſtis, tamen poteſt gerere perſonam informatoris, & teſtis eorum, quæ conſiſtunt in facto, ità *Afflict. in Conſtitut. Regni Humanitate in 6. notabili n. 28. verſ. amplius quæro pro declaratione.* Unde ſi non eſſent capientes viles perſonæ, plenam probationem eorum dicta facerent, ut de Curſoribus Curiæ Archiepiſcopalis tenet *Gennenſ. in prax. Archiep. cap. 39.* idem de Baricellis tenuit *Joſephus in dec. Lucenſ. prima, n. 4. verſ. iſti ergo Baricelli*, & ſi ſatellites eſſent de majoribus, & in capite, & fortiùs, ſi haberent aliquam juriſdictionem, eſſent idonei teſtes, *Paul. Gramat. theorem. 19. n. 11.*

Contrarium *Ego* ſcripſi in *obſerv. 379. ad Praſ. de Franch.* ut eis non plenè credatur, uti perſequutoribus, & ratione affectus ad capturam, ex *l. 3. §. 1. ff. de teſtib. Reg. Latr. dec. 179. n. 53. & ſeq.* Et officialibus capientibus plenè non credi, præterquam in levibus tradit *Farin. q. 108. n. 157.* in denunciatoribus, ſeu aliis officialibus deputatis ad perſequendum malefactores, ſivè ad inveniendum, & capiendum portantes arma prohibita, ſi contra reum in fraganti deponerent, plenè probant *Guazz. defenſ. 5. cap. 9. Farin. loc. cit. n. 156. Caball. caſ. 126. n. 2. Giurb. n. 8. Danz. de pugn. Doct. tom. 2. tit. de arm. n. 20.*

Famulos Curiæ idoneos eſſe teſtes contra infraganti crimine repertos, ex *Afflict. ubi ſup. n. 30. Bajard. ad Clar. q. 82. Farin. de teſtib. q. 56. n. 379.* firmat *D. Roccus de offic. cit. de privil. crim. extract. rer. §. 1. num. 16.* Nihilominùs ego exiſtimo non intelligendum id abſolutè verum, niſi in levibus delictis, ſed non ubi agitur de pœna corporali, nam alias non eſſet vera *dec. 379. de Franch.* In causa contrabannorum, quatenùs *Roccus n. 13.* ſcribit famulos Curiæ probare extractionem, ex *Manſon. de contraban. q. 5. num. 4.* aliæ rationes militant juxtà meam opinionem, vel quia cauſæ interceptorum ſunt civiles, *l. commiſſa, & l. fraudari vectigalis*, & ibi *gloſſ. ff. de publ. & vectigal.* & in R. C. S. ſemper judicaſſe, teſtatur *Reg. Moles dec. 36. q. 7.* dum agitur de conſequutione rei, vel mercis commiſſæ, ut idem *Roccus in tit. pœna pecuniaria, §. 5. n. 112.* Vel quia res eſt extra difficultatem, quando non poteſt negari res extractas eſſe ejus, de quo deponunt birruarii, ut *Farin. d. q. 108. n. 158.* Propenſiùs, ſi tractatur de credendo poſitis ad cuſtodiam paſſus, ut capiant, & denuncient res veritas aſportantes, *Farin. de teſtib q. 60. n. 382. Manſon. n. 4. Rocc. n. 17.*

Si unus detulerit captum Judici cum armis, captura cum armis operabitur, ut quamvis unico credatur, quando apprehenſus negare non poſſet arma eſſe ſua, *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 112. n. 1. in addit. Farinac. in n. 155.* Qua circumſtantia concurrente, nec ego crederem capienti, poſſet enim quis decipi à petente commodato arma, & deindè Judici deferre commodantem cum armis cõmodatis, alia vide in *d. obſ. 379.* & ea, quæ obſervat *D. Mucci in deciſ. 98. Reg. Sanfelic.*

19 Quæro decimononò. Hæres poſſeſſoris malæfidei, an poſſit novam ex ſua perſona incipere præſcriptionem, ſi novus titulus in ſua perſona obvenerit, ſi non utatur acceſſione temporis ſui auctoris. Arguitur, quod ſic, ſcilicèt, quod poſſit præſcribere ex ſua perſona uti extraneus, & non uti hæres, *text. ex ſingularis in l. an vitium, §. ex facto, ff. de diverſ. & temp. præſcript.* ubi Titius hæres Caii, qui hypothecaverat fundum, & deinde eum vendiderat; redemit fundum ab emptore, & ſic novus titulus poſſidendi obvenerat in ſua perſona. Dicitur, ibi: *Hunc hæredem poſſe uti exceptione præſcriptionis*, dat rationem. *Quia in extranei locum ſucceſſit, non in ejus, qui pignori dederat.* Aſſignat rationem rationis, dicens: *Quemadmodum ſi ante redemiſſet, & ſic deindè hæres extitiſſet.* Nihilominùs verè extiterat hæres, antequam redemiſſet. Imò quod eſt mirabilius, redemerat enim rem exiſtentem in hæreditate, idque colligitur ex ſignificatione verbi *redimere*, quaſi fuiſſet vendita cum pacto de retrovendendo, quod jus redimendi erat in hæreditate auctoris malæfidei; Nihilominùs, quia vitium perſonale auctoris non tranſit in perſonam hæredis. Ideo ex novo titulo hæres præſcribit, latè *Montan. controv. 26. num. 13.*

20. Quæro vigeſimo. Baro ſi eſſet ſuſpectus ex capite inimicitiæ, an poſſit Judicem delegare? Tenendum videtur, quod ſic, licet enim Baro ſit inimicus, non privatur tamen poteſtate delegandi, neque Superior poteſt certum Judicem deputare, *Frecc. in tit. de differ. inter feud. quatern. & tabul. n. 167.* ubi limitat, quando inimicitia eſſet gravis inter Vaſſallum, & Baronem, vel quando tractaretur de cauſa pertinente ad commodum Baronis, bene verum hæc limitatio non eſt undique tuta; quia reſpectu intereſſe Baronis non ſemper repellitur à judicando, ſeu delegando, ut plenè *Cancer.* quem refert, & ſequitur *Caball. reſol. crimin. 128.* & ità deciſum in S.C. refert *Reg. Latr. dec. 90.*

21 Quæro vigeſimoprimò. Epiſcopus, ſi eſt ſuſpe-

ſuſpectus, an dicatur ſuſpectus ejus Vicarius, vel delegatus ab eo? Idem videtur dicendum, quod de Barone. Attamen contrarium vult *Capyc.dec.137. n.10. verſ.3. declaratio Tuſcus concluſ.908.num.3. tom.7. Capyc. Latr.dec.90.num.25. Guazz.de defenſ.reor.defenſ.1.cap.19.n.83. Reg.Latro n.23.*

22 Quæro vigeſimoſecundò. Judex an recuſari poſſit in cauſa Eccleſiæ, cujus Rector eſt conſanguineus Judicis, quamvis in ea lite de proprio intereſſe non agatur, ſed officii ratione? Affirmativè ſcribit *Giurb.obſerv.68.* ex *Aufrer.de recuſat. n.8. Intrigliol. lib.3. ſingul.80. n. 61.* At negativè ſervari in Catalonia, teſtatur *Fontanell. dec.15. n.19.* & probat *Reg.Rovit.dec.80.* & firmat *Apicell.tit.de ſuſp.offic.ad Revert.dec.153.* id quod Jo: *Chriſtophor.Sveleces cent.1.caſ.23.* non procedere credit, ſi non agatur de materia pecuniaria, ſed de præeminentia tantùm deciſum pro Prælato, ſubnectit. At Sacrum Conſilium in cauſa remiſſionis Clerici Fabritii Buccierii Cuſentini petitæ ab Archiepiſcopo Cuſentiæ ad ejus Curiã Archiepiſcopalẽ decrevit, quod Conſiliarius Piccolelli non interveniat uti conſanguineus Archiepiſcopi ſub die 7. Aprilis 1631. *Conſ.Petr.rit.265.n.128.*

23 Quæro vigeſimotertiò. Judex conjunctus Advocato litem patrocinanti, nemini autem partium, an poſſit recuſari? Affirmant, quod ſic *Seſſe deciſ. Arag. 226. tom. 2. & deciſ.414 tom.4. de Pont.conſ.14. Conſ.D.Petra rit.265. n.223.* Et in Regno noſtro extenditur uſque ad tertium gradum civilem, tam conſanguinitatis, quàm affinitatis reſpectu conjunctionis cum Advocato, vigore *prag.2383.de offic. S.C.* (Quidquid ſcripſerit *Reg.Revert.dec.153.* ubi deciſum refert, quod Judici liceret intervenire, in qua ejus uxoris nepos patrocinaretur) *De Marin. ad Revert.n.2. & pragm.9. §.2. de offic.Iud.* ampliat ad quartum. At de jure opinionem *Revertorii* tenet *Gratian. dec. 100. n. 24.* ſcripſi in *tract.de linea in art.29. n.17. & ſeqq.*

24 Quæro vigeſimoquartò. Si Judex ſuſpectus reſpectu defuncti uti conſanguineus recuſari poterit reſpectu jacentis hæreditatis illius, cœpta cauſa ante aditionem hæreditatis extranei inſtituti? Tenendum videtur quod ſic, quia hæreditas jacens repræſentat defunctum, & in ſimili ſicut petitur compromiſſum cum defuncto conſanguineo, ità pariter in hæreditate illius jacente, ut judicatum refert *Novar.ad pragm.1.de arbitr. n. 9.* & alias ſupra dixi.

25 Quæro vigeſimoquintò. Quid ſi cœpta ſit lis hæreditate jacente coram Judice illius defuncti conſanguineo, & non propoſita fuerit recuſatio, & deinde adita ſit hæreditas per extraneum hæredem inſtitutum, an deinde proponi poſſit ſuſpicio? Reſolvendum ſimiliter videtur, quod ſic, quia ſicut Judex fuiſſet ſuſpectus hæreditate jacente, vel reſpectu illius defuncti, ſi viveret, ità reſpectu hæredis, cum hæres, & defunctus ſit eadem perſona, & principium cujuſque rei ſemper eſt attendendum, *l. Pomponius, ff. de negot.geſt.* Et Judex ſi fuiſſet recuſatus hæreditate jacente adita deindè hæreditate per extraneum non ceſſaret ſuſpicio, ut *Præſ. de Franch.dec.719.* & hæc comprobare videtur *Fontanell. dec. 11. à n. 23.* & ſcripſi *de linea art.29. num.20.*

Oppoſitum ſuadetur in caſibus propoſitis, ſcilicèt, ſi recuſatus non fuerit Judex conſanguineus inſtantia cœpta cum defuncto, vel in caſu, quo propoſita non fuerit hæreditate jacente, & deindè adita ſit hæreditas per extraneum, quia ceſſante cauſa conſanguinitatis, ceſſat effectus ſuſpectionis, cujus principalis cauſa eſt conſanguinitas, vel affinitas, *l.2. §.appellata, ff.ſi cert.petat. Surd.dec.30.n.18.* & ſoluta affinitate, vel ceſſante conſanguinitate, ſolvitur amor, *gloſſ. in l. ſed & hoc, verb. ſuccurrendum, ff.de re judic. Milanenſ. dec.16.ex n.14 lib.1. Vitrius deciſ.81.* Certiùs ſi non ſuperſint deſcendentes, ideòque ſit inſtitutus hæres extraneus, tanquam non ſuperſint reliqui. Additur, quod ſolummodò controverſus fuit caſus, quando vivente defuncto, recuſatus fuiſſet, Iudex conſanguineus, & in hoc caſu deciſum fuit, non ceſſare effectum conſumatum recuſationis, ut *Præſ.de Franch.dec.129. & Reg.Rovit.dec.50.per tot.* Ergo aliter dicendum eſt ſuſpicione non propoſita vivente defuncto, cui Judex erat conſanguineus.

In puncto ſuſpicionis, & compromiſſi, ſi jacente hæreditate proponeretur ſuſpicio, & eſſet inſtitutus extraneus, tunc videndum eſſet, in quo gradu ſit Judex conſanguinitatis, ego enim exiſtimo non attendendum eſſe amplius gradum, in quo erat defunctus, licet hæreditas jacens repræſentet defunctum, prout adita hæreditate, hæres etiam deſcendens eſt in alio gradu, quo erat defunctus, & ità in materia compromiſſi ediſſererem. Aut hæreditas eſſet jacens, & extraneus eſſet inſtitutus, quia poſſet contingere, quod hæres hæreditatem repudiaret, & hæreditas deferretur eidem Judici conſanguineo, & procederet ſuſpicio intra gradum à jure præfixum. Quoad compromiſſum, an peti poſſit hæreditate jacente, ſi nulli extarent conſanguinei, quibus poſſit deferre hæreditas, in caſu quo hæres extraneus repudiaret, & tunc cenſeo non poſſe peti compromiſſum, ità ſimiliter ſit hæreditas in caſu repudiationis hæredis extranei deferreretur conſanguineis remotioribus, à quibus non poſſet peti compromiſſum.

Suſpicio ex cauſa affinitatis ceſſaret me judi-

Digitized by Google

judice hæreditate jacente nullis exiſtentibus liberis, ſi hæres extraneus eſſet inſtitutus, quia ſoluta affinitate, non locum haberet ſuſpicio, neque Judex lucrum hæreditatis ſperare valet in caſu repudiationis hæreditatis per hæredem extraneum.

26 Quæro vigeſimoſextò. An Judex habens aliquem filium in aliqua Eccleſia, Collegio, vel Monaſterio judicare poſſit in cauſa Eccleſiæ, Collegii, vel Monaſterii? Nega, quia cauſa Univerſitatis, non eſt cauſa ſingulorum, *Cancer. p.3.var. cap.4. de ſervit. n.*104.*&* *cap.17. de ſentent. ex n.*179. ità in puncto *Fontanell. dec.* 15. *num.* 20.

27 Quæro vigeſimoſeptimò. An duplicis officii in eadem perſona ſit prohibita proviſio? Dic regulariter, quod ſic ad *text. in l. quiſquis,* ubi *Bart. C. de cohortal. lib.*12. Quia difficile eſt, ut unus duorum vices ſubſtineat, *l. ſi plures, ff. de pact.*, nec facilè creditur, poſſe quem duabus rebus neceſſariis ſufficere, ne dum ad utrumque feſtinat, neutrum benè peragat ſecundum *gloſam in l. fin. C. de Aſſeſſor.* ubi adducit illos verſus: *Qui binos lepores, &c.* latè *Maſtrill. de magiſtr. lib.2. cap.*11. *ex cap.*2. Nec debent promiſcuis actibus officia confundi, *l. conſulta divalia, C. de teſtam.* Exercens autem duo officia compatibilia, an debeat habere duplex ſalarium, ſupra pluries ſcripſi, ut in *cap.* 87. & vide *Fontanell. dec.* 257. *& ſeq.*

28 Quæro vigeſimooctavò. An venditor vendens feudum ſine aſſenſu ante impetrationem poſſit revocare ex perſona propria, vel uti miniſter Regis ex Conſtitutione Regni, *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, vi facultatis ipſi à Rege conceſſæ in dicta Conſtitutione; ſeu potius poſſit contractum revocare, & feudum avocare uti legitimus adminiſtrator feudi, cujus vicem gerit, ut ex *Afflict. dec.*324. *n.*24. *Giurb. Salg. & aliis* dixi ſupra *cap.3. n.*2.

Feudatarium alienantem revocare uti miniſtrum Regis, tenet *Freccia de ſubfeud. lib.2. q.1. n.*19. Jus enim commune feudorum non dederat alienantibus, & contrahentibus facultatem hanc revocandi, ut tradit *Anna in repet. Conſtit. Conſtitutionem Divæ memoriæ n.*270. *circa medium*. Et quod favore Regis ſit conceſſa facultas cum alienatio non ſit ipſo jure nulla. Nam facta fuit ſalvo aſſenſu, nec feudum eſt venditum uti res allodialis, & ex ſpeciali favore dictæ Conſtitutionis fuiſſe inductum, ut caducitas feudi ob alienationem, in qua incurrebatur, per Conſtitutionem evitetur.

Refellit autem hanc *Frecciæ* opinionem *Conſil. Marcian. conſil.*49. *& Montan. contr.*15. *per tot.* præſertim *n.*13. *in medio*, poſt multa ità loquens: *Quia Conſtitutio dicit, quod alienans revocet jure proprio, ergo feudatarius alienans, non revocet uti miniſter Regis exercendo eandem facultatem revocandi, quæ eſt in Rege.* Et facultatem revocandi non ex ipſa Conſtitutione, ſed ex contractus nullitate reſultare, verius probat *Conſil. de Roſa conſultat.*14. *n.*21. ubi quod poteſt revocare feudatarius alienationem propria facultate, ex *l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſit. lib.*11. ubi venditor revocat, quod vendidit, ſi alienatio eſt ipſo jure nulla.

Improbatur etiam in alio *Freccia* volens tantùm venditori licitum eſſe revocare contractum, non emptori, & oppoſitum paſſim pro emptore ſervatur, & quilibet ex contrahentibus infringere contractum valeat, & eſt caſus proviſus per dictam Conſtitutionem permittentem contrahentibus contra propria geſta venire, dum contractus nullus eſt, & contrahentes ſint tàm emptor, quàm venditor, & ſint correlativi, *Conſil. Marcian. conſil.* 49. & dixi *cap.* 69. *n.*3. & quotidie ità judicari tradunt *Conſil. Marcian. & Conſil. de Roſa conſ.* 23. *n.*98. *& alii.*

Supponit Conſtitutio nullitatem contractus, addit irritationem juramenti, ut ſcripſi latè in *obſerv.*391. *ad Præſ. de Franch.* & permittit venire contrahentes adverſus contractum abſque pœna caducitatis, & abſque ſolutione intereſſe promiſſi in caſu revocationis contractus, & inobſervantiæ, hæc cavet Conſtitutio, ut dixi *d. obſerv.* 391. Si tamen emptor feudi ob defectum aſſenſus revocet emptionis contractum, hujuſmodi revocatio operatur retrotractionem, ità ut fructus medio tempore percepti cedant ad commodum venditoris, emptori autem debeatur intereſſe pretii ſoluti, *Montan. controv.*15. *n.*9. *Card. de Luca de feud. diſc.*31. *& de uſur. diſc.*9. *n.*11. ubi quod in propoſito ſolet eſſe magis quæſtio ex parte emptoris, quoniam plus importat intereſſe.

Poſita uti incontrovertibili contractus nullitate, præſcindendo Conſtitutionem Regni, inſpiciendum eſt, utrum contrahentibus licitum ſit revocare contractum? Ratio dubitandi eſt, quia ex contractu oritur obligatio defendendi, & approbandi, ut etiam contra Fiſcum decidit *text. in l.2. C. ne Fiſcus rem, lib.* 10. & obligatio quoque oritur ex honeſtate, & æquitate non contraveniendi facto proprio etiam nullo, ut dixi ſupra *cap.*69. *ex l. poſt mortem, ff. de adopt.* & ibi *gloſ.*

In ſimili nec poſſeſſor Majoratus poteſt revocare rem Majoratus à ſe alienatam, cum non valeat impugnare ſuum factum proprium, *Fuſar. q.*717. *ex n.*5. *Molin. de primogen. lib.4. cap.1. à n.*16. & *Addit. n.*16. *Roxas de incompatibilit. p.5. cap.6. n.6. &* 10.

Præterea contractus non eſt abſolutè prohibitus, quia reſervatur aſſenſus Domini, nec venditur feudum, ut allodium, ut valere dicit *gloſ.2. in d. Conſtit. in verſ. ergo pater,*

Mon-

Digitized by Google

Montan.n.2.D.Reg.Tappia in dec.S.C.5.n.22.

Propenſiùs ſi contrahens alieno nomine contractum non infringit,uti diverſa perſona, quo caſu permittitur juxtà *l. tutorem, ff. de his quib. ut indign. L. Palla, ubi gloſ. C. eod. verb. pupillum nomine*, in caſu noſtro feudatarius non revocat uti legitimus adminiſtrator feudi, neque nomine ſucceſſoris, ſed proprio jure revocare ſancit Conſtitutio, ergo potiùs contrahentes revocant vigore Conſtitutionis,quam juris communis, *Alber. in l.vendicante, ff.de evict.q.2.*ibi:*Et alieno nomine venit contra*.

Contrarium nihilominùs firmatur, quod feudatarius poſſit, etiam præſciſſa Conſtitutione, venditionem revocare, cum alienatio ſit ipſo jure nulla per diſpoſitionem legis, ut *d.l.quemadmodum*, ubi *gloſ. in verb. ſuum conatum, verſ.ſed contra hanc regulam*, *textus eſt in cap.unico, tit.de feud.ibi: Quid juris,ſi poſt alienationem feudi Vaſſallus id recuperaverit, Gamma dec.111. n.fin. Fuſar.d.q.717. num. 3. Roxas num.* 8.

Certiùs, quia nedum eſt nulla alienatio ob reſiſtentiam legis,& defectum conſenſus directi domini,ut dixi *d.cap.69.ex Anna in d. Conſtit.n.211.& n.231.& Ginrb.dec.100.n.44.* & lex feudalis ob publicam utilitatem prohibuit alienationem feudorum, ut in *cap. 1. de probib. feud. alien. per Lotthar. & in tit. de probib. feud. alien. per Frider.* & antequam confirmetur contractus à Domino, ſtat in finibus prohibitioni, ut *Conſil. Marcian. n.14.*

Beneverum eſt, quod *Montanus* totus eſt in impugnando, *Conſil. Martianum* arguens, contractum ante expeditionem aſſenſus non eſſe ipſo jure nullum, ſed ſtare in ſuſpenſo, potiſſimum, quia aſſenſus ſunt ſoliti concedi cum *gloſ.Camerar. & Anna n.193. & 270. circa medium*. E' contrariò arguitur, quod *Lottharius,& Fridericus* prohibuerint, tanquam diminuentia, vel commutantia ſervitium militare in præjudicium Reip. Et quidquid ediſſerat *Montanus*. Verum eſt, quod interim ob defectum conſenſus Domini directi competit contrahentibus facultas revocandi contractum.

Minorem dubitationem habet res, ſi deventum eſt ad traditionem feudi,quam alienationem *Lottharium,& Fridericum* abſolutè prohibere, docet *Andr. in cap. Imperialem, n. 199. verſ.verius videtur, & in tit.de prohib. feud. alien. per Lotthar. verb. fatit commentum n.5.*Facit in ſimili *Praeſ.de Franch.dec.267.& Reg.de Marin. ad Revert. obſer.49.* Præſertim ſi diù contrahentes diſtulerint petere aſſenſum, *Reg.de Marin.lib.2. reſol.73.n.21.*& dixi in *obſerv. 273. Praeſ. de Franch.*

Contingit nuperrimè diſceptari, num ceſſionario emptoris competat facultas recedendi à contractu, & pretium cum intereſſe petere? deciſum fuit in S.C. de anno 1678. ad favorem ceſſionarii ad relationem Ill. Ducis de Campomele Reg. Conſiliarii D. Trojani Miroballi nunc electi meritiſſimi Regentis Supremi Conſilii Italiæ.

Ratio ea ſuffragatur,quia cum liceat contrahentibus revocare contractum, & etiam hæredibus extraneis, ſi hoc jus eſt tranſmiſſibile ad hæredes; Ergo & ceſſibile *l.ex pluribus, ff. de admin. tutor. Olea de ceſſion. tit. 3. q.8.n.4.*dixi in *Spicileg.de ceſſion.jur.q.66.n.9.*

Ad hæc quia cum nullus ſit contractus, quilibet ab eo diſcedere poteſt, pupillare enim privilegium eſt, ut ex parte claudicet contractus, *l. Julianus, §.ſi quis à pupillo, ff.de act. empt.*

Venditoris feudi partes contra ceſſionarium ſuadet, quod Conſtitutio concedit facultatem contrahentibus recedendi à contractu. At ceſſionarius non eſt, qui contraxit. Ergo non loquitur de ceſſionario.

Ulterius, quia jus competens ex ſtatuto, vel dicta Conſtitutione non eſt ceſſibile, tanquam ex diſpoſitione particulari, ut de jure prælationis competentis ex Conſuetudine Inquilinis, ut præferantur novis, *Surd. conſil.205.n.20. Merlin.dec.386.n.1. Pacion.de locat. cap. 20. n.87.* dixi in *Spicileg. de ceſſ. jur. quaeſt. 72. num. 1.*

Inſuper hæc facultas vigore Conſuetudinis eſt contra regulas juris communis obligantes contrahentes ad obſervantiam contractus. Rurſus per Conſuetudinem evitatur caducitas incurſa per alienationem. Item irritatur juramentum,& annullantur omnia pacta pœnalia impedientia revocationem. Ergo per ceſſionarium non poterit exerceri vi Conſuetudinis illa facultas recedendi à contractu.

Rectiùs de facultate emptoris dubitat etiam *Freccia lib.2.verb.à Regnicolis in princ.* relatus à *Liparul. in cap. 1. §. Imperator, Lottharius verb.emptorem lit.G.de prohib.alien.per Frideric.* Ergò multò magis non poterit ceſſionario emptoris competere à contractu recedendi, nam multiplicarentur ſpecialia.

Confert,quod facultas eligendi non poteſt cedi, *l.ſi ſtipulatus fuerim illud, ff.de verb.oblig.* & ibi latè *Bart.* poſt alios *Tiraquell.de retract. lignagier.§.26.n.76.* Facultas declarandi cedi non poteſt ſecundum *gloſ. in l. idem Pomponius, §.ult. ff.de rei vendic. gloſ. Bart.& alii in l.inter ſtipulantem, §. 1. ff.de verb.oblig. Tiraquell.ubi ſup.n.77.* Ergò ſi non poteſt expreſsè cedi. A fortiori non tranſibit ſine expreſſa ceſſione, ſeù revocatione cedentis in ceſſionarium dicta facultas eligendi, vel declarandi nolle ſtare emptroni.

Obſtant itàque ceſſionario verba Conſuetudinis de contrahentibus litteraliter loquentis. Inceſſibilitas facultatis eligendi, & de-

declarandi receſſum à contractu. Specialitas evitandi caducitatem conceſſa contrahenti ad beneficium ceſſionarii non intelligenda. Inceſſibilitas quoque juris ex Conſuetudine competentis. Sivè quod præcedere debeat declaratio emptoris revocandi contractum, & expreſsè cedi actio repetendi pretium una cum intereſſe. Verba conceſſionis facultatis revocandi contractum, neque adaptentur ceſſionario, qui non contraxit, conveniunt ſolùm rectè emptori, qui contraxit, & hæredi, qui quaſi contraxit. Pendet diſcuſſio nullitatum ſententiæ.

29 Quæro vigeſimononò. An creditor accipiens duos fidejuſſores pro diverſis ſummis inter ſe fingatur homo diverſus pro multiplici diverſo debito? utputà quia creditor pro mille ex eadem cauſa duos, vel plures accepiſſet fidejuſſores ſeparatos diviſis ſummis, nempè unum pro 500. alterum pro aliis 500. Dic quod ſic, undè unus non cenſetur fidejuſſiſſe contemplatione alterius, *Olea de ceſſ. jur. in cap. 6. q. 8. n. 25. Card. de Luca de credit. diſcurſ. 7. n. 12.* dixi in *Spicileg. de ceſſion. jur. q. 27. n. 6.*

30 Quæro trigeſimò. An maritus, & uxor cenſeantur una perſona, ità ut maritus non poſſit habere duos Majoratus incompatibiles unum jure proprio, alium jure mariti? Videtur dicendum, quod cenſentur una perſona, quia invicem ſint ità uniti, & facti una caro per individuum Sacramenti matrimonium, & ſint duo in carne una.

Facit, quia uniuntur etiam bona per unionem bonorum, nam maritus poſſidet dotalia, & extradotalia uxoris, & dotalium habet dominium, prout etiam in proprio Majoratu per tempus vitæ ſuæ, ut in *Inſtit. quib. alien. lic. vel non in princ. Caſtill. de uſufr. cap. 4. num. 7.*

Præterea nam uxor per matrimonium tranſit in familiam viri, *l. quicumque, C. de re milit. libert. l. pronunciatio, §. mulier, ff. de verb. ſignific.* ubi ponit *Rebuff.* exemplum in muliere de familia *Rebuffi*, ſi nupta eſt cum viro de familia *Solatii*, quod afficitur de familia Solatiorum, *Tiraquell. ad l. connubial. l. 1. gloſ. 1. p. 1. n. 31. Fuſar. de ſubſtit. q. 352. num. 20.*

In Indorum Commendis, quarum pluralitas eſt incompatibilis apud unum, concurſus duarum prohibitus eſt in uno, & eodem poſſeſſore, ut ſi maritus habeat una commenda, non habere valeat aliam uti maritus, *Rozas de incompatibil. p. 4. cap. 3. n. 10.*

Contrarium verius eſt, quia maritus, & uxor ſunt duo, & quatenùs in *cap. 3. Geneſis*, & *cap. 19. D. Matthæi*, dicitur in carne una, intelligitur de conſummatione matrimonii per copulam, & quilibet ſibi acquirit, & non communicantur ſucceſſiones, & unio, quæ fit per matrimonium non eſt abſolutè phiſica, & legalis inter conjuges, ſed tantùm phiſica in effectu, hoc eſt in commixtione carnis, ſivè unitas ſpiritualis, & moralis per Sacramentum, quia alias phiſicè, & legaliter ſunt duo maritus, & uxor.

Hinc bona mariti non proſunt uxori pauperi, ſi hæc egeat alimentis, & litis expenſis, quin conſequi valeat alimenta, aut litis expenſis, *Gratian. diſc. 55. n. 51. Caſtill. lib. 3. cap. 27. à n. 15. Roxas n. 18.*

Quoad unionem familiæ reſpondetur, quod uxor ſit de familia viri, ut comprehendente omnes illos, qui in ſervitio, ac poteſtate illius ſunt, *l. pronunciatio, §. jure proprio, ff. de verb. ſignif.* & de illis loquitur *textus* in contrarium allegatus in *d. l. quocumque*. Non autem uxor efficitur de familia viri, ideſt de progenie nobili, agnatione mariti, ut *d. l. pronunciatio, §. communi jure*, & ibi *gloſ. Bart. & Rebuff. Peregrin. de fideicomm. art. 12. n. 83. Fuſar. q. 351.*

Neque maritus eſt dominus bonorum dotalium uxoris, niſi emolumenti, & quod jus lucrandi fructus conſtante matrimonio, *l. dotis, & l. quamvis, ff. de jur. dot. Barboſ. in l. dotalem n. 3. & ſeqq. ff. ſol. matr. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſ. 1. p. 2. n. 151. & ſeqq.*

Quod traditum eſt in Indorum Commendis, id ex ſpeciali jure procedit, quia ità fuit proviſum à Rege, ut ex *Solorzano tom. 2. cap. 5. à n. 79. & cap. 18. n. 1.* ità *Roxas d. cap. 3. per tot.*

Finem huic Operi, ope etiam J.C. D. Joſephi Materni mei amiciſſimi, Die tertia Decembris 1682. in feſto S. Franciſci Xaverii Patroni hujus Civitatis Neapolis, impoſui ad gloriam SS. & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & ad honorem Reginæ noſtræ Deiparæ Virginis Mariæ Sacratiſſimi Roſarii, cum Capitibus, & 30. Quæſtionibus Collectaneæ ad numerum illius Myſteriorum.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

PROTESTATIO AUTHORIS.

Superius ſit Eccleſiæ, & Superiorum judicium, cui ſi quid in his adverſatur ſcriptis, inſcriptum volo, & offero ſpongiam, ut deleatur.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

IN-

INDEX
RERUM, ET SENTENTIARUM,
Quæ in hoc Opere continentur.

Numerus primus Caput, ſecundus numerum indicat.

A

ABbates, quando fugantur vice Epiſcopi. Cap. 82. per tot.

Abbatiſſa, an ex conceſſione Apoſtolica exerceat juriſdictionem ſpiritualem. cap. 88. n. 8.

Abbatiſſa quot perſonas repræſentet. cap. 88. n. 1.

Accreſcendi jus, an locum habeat in teſtamento militis. Quidvè in pupillari ſubſtitutione. Aut ſi conjuncti ſint hæredes re, & verbis, aut re, ſeù verbis tantùm. c. 1. per tot.

Accreſcendi jus à locum habeat in teſtamento ad pias cauſas ſine ſollemnitatibus jure ſpeciali valido? Quidvè ſi oriatur ex voluntate teſtatoris inter conjunctos re, & verbis, aut re tantùm, ſivè verbis. cap. 2. per tot.

Accreſcendi jus de ſeipſo ad ſeipſum, an detur. c. 133. per tot.

Actio, & paſſio poteſt eſſe in eodem ſubjecto ratione duplicitatis perſonarum. c. 8. n. 5.

Actioni perſonali paſſivæ hæredis, an accedat hypothecaria paſſiva defuncti. cap. 34. n. 2.

Actores plures, quando teneantur conſtituere unum procuratorem. cap. 94. per tot.

Actionum confuſio, an inducatur ex aditione ſimplici. c. 102. per tot.

Actoris, & rei quis geret vices in judiciis duplicibus, & an utraque pars debeat probare. cap. 14. per tot.

Actum voluntariæ juriſdictionis, an quis apud ſeipſum exerceat. c. 26. n. 3.

Adam repræſentat omnes homines. c. 77. per tot.

Adhoa jus, & actio, an ſit diverſa à feudo. cap. 63. num. 8.

Adminiſtrator repræſentat perſonam propriam, & adminiſtrationis, & quis effectus. c. 8. n. 9.

Adoptandus, & Conſul ſimul poteſt dare ſe adoptandum apud ſemetipſum uti Conſulem, vel Præſidem. c. 12. n. 1. & 13.

Adoptatus ab extraneo repræſentat duos patres, & an ſuccedat ambobus, & qualiter. c. 43. n. 3. & 4.

Advocatus à pluribus annuatim ſalariatus, an valeat defendere unum adverſus alium. c. 110. n. 1.

Advocatus unius partis, an poſſit produci teſtis ab alia, & an poſſit probare tranſactionem contra clientem. c. 47. per tot.

Ambaſciator repræſentat duas perſonas. c. 1. n. 1. & c. 23. per tot.

Ambaſciator honoratur ſicut immittens. cap. 23. n. 2. & c. 35. per tot.

Ambaſciatori ſi fiant dona, an illa cedant in beneficium ipſius, & quid in dubio, & rationem de eis reddere teneatur. c. 23. per tot.

Ambaſciatores noſtri temporis, an ſint præcellentiores priſcis, qui in jure habentur? c. 35. n. 5.

Ambaſciatores ſunt publicæ, & conſpicuæ perſonæ ob figuram Principum, & Republicarum mittentium. c. 35. per tot.

Ambaſciatorum ſpecies penès Papam, & in quibus inter ſe differant. c. 35. n. 4.

Ambaſciatorum exemptiones à vectigalibus, repraſaliis, ac aliis, & an extendantur ad familiares. ibid.

Arbitri, & Arbitratores quam perſonam gerant. c. 141. per tot.

Archidiaconi ſunt Vicarii Epiſcopi de jure, at aliter in praxi. c. 31. n. 7.

Archiepiſcopus perſonas gerat Ordinarii Metropolitani, & delegati, c. 29. n. 9.

Archiepiſcopus qualiter ſit ſuperior, vel inferior reſpectu ſuffraganei. c. 40. n. 1.
Archiepiſcopus, & Cardinalis quot perſonas gerat, & illius poteſtas in collatione beneficiorum. c. 57. per tot.
Archipresbyteri de jure habent jurisdictionem in ſpiritualibus, non hodiè in praxi. c. 31. n. 7.
Arrogatio explicatur cum differentiis ab adoptione. c. 43. n. 5.
Arrogatus quot perſonas repræſentet, cap. 68. per tot.
Aſſeſſores ſpecies: c. 114. per tot.
Aſſeſſores electi à Principe, an habeant juriſdictionem. c. 114. n. 7.
Aſſeſſor an poſſit eſſe inſimul Judex? c. 114. per tot.
Aſſeſſor an poſſit eſſe inſimul Advocatus? c. 120. per tot.
Avus ſeipſo tantùm authore poteſt contrahere de jure civili nuptias inter nepotem ex uno filio, & neptem ex alio. c. 12. n. 5.

B

BAjulivi in Bajulivitatibus Religionis Hieroſolymitanæ deſcribuntur. Cap. 112. per tot.
Baptizare ſeipſum, an quis poſſit in neceſſitate. cap. 26. per tot.
Baro dicitur miles, ſed in quo differat à milite. c. 3. n. 1. & 11.
Baro habet duo patrimonia diſtincta, unum in feudalibus, alterum in allodialibus. ibid. n. 1.
Baro reputatur duplex homo, imò multiplex juxta numerum feudorum. ibid. à n. 2. per tot.
Baronis perſonam gerit Epiſcopus feudata poſſidens. c. 31. n. 1. & 2.
Baro uti Baro, an ſit etiam civis feudi, & habeat uſum in nemoribus, uti duo ex civibus? c. 33. n. 1.
Baro an ſubeat onera Univerſitatis? ibid. n. 2.
Baro an uti civis Terræ feudi ſit immunis per Regnum, prout alii cives ex privilegio. ibid. n. 7.
Baro emendo jus adhoæ, an emat uti alius. c. 63. per tot.
Baro emens jus adhoæ, ſi deindè vendat feudum, an iſtud tranſeat immune. c. 64. per tot. & c. 65.
Beneficiatus an ſibimet concedere poſſit emphiteuſim Eccleſiaſticam. c. 48. n. 4.
Beneficium Eccleſiaſticum, an ſibi quis conferre poſſit? c. 39. per tot.
Beneficia reſervata quæ ſint. c. 57. per tot.
Beneficium primum, & ſecundum ſi petat una pars privilegiata, an ſit communia, & an alia deindè petere valeat altera pars privilegiata. c. 137. per tot.
Beneficium primum, & ſecundum petendi terminus qui ſit. ibid.
Bona quando præſumantur quæſita ex fructibus Eccleſiaſticis. c. 30. n. 3.
Bona empta nomine hæreditario, an reincidant in fideicommiſſum, & quid ſi nomine proprio. c. 136. per tot.

C

CAmbiare à ſeipſo, an valeat procurator, vel inſtitor, aut ſocius? c. 107. n. 4. & 5.
Cambia, & recambia ſunt ſors, & non acceſſiones. c. 107. n. 6.
Cambium à ſeipſo, an poſſit accipere uti alio, qui habet facultatem accipiendi cambium ab aliis. c. 107. n. 1. & ſeqq.
Cambium an ſit licitum, ſi littera non mittantur. c. 10. n. 9.
Cambium an ſit ſiccum, ſi campſor ſciat, non adeſſe pecuniam in loco deſtinato. c. 10. n. 4. & c. 107. num. 6.
Cambiendi modus frequens refertur. ibid. n. 5.
Campſoris procurator in cambiis, an poſſit eſſe procurator campſarii? c. 10. n. 2. & 3.
Cambia admittunt plures fictiones. ibid. n. 7.
Cambium an ſit illicitum, ſi littera revertantur inanes. ibid. n. 8.
Cambium virtualem ſolutionem admittit. ibid. n. 6.
Cambiendi facultas à ſemetipſo, an colligatur ex verbis æquipollentibus, vel dari debeat expreſſa facultas? c. 11. n. 2. & ſeq.
Cambium continuatum, & con la ricorſa *declaratur*. ibid. n. 4.
Cambium in pluribus nundinis illicitum. c. 11. n. 6.
Cambium ſiccum indicatur. ibid. n. 7.
Cambium continuatum, & con la ricorſa *quando ſit juſtum*. ibid. n. 5.
Cambium an celebrare valeat una perſona tanquam procurator cambientis, & campſaris? c. 12. per tot.
Cambium conſumatur ſolutionibus, & qualiter. ibid. n. 9.
Cambium eſt, ubi ex una parte datur pecunia ſub nomine pretii, & ex altera ſub nomine appretiati. c. 12. n. 11.
Cambii ſtylus refertur in repræſentatione plurium perſonarum. ibid. n. 10.
Cambium obliquum, & directum declaratur. c. 92. per tot.
Cambiens gerit quinque perſonas. c. 92. n. 6.
Cambia an ſint juſtificanda per ſpatia. c. 92. n. 3.
Cambium obliquum quot contractus continet. c. 92. num. 2.
Captatoria voluntas declaratur. c. 79. n. 2.
Cardinales ad quid aſſumpti fuerint. c. 29. n. 7.
Cardinales an ſint Epiſcopi in Baſilicis ſuis. ibid. num. 8.
Cardinales in eorum Baſilicis, an ſint exempti. c. 59. n. 3.
Cardinales in eorum Baſilicis, quam juriſdictionem habeant, & qua exequantur. c. 59. per tot.
Cardinales Archiepiſcopi, quæ beneficia reſervata ex indulto conferant. c. 57. per tot.
Cardinalis patroni munera, & prærogativa. c. 57. per tot.
Caſtro vendito, an veniant functiones fiſcales. c. 63. n. 6.

INDEX.

Cedente ſine hærede obeunte, an directa actiones moveri poſſint per ceſſionarium. c.121. n.6.

Cedens non poteſt moleſtare ceſſionarium ex aliis juribus. c.106. n.2.

Cedi an poſſit jus revocandi emptionem feudi. Collect. n. 28.

Ceſſio purgat, & obſtat regula excludentis cedentem, ut ſcilicet bis idem exigi nequeat. c.46. num. 4.

Ceſſionarius eſt procurator cedentis, & etiam principalis, & qualiter. c.121. per tot.

Ceſſionarius eſt perſona mixta. c. 46. n.1.

Ceſſionarius poteſt moleſtare cedentem ex aliis juribus. c. 106. n. 1.

Ceſſionarius qualiter ſit melioris conditionis, quam cedens. c.46. n.7.

Ceſſionario jura ceſſa penès ipſum utilia ſunt, quæ inutilia erant penès cedentem. c. 46. n.2.

Ceſſo jure reemendi emptori, liberatur fundus ab illo onere. c. 16. n.9.

Citatio feudatariorum qualiter fiat in feudis. c.76. num.2.

Civis an contribuat in expenſis litis, quam habet contra ſe Communitas. c. 44. n. 1.

Civis ex origine propria, & paterna, an ſit duplex perſona. c. 70. per tot.

Civem, quem eſſe duarum Civitatum, an ſit incompatibile? c.70. n.5.

Clericus hæres laici, an ſortiatur forum ſuum, vel defuncti. c. 16. n.9.

Collectivè vocati funguntur vice unius perſonæ. c.24. n.2.

Compenſatio ceſſat crediti proprii cum debito adminiſtrationis. c.8. n.9.

Compenſatio non admittitur, quando debitum, & creditum non pertinent ad unam, & eandem perſonam. c.7. per tot.

Compenſatio, an ceſſet contra hæredem proprio nomine creditorem de debito defuncti. cap. 6. num. 10.

Compenſatio admittitur ex æquitate ob inſufficientiam debitoris. c. 7. n. 2.

Compenſationis exceptio competens contra cedentem, an opponi valeat contra ceſſionarium. c.46. num.6.

Compenſatio non admittitur crediti proprii cum debito Majoratus. c. 7. n. 4.

Compenſatio ceſſat ob diverſitatem perſonarum, & mixturam juris tertii. ibid. n. 5.

Compenſandi animus, an excludatur, ſi partita non ponantur è conſpectu illarum crediti, ſed in computo ſeparato. c. 7. n. 6.

Computus currens, & ſeparatus *quis dicatur.* c.7. n.1.

Compromiſſum poteſt fieri in plures, ut in tres, vel ultra. c. 135. n. 3.

Compromiſſum, an petere poſſit curator hæreditatis jacentis. c. 138. n.4.

Compromiſſorum finis, & quando quis eum aſſequatur. c. 141. n. 4.

Compromiſſarium, & arbitrum unaquaque pars nominare poteſt. c. 135. n. 3. & 4.

Conjuncti re, & verbis, vel re tantùm, aut verbis tantùm repræſentent unam perſonam. c. 24. per tot.

Conſervatoris privilegiorum jura expenduntur. c. 140. n.2.

Conſuetudo Neap. ſi quis, vel ſi qua *vocat conjunctos ex parte patris ad bona paterna, bona quæſita per defunctum, & conjunctos ex parte matris ad bona materna, & ſtante hac diſtinctione bonorum attenditur linea, non gradus.* c.5. n.1.

Creditor anterior in venditione rei ſubhaſtæ, an poſſit licitare uti extraneus, vel per interpoſitam perſonam. c. 52. per tot.

Creditor an pluribus libellis agere poſſit contra plures reos debendi. c.103. n.1.

Creditores defuncti vincunt creditores hæredis petendo ſeparationem bonorum defuncti ab illis hæredis. c. 6. n. 1.

Creditores negotiationis unius loci, an confundantur cum illis aliorum locorum. c.8. n.8.

Creditores unius ſocietatis vincunt creditores anteriores alterius. c. 8. n.3.

Creditor unius ſocietatis non eſt creditor alterius, quamvis ſit idem ſocius. c. 8. n2.

Creditor vendens jure creditoris, emens per interpoſitam perſonam, an ſit tutus à jure offerendi. c. 104. n. 2.

Creditore vendente jure creditoris, jus ſecundi creditoris, an tollatur. c.117. n.1.

Creditor tenetur ſe facere potiorem in venditione ſubhaſtæ. c.118. n.5.

Creditor ſimul, & vicinus recipiens pretium rei venditæ, an poſſit retractum petere? c.106. n.3.

Curator, vide verb. *Dotando.*

D.

DElegationes, & commiſſiones directas Epiſcopis, an Vicarius exequatur? cap. 58. num.4.

Delegatio duobus commiſſa cum clauſula, quod alter ſine altero, *an obeunte uno alter procedat?* c. 45. n.4.

Denunciatio cenſurarum eſt inducta favore animarum. c.140. n.5.

Denunciatoris cenſurarum contra exemptos facit partes Ordinarius. c.140. n.4.

Dictio æquè, *an tollat vim collectivæ, & perſonas multiplicet?* c.14. n.8.

Dignitates plures habens, an præcedat habenti unam? c.33. n.9.

Diſpoſitio loquens de una perſona, an habeat locum in perſona mixta? c.41. n.1.

Diſtributiones duas, an quis ex propria, & alia perſona habere valeat? c.9. n.6.

Diſtributionibus, an privetur Advocatus, vel Procurator poſtulando contra Eccleſiam? cap. 105. num.5.

Diſtributiva adjecta collectiva, an operetur vocationem ad viriles partes? c.24. n.6.

Diſtributor eleemoſynarum, an poſſit ſibi ipſi applicare eleemoſynam? c.39.n.4. & ſeqq.

Donatarius omnium bonorum tenetur ad debita ante donationem contracta. c.100.n.2.

Donatio, an ſit univerſalis, ſi donatar. ſibi reſervet uſumfructum, & quantitatem certam ad teſtandum. c.10. n.4.

Donationis titulus eſt particularis, & inter donantem, & donatarium non cadit unitas perſonæ. c.100.n.1.

Donatio facta Ambaſciatoribus, an cedat lucro eorum? c.23.n.1.

Dotando debitor ſponſæ, an compenſet cum debito? c.143.n.10.

Dotando puellam Tutor, vel Curator, an cenſeatur adminiſtratorio nomine dotaſſe? c.140.n.9.

Dotans frater ſcienter ſororem ultra vires patrimonii, an ſe de proprio obligare cenſeatur? cap.67. num.5.

Dotando pater filiam, an præſumatur adminiſtratorio nomine dotaſſe, quid ſi dicat de paternis, & maternis. c.143.per tot.

Dotis cauſa, an excludat beneficium inventarii? c.66. n.5.

E

ELigere ſeipſum, an poſſit, habens poteſtatem eligendi? cap.39. per tot.

Emere à ſeipſo, an poſſit procurator conſtitutus ad vendendum? c.83. per tot.

Emens pro perſona nominanda ante nominationem eſt dominus, & an revocabiliter, vel poſſit recedere à contractu? c.81.per tot.

Emens pro perſona nominanda, ſi contrahat ante nominationem debita, an præjudicet deinde nominata? ibid. n.10.

Emendi per perſona nominanda uſus eſt permiſſus. cap.85.num.1.

Emens pro perſona nominanda, quam perſonam repræſentet. ibid.num.2.

Emens pro perſona nominanda poteſt compelli nominare. ibid. n. 4.

Emens feudum de pecunia, & contemplatione alterius, an ſit Baro, & quid ſi nunquam poſſedit? cap.113. per tot.

Emptor hæreditatis, an fungatur vice venditoris, vel defuncti? c.147.n.1.& ſeqq.

Emptor ſubhaſta, qua cautela uti debeat in ſolutione pretii. c.118. n.9.

Emptor ex conventione retinens pretium in titulum depoſiti, an ſit liber à curſu fructuum? c.95. per tot.

Epiſcopus inſtar militis, habet diſtinctos hæredes, & Rev.Cameram Apoſtolicam, & proximiores, ſeu hæredem teſtamentarium. c.30.per tot.

Epiſcopus, an poſſit præeligere, ſeu gratificari approbato à duobus Examinatoribus in concurſu, & à duobus reprobato? c.17.n.3.& 5.

Epiſcopus conſideratur duplex homo formalis. c. 30. n.4.

Epiſcopus, an poſſit eſſe Judex in cauſa propria, vel Menſa. ibid.n.5.& 6.

Epiſcopus, ſimul, & Canonicus in collatione Canonicatuum, an habeat duplex votum, vel præponderans. c.19. per tot.

Epiſcopus uti Canonicus Eccleſiæ interveniens, in quo loco ſedere debeat. ibid.n.8.& ſeq.

Epiſcopus, ſi interveniat in Capitulo uti Canonicus, tunc ſi collatio Canonicatuum non ſit concluſa, vel in caſu negligentiæ, an poſſit ipſe conferre, ſi ipſe in Eccleſia ſit Epiſcopus, & Canonicus? c.19. n.7.

Epiſcopus in concurſu ſuper Parochialibus gerit duas perſonas, unam in adhærenda Examinatoribus, aliam in præeligendo, & qualiter. c.17. per tot.

Epiſcopus plurium Cathedralium unitarum, an repræſentet plures perſonas? cap.50.per tot.

Epiſcopus plurium Cathedralium unitarum acceptando alternativam ſub nomine unius, an conferat beneficia alterius? ibid. n.7. & c.60. num.6.

Epiſcopus duarum Eccleſiarum unitarum, an conficere poſſit plures Synodos? ibid.n.5.

Epiſcopus poſſidens feudum, gerit diverſam perſonam ab Epiſcopo, & poteſt violare immunitatem Eccleſiaſticam c. 31. per tot.

Epiſcopus an poſſit exercere juriſdictionem per ſe? c.31. n.6.

Evicta re licitata ad inſtantiam creditoris, an reviviſcant primæva jura? c.52. n.10.

Evicta re ſubhaſta vendita quis teneatur de evictione? c. 118. per tot.

Evincentis à ſeipſa exemplum. c. 148. & in Collect. n. 1.

Examine in concurſu clauſo, an poſſit alius concurrere. c.17. n.8.

Examinatorum vota ſi in concurſu paria ſunt, nempè duo approbantia, & duo reprobantia, an approbantibus poſſit adhærere Ordinarius, & dicetur approbatus, & deindè habet jus gratificandi in quocumque tempore, & loco. c. 17. per tot.

Excuſſionis exceptio; an competat Scribenti dirigenti ordinem Banco, ut pro ſe Titio ſolvat. c. 84. per tot.

Excuſſionis beneficium, an competat conſtitutori? c.84. n.4.

Excuſſio vide verb. *Fidejuſſori.*

Executor univerſalis teſtamenti, quam perſonam gerat, an hæredis, & an legata repudiata ei accreſcant. c. 80. n.1.

Executor univerſalis teſtamenti, an petat immiſſionem in poſſeſſionem bonorum? c.80.n.1.

Fa-

I N D E X.

F

Facultas prætligendi in fideicommiſſo perpetuo data primo, an cenſeatur data ſecundo? c. 78. n. 5.
Feudatarius decedit cum duplicis ſpeciei hærede. c. 3. n. 5.
Feudum ex pacto antiquum differt à novo ex pacto, & in quo. ibid. n. 6. & 7.
Feudi onera alia ſunt feudi, alia feudalia. ibid. num. 8.
Feudatarius in quo differat à milite teſtante. c. 3. num. 11.
Feudatarius in Regno poteſt per gratiam excludere fœminam proximiorem, & diſponere ad beneficium maſculi etiam per pupillarem ſubſtitutionem. c. 4. n. 5.
Feudo vendito cum pertinentiis non veniunt, quæ ſeparabiliter accedunt. c. 63. n. 4.
Feudum tranſit ad primogenitum, actio autem pro adhoa empta, an tranſeat ad hæredes extraneos? c. 63. n. 9.
Feudum reverſum ad Regem deſinit eſſe feudum. c. 65. n. 4.
Feudatarius alienando feudum ſine aſſenſu, an avocet feudum, & revocet venditionem uti duplex perſona formalis, vel ex perſona Regis, vel jure proprio? c. 69. n. 3. & in Collect. n. 28.
Feudatarius ſimul, & Dominus, an quis eſſe poſſit? c. 90. n. 2.
Feuda an retineat Novitius? c. 93. n. 4.
Feudum emens. vide verb. Emens.
Feudum per mortem feudatarii non ſtat in ſuſpenſo. c. 111. n. 3.
Fideicommiſſum univerſale, & particulare diſtinctum, an detur in uno hærede? cap. 71. per tot.
Fideicommiſſum particulare, an inducat prohibitio alienationis reſtricta ad certa bona? ibid. num. 3.
Fideicommiſſi in reſtitutione, an veniant legata caducata? c. 74. n. 6.
Fideicommiſſarius ſimul, & hæres gravatus, an quis eſſe poſſit. c. 90. n. 9.
Fidejubens ſe inſimul conſtituens principalem, an ſit perſona principalis, & fidejuſſoris? c. 53. n. 1. & ſeqq.
Fidejuſſori agenti contra tertium poſſeſſorem ex juribus ceſſis à creditore, an obſtet exceptio excuſſionis? c. 46. n. 5.
Fidejuſſor in dando differt à fidejuſſore de repræſentando. c. 53. n. 7.
Fidejuſſor, & principalis, an habeat beneficium excuſſionis? c. 53. per tot.
Fidejuſſor an poſſit emere nomen cenſuale? c. 117. num. 5.
Fidejuſſore emente pignus; competit jus offerendi. ibid. n. 4.
Fidejuſſores accipiens pro diverſis, & diviſis ſummis, an unus ex eis fidejuſſiſſe cenſeatur alterius contemplatione? Collect. n. 29.
Fides conventionis impedit, quem uti alium agere. c. 117. n. 1.
Fiduciarius hæres quam perſonam gerat, & qualiter agnoſcatur, & an verba confidentialia debeant eſſe in teſtamento, & quid ſi prohibeatur trebellianica. c. 78. per tot.
Filii ſuccedunt ex perſona propria in bonis obventis parenti binubo immediatè à primo conjuge. c. 144. n. 3.
Filii, & deſcendentes ab odioſis excluduntur ex vitio paterno. c. 56. n. 5.
Filius excluſus ex capite, undè liberi tempore, vel repudiatione admittitur ex capite, undè agnati. c. 56. n. 4.
Filius poſſidens bona fideicommiſſi aviti, an agere poſſit pro dote matris in bonis liberis? cap. 62. num. 2.
Filius repræſentans duas perſonas uti fideicommiſſarius, & uti hæres matris, an ſibi præjudicet uti una perſona? ibidem n. 3.
Filii vivente patre, an poſſint aſſecurationem dotis matris defunctæ petere? ibid. n. 4. & 5.
Filiusfamilias habens peculium caſtrenſe, vel quaſi de eo teſtando eſt duplex perſona, & decedit pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, & quid ſi ante obitum fiat ſui juris. c. 67. per tot.
Filiusfamilias non poteſt eſſe in poteſtate duorum. c. 68. n. 4.
Filius gravatus fideicommiſſo univerſali, vel particulari, an uti duplex perſona deducat legitimam, & trebellianicam, vel falcidiam? c. 73. per tot.
Filius hæres patris uti vicinus, an poſſit retrahere rem à patre venditam? c. 122. n. 1.
Filius ſi poſt abſtentionem hæreditatis paternæ emat res hæreditarias, an revocet abſtentionem. ibid. n. 2. & ſeqq.
Filius quando ſolvere cenſeatur debitum patris uti hæres. ibid. n. 5.
Filius manumittens ſervum ex ordinatione patris, an cenſeatur adire? ibid. n. 6.
Fœmina ex maſculo, an gerat perſonam maſculi? c. 148. per tot.
Fœminarum excluſio, an ſit judicanda perpetua. c. 144. per tot.
Formula oblationis ementis pro perſona nominanda. c. 85. n. 14.
Formula, & praxis ſolvendi pretium rei emptæ ſubhaſta. c. 118. n. 9.
Formula libellandi pro ceſſionario exercente directas, vel utiles actiones. c. 121. per tot.
Fructus recompenſativi non debentur ratione moræ, ſed ex æquitate. c. 95. n. 2.
Fructus recompenſativi, an debeantur ab emptore, ſi loco depoſitarii pretium retineat? ibid. n. 1. & per tot.
Funus ducere quis poteſt uti vult. c. 108. per tot.

Ga-

I N D E X.

G

GAbellam, an ſolvat nominatus ab eo, qui emit pro perſona nominanda? c. 85. n. 3.

Gabellam, an ſolvat hæreditas jacens Clerici defuncti? c. 138. n. 5.

Generare ſeipſum, an quis poſſit, & an idem in regeneratione. c. 26. n. 3.

Gradu ex diverſo qualiter ſint pater, & filius. c. 21. num. 7.

Gratia conceſſa Regno diſponendi de feudo ad favorem maſculi excluſa fœmina proximiore, an locum habeat in diſponendo per ſubſtitutionem pupillarem? c. 4. n. 14. & 15.

Gratiæ prædictæ vigore, an poſſit pater, uti pater nomine filii diſponere abſque ſubſtitutione pupillari? c. 86. per tot.

H

HÆredis hæredis bona, an comprehendantur in hypotheca bonorum hæredum contracta per defunctum? c. 144. n. 2.

Hæres hæredis in renunciatione, an includatur? c. 144. per tot.

Hæreditas jacens Clerici defuncti, an ſit immunis à gabella? c. 138. n. 5.

Hæreditas jacens, an repræſentet defunctum, vel hæredem futurum? c. 138. n. 1.

Hæres gravatus, an poſſit proprio nomine emere bona creditoribus defuncti adjudicata? c. 136. per tot.

Hæredi gravato interdicta cenſetur negotiatio, unde ipſi cedit lucrum. c. 99. n. 2. & ſeqq.

Hæres gravatus negotiando ex juſſu teſtatoris, quod lucrum acquirat. ibid.

Hæres gravatus quando ſibi cenſeatur vendere merces hæreditarias? c. 99. n. 4.

Hæres ex pluribus partibus inſtitutus, an fungatur vice plurium? c. 133. n. 4.

Hæreditas non adita per Monacum, an tranſmittatur ad Monaſterium? c. 98. n. 10.

Hæres gravatus, an pro ſe emere cenſeatur de pecunia hæreditaria, vel pro fideicommiſſo? c. 99. per tot.

Hæres, an conveniantur in judicio capto cum defuncto, vel non, quoad conſtituendum unum procuratorem differt. c. 94. per tot.

Hæres cum inventario reſtituens ſortem cenſualem, an ſolvat uti tertius, & ſit vivus cenſus? c. 84. per tot.

Hæres, & legatarius, an quis eſſe poſſit, & quid ſi habeat cohæredem, vel gravatus ſit fideicommiſſo? c. 74. per tot. & c. 123. n. 1.

Hæres infra trimeſtre confectionis inventarii, an poſſit conveniri actione in rem uti poſſeſſor? Et quid ſi conveniatur pro executione ſententiæ. c. 55. per tot.

Hæres, an poſſit convenire debitores pendente trimeſtre? ibid. n. 6.

Hæres cum inventario ſe obligans proprio nomine, an juvetur beneficio inventarii, & quid ſi obtineat relaxationem partis debiti, vel renunciari? c. 66. per tot.

Hæredis bona non ſunt hypothecata per hypothecam per defunctum contractam, & quid in obligatione Camerali. cap. 34. per tot.

Hæres gravatus quoad fideicommiſſarium univerſalem ſubſtinet duas perſonas, nec confunduntur ſuæ actiones. c. 6. n. 8.

Hæres legatarii, an poſſit repudiare legatum in fraudem creditorum legatarii, & an poſſit in ſuum commodum? c. 9. n. 3. & 4.

Hæres quando conſequatur duplex legatum unum ex perſona ſua, & alterum ex perſona defuncti? ibid. n. 5.

Hæres, an impediat jus accreſcendi per retentionem? c. 123. n. 9.

Hæres cum inventario debet ſe exuere perſona hæredis, ut agat, & excipiat, quod declaratur. c. 34. n. 8. & 9.

Hæres unus exigens partem ſuam, an teneatur communicare exactum cohæredi, & quid ſi acceperit inſolutum bona? c. 49. per tot.

Hæres quando poſſit venire contra factum defuncti? c. 64. n. 4. & 5.

Hæres fiduciarius quam perſonam gerat, & qualiter cognoſcatur. c. 78. per tot.

Hermaphroditus in æqualitate ſexus, an judicetur, ut maſculus, & qualiter dignoſcatur ſexus, in quo prævaleat. c. 41. per tot.

Hermaphroditus, an ad ordines, aut ad profitendum promoveatur? c. 41. n. 3.

Hiſpania attento communi uſu loquendi, an habeatur pro unico Regno? c. 60. n. 7. & ſeqq.

Homicida verus, an ſit mandans homicidium? c. 25. n. 3.

Homo ſecundum ſpeciem eſt multiplex. c. 1.

I

IMmunitate conceſſa exercenti aliquam profeſſionem, quando is gaudeat. c. 139. n. 3.

Immunitate. vide verb. Nepotes.

Imperator quot perſonas repræſentet, an Imperatoris, Regis, Ducis, Marchionis, Comitis, & alias. Recenſentur Feudatarii Imperatorem recognoſcentes. An dicatur dominus totius Orbis per hyperbolem? c. 150. per tot.

Indulta Cardinalium in collatione beneficiorum reſervatorum recenſentur, & explicantur. c. 57. per tot.

Injuria illata procuratori, an cenſeatur illata principali, & illata famulo, an cenſeatur illata domino? in Collect. n. 16.

Inſignia Regia, an poſſit deferre Princeps, vel Rex decedens in aliena ditione, quando funus dicitur, & an ſit actus juriſdictionis? cap. 108. num.

Inſulam Melitæ Religioni Hieroſolymitanæ conceſ-

ceſ-

ceſſit Invictiſſimus Carolus V. c. 81. n. 5. & c. 109. n.4.

Inventarium reduplicat perſonam hæredis ad effectum impediendi confuſionem actionum. c. 6. num. 2.

Jubens in quo differat à mandante. c.25.n.2.

Judex quandoque ſe induit perſonam privati per viam defenſionis, & qualiter, & in notoriis qualiter procedat? cap.140. per tot.

Judex vendendo ſubhaſta ad inſtantiam creditoris exercet authoritatem publicam, & eſt legalis adminiſtrator, & qualitas. c.118. n.6.

Judex an ſimul poſſit eſſe Advocatus, & an poſſit in Camera conſulere, vel cum licentia Regia patrocinari? c.120. per tot.

Judex exercentis plures artes quis ſit. cap. 139. num. 1.

Judex in cauſa conventionis, & reconventionis fungitur vice duorum, & conſequitur duplex ſalarium. c. 44. n. 2.

Judex gerit vices duorum in judiciis duplicibus, & an habeat duplex ſalarium. c. 14. n. 8.

Judex an eligere valeat, & confirmare ſe in tutorem? c. 39. n. 2.

Judex quam perſonam gerat in venditione ſubhaſta, an Judicis, & debitoris obligando debitorem de evictione, vel obliget etiam creditorem? c.118. per tot.

Judex an teneatur judicare ſecundum allegata, & probata? c. 54. per tot.

Judex conjunctus Advocato patrocinanti, ſed nulli partium, an poſſit uti ſuſpectus recuſari? Et quid ſi eſſet conjunctus uxori ipſius Judicis? in Collect. n. 23.

Judex ſuſpectus uti conſanguineus defuncti; an ſit ſuſpectus in cauſa hæreditatis jacentis. Et quid ſi cauſa capta ſit cum defuncto, & non fuerit recuſatio propoſita? ibid. n. 25.

Judex habens filium in aliquo Monaſterio, vel in aliqua Eccleſia, an poſſit recuſari in cauſa Monaſterii, vel Eccleſiæ? ibid. n.26.

Judex ordinarius delegatus à Principe ſuam, & delegantis perſonam, an repræſentet? cap. 45. num.2.

Judex. vide verb. *Officialis.*

Judicium an ſubſiſtat ſine certo actore, & certo reo. c. 14. n.3.

Judicia duplicia, an ſint diverſa ab aliis? c. 14. num. 5.

Judiciis in duplicibus utraque pars gerit vices actoris, & rei. c.14. n.1.

Judiciis in duplicibus juramentum quis præſtat ſub duplici forma, & qualiter. ibid. n. 2.

Judiciis in duplicibus ineſt cauſa conventionalis, & reconventionis. ibid. n. 7.

Judiciis in duplicibus qualiter verificetur regula, actore non probante, reus abſolvitur. ibid. num.6.

Jura duorum ſi deveniant ad unum diſtincta remanent. c.16. n.1. & c.18. per tot.

Jurare an debeat hæres fiduciarius in declaratione voluntatis teſtatoris. cap. 79. per tot.

Juramentum ſub duplici forma, qui præſtet. cap.14.

Juriſdictio Sede Epiſcopali vacante ante deputationem Vicarii Capitularis ad quem ſpectet. c.58. n.6.

Juriſdictionalium in materia ex ſituatione Eccleſiæ aſſiſtentia juris ſufficit ad manutentionem. c. 40. n.3.

Juriſdictio ſpecialis uni conceſſa, an privativè ad habentem generalem attributa cenſeatur? c. 139. n. 3. & ſeqq.

Jus offerendi, an ceſſet contra creditorem, qui uti alius emit in venditione ſubhaſta? c.52. per tot. & c. 104.

Jus offerendi, an competat contra creditorem, cui adjudicata res fuit, vel emit per interpoſitam perſonam? ibid. & c. 104.

Jus accreſcendi, an ſit conjunctum cum inſtitutione in parte purè facta, & in parte ſub conditione? cap. 133. n.6.

Jus accreſcendi. vide verb. *Accreſcendi.*

K

Kellebenk in tract. de renunciatione impugnatus declaratur, & an ſalvetur ipſius aſſertio? c. 119. per tot.

L

Laico an Papa conferre poſſit poteſtatem proferendi cenſuras? c.60. n.10.

Laudum an habeat executionem paratam? Et quid ſi in parte victor non in totum acquieſcat? c.141. num.6.

Lectores an patrocinari poſſint? c. 120. n.5.

Legata profana in teſtamento ad pias cauſas non ſollemni, ſed valido, an accreſcant piæ cauſæ? c. 2. n. 2.

Legata cappa Fratribus, & Priori Biblia, an is debeat habere utrumque legatum? c. 9. n. 7.

Legata re eadem Titio, & Sejo, ſi relinquatur Sejus hæres à Titio, an Sejus poſſit agnoſcere, vel repudiare partem Titii; Et quid ſi petat partem Titii uti hæres, vel per jus non decreſcendi, quæ utilitas reſultet? ibid. n. 2.

Legata caduca cadunt in reſtitutione fideicommiſſi. n. 6.

Legatum à ſeipſo relictum, an hæres deducat in reſtitutione fideicommiſſi? c.74. per tot.

Legatum hæredi relictum valeat, vel uni ex hæredibus? ibid. & c.123. per tot.

Legatum an percipiat tutor recuſans tutelam? c. 75. per tot.

Legato uſufructu extraneo, & hæredibus teſtatoris, an totus ſpectet ad legatarium? c. 123. n. 7. & ſeqq.

Legato adempto certa perſona familiæ relicto, an illa uti alia aſpirare poterit ad fideicommiſſum pro-

I N D E X.

proximioribus de familia relictum? c. 56. per tot.

Legatum an debeatur hæredi repudiata hæreditate, ſi adſit ſubſtitutus, vel cohæres. c. 123. n. 5.

Legari an poſſit ſervo hæredis? c. 124. n. 1.

Legatum relictum ſervo hæredis, & Titii, an acquiratur Titio totum? ibid. n. 2.

Legari an poſſit ſervo proprio ſine libertate, & quid ſi ſit ſervus communis. c. 124. num. 6. & ſeq.

Legato ſervo proprio pro parte, an Legatarius totum habeat? ibid. n. 3.

Legatus repræſentat perſonam ſui Principis. c. 10. num. 1.

Legatus Apoſtolicus quàm perſonam gerat, qui dividitur in duas ſpecies, Ordinariorum ſpecies declarantur, & eorum facultas, & quæ perſonæ eligantur. Extraordinarii declarantur, & ſunt Legati à latere, & ipſorum munus, & pro quibus locis deſtinentur. Et Legati Apoſtolici, an Principis temporalis vices ſubſtineant. c. 36. per tot.

Leges editæ pro una Diœceſe non afficiunt aliam. c. 50. n. 6.

Legitima ſolum detrahitur, ſi teſtamentum corruit ex cauſa præteritionis. c. 73. n. 7.

Levitæ Levitis decimas non ſolvunt. c. 48. n. 3.

Linea eſt evacuanda in primogenitura. cap. 149. num. 8.

M

MAgnus Magiſter Religionis Hieroſolymitanæ quas perſonas repræſentet. c. 81. per tot.

Magnus Magiſter dictæ Religionis habet jus gratificandi in proviſionibus Dignitatum. ibid. n. 7.

Magnus Prior Eccleſiæ Inſulæ Melevitanæ quis ſit declaratur, & an major Magno Magiſtro? c. 112. per tot.

Mandans, & mandatarius, an quis inſimul ſit? c. 96. num. 4.

Mandans an fungatur vice perſonæ mandantis? c. 25. n. 1.

Mandans, & mandatarius, an ſumantur uti diverſi. ibid. n. 6.

Mandans delictum committi in Eccleſia, an gaudeat immunitate. ibid. n. 8.

Mandantis, & mandatarii delictum, an ſit unicum. ibid. n. 9.

Mandans homicidium, an ſit homicida verus? ibid. num. 3.

Mandans an comprehendatur in Statuto puniente delinquentem? ibid. n. 7.

Mandatarius ſivè extraneus, ſivè filius de mandato patris, vel mariti occidens uxore; ſivè filiam adulteram, aut illicitam copulam habentem, an puniatur? ibid. n. 5.

Mandans vide verb. Mediator.

Maria Virgo probatur concepta ſine labe peccati originalis. c. 77. n. 3.

Maritus an poſſit venire contra factum proprium alienationis rei dotalis? c. 69. n. 1. & 2.

Matrimonium contrahens per procuratorem, an dicatur verè contrahere? c. 25. n. 10.

Mediator in delinquendo, an ſit mandans, vel mandatarius? c. 38. n. 1.

Mediator an comprehendatur in Pragmatica de aſſaſſinio? ibid. n. 2.

Mediator an puniatur eadem pœna, qua principalis, etiam uti auxiliator. ibid. n. 4.

Mediator dicitur deferens litteras, ambaſciatam, vel depoſitarius pecuniæ. ibid. n. 5.

Mediator an admittatur in teſtem? ibid. n. 7.

Miles teſtando fungitur vice duarum perſonarum, decedendo pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. c. 2. per tot.

Milites, quibus competit privilegium teſtandi jure militari, & quando, declarantur. c. 2. per tot.

Milites noſtri temporis, an gaudeant dicto privilegio. ibid.

Miles dicitur Baro, & is, in quo differat à milite. c. 3. per tot.

Minor an poſſit facere ceſſionem tranſlativam? c. 89. n. 7.

Monacus promotus Epiſcopus, an remaneat Regularis, & incapax, vel potiùs capax, & cui acquirat utrum Eccleſiæ, vel Monaſterio? cap. 37. per tot.

Monacus promotus Epiſcopus, an recuperet bona renunciata. ibid. n. 3.

Monacus an æquiparetur ſervo, vel filio? c. 98.

Monaco hæreditas delata, an directè adeatur à Monaſterio. c. 98. per tot.

Monacus factus Epiſcopus, an obligetur ex contractu. ibid. n. 9.

Monacus electus Epiſcopus, an obligetur ex contractu. ibid.

Monaſteria aliqua Regni cum territorio ſeparato, & quaſi Epiſcopali juriſdictione recenſentur. c. 84. n. 6.

Monaſterium an poſſit adire Monaco hæreditatem delatam repudiante? c. 98. n. 9.

Monaſterium an poſſit adire Monaco ante aditionem decedente. ibid. n. 6.

Mulier ſimpliciter hæreditatem adiens ſine inventario, an juvetur Vellejano, & an actiones dotales reviviſcant, ſi per creditores viri evincantur bona? c. 102. per tot.

Mutuum receptum per Inſtitorem, an referatur ad cauſam negotii. c. 105. per tot.

N

NAutæ regentes navem, ſine qua milites pugnare nequeunt, an jure militari teſtentur? c. 2. n. 9.

Neapolitano civi in medietate bonorum antiquorum ſuccedunt proximiores de linea, à qua bona obvenerunt, & attenditur linea, non gradus. cap. 5. n. 1.

Nea-

INDEX:

Neapolitanus inſtar militis decedit cum diſtincto patrimonio. ibid. n.2.

Neapolitanus an decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. ibid. n. 3.

Neapolitanus an ſemper decedat inteſtabilis quoad portionem conſuetudinariam, etiam ſi inſtituat proximiores de linea. ibid. n.4.

Neapolitanus an decadat inteſtatus etiam ſi inſtituat eum, qui renunciavit? Et inſtitutio in perſonam renunciatarii, an ſit in fraudem, & ſit locus ſequenti in gradu? ibid.à n. 4.

Nepotes hæredes matris, an ex propria perſona ſuccedant Avo non obſtante renunciatione matris prædefunctæ, & quid ſi renunciatio facta ſit à matre pro ſe, & hæredibus, vel dote habita, aut pro ſe, & filiis? cap. 119. per tot. & cap. 125.

Nepotes jure repræſentationis venientes, an ſuccedant ex perſona propria, vel uti hæredes patris, & teneantur creditoribus illius? cap. 142. pee tot.

Nepotum ex diverſis filiis, vel ex uno quanta ſit legitima. ibid. n.6.

Nepotes plures ex uno filio, an reputentur una perſona ad excuſandum avum à tutela. c. 145. per tot.

Nepotes plures ex uno filio, an reputentur una perſona pro immunitate duodecim liberorum. ibid.

Neptis ex filio maſculo, an excludat amitam. c. 148. n.6.

Nominatio ab emente pro perſona nominanda infra quantum temporis fieri debeat, & an facta intimanda ſit venditori, vel is debeat inveſtigare? c.85. per tot.

Nominatus nomine proprio cum corpore Collegii, an habeat tantam vocem, quantam Collegium? c. 97. n.2.

Nominatus ſpecialiter quis cenſetur ratione præeminentiæ, non ut habeat pinguius jus. ibid. num. 4.

Notarius an poſſit fungi officio Notarii, & teſtis in reaſſumptione inſtrumenti. c.13. n.5.

Notarius an repræſentet plures, pro quibus ſtipulatur, inſtar ſervi repræſentantis plures dominos? c. 28. per tot.

Notarius poteſt ſtipulari pro aliis. ibid. num. 2. & 5.

Notarius habet veraciorem fidem, quam teſtis, & an præferatur dicto Epiſcopi. ibid. n.3.

Notarius an ſit ſervus publicus? ibid.n.7.

Notarii officia, an ſit vile? ibid. n.7.

Notarius an puniatur pœnis ignobilium. ibid. num. 8.

Novitius an repræſentet perſonam Eccleſiaſticam, & judicetur, ut Eccleſiaſticus? cap. 93. per tot.

Novitius an retineat feuda, & quæ ſit cautela pro ſecundogenito? ibid. n.4.

Novitio decedendi in anno probationis ſuccedunt venientes ab inteſtato. ibidem n. 2.

Novitius an ſubiiciatur Conſuetudinibus Neapolitanis in bonis antiquis? ibidem n. 5.

Novitius retinet dominium ſuorum bonorum. ibid. n. 3.

Novitium percutiens incidit in cenſuram. ibid. num. 6.

Nuntii aſſiſtentes apud Imperatorem, alioſque Supremos Principes declarantur. cap. 36. num. 10.

O

OBligati inſolidum unam perſonam repræſentant. c.94. n.5.

Occidens fœtum animatum, an puniatur pœna homicidii? c. 132. n.4.

Offerendi Jus. vide verb. Jus offerendi.

Officia ſeparata à parte rei in una perſona conſiderantur, ac ſi eſſent duæ perſonæ. c.96. n.6. & cap. 128.

Officia duo quis habere nequit, & quid ſi officia ſint diverſa, & compatibilia, & quæ ſint. c.96. per tot.

Officialis criminalis, an cognoſcat civilem delinquentem in ſua jurisdictione? cap. 116. per tot.

Officialis, & Aſſeſſor, an inſimul quis eſſe poſſit? c. 114. n. 5.

Officialis an teneatur de culpa Aſſeſſoris. ibid. num. 8.

Officia duo quis gerere poteſt, ſi unum ſit cum tenuitate emolumentorum, vel ſine adminiſtratione. c.96. n.3. & 4.

Officialis plura explicans negotia in eodem itinere, an plures dietas exigat? c. 87. n. 3.

Officia duo exercens, an duplicatum ſalarium habeat. c. 8. pee tot. & c. 15. n.4.

Officium, quod unum erat diviſum in duo, tunc ſalarium dividitur. ibid. n. 4.

Officiales Baronum ex parte juſtitiæ Barones repræſentent, & an citari poſſint loco Baronum? Et an procedat in cauſis feudalibus? c. 76. pee tot.

Officia an poſſit ampliare Prorex? cap.63. n.10.

Officiis duobus concurrentibus in uno, an poſſit deſerviri per ſubſtitutum. c.15. per tot.

Officio triplici ex cauſa quis fungi poteſt. cap. 15. num. 4.

Officia omnia, & artificia, quibus Artifices deſerviunt Reip. ſunt incompatibilia, & quando. c.15. n.6.

Officium Judicis, & Actuarii, an quis exercere valeat. ibid.

Onera non communicantur inter hæredes à milite inſtitutos. c. 1. n.4.

Onera hæreditaria qualiter dividantur inter hæredem extraneum, & proximiores in Civitate Neapolis. c.5. n.11.

Oratores. vide verb. Ambaſciatores.

Dd Pa-

INDEX.

P

P*Actum, ut ſtetur libris mercatorum, an valeat.* c. 92. n. 5.

Papa gerit perſonam Vicarii Chriſti, Patriarcha Occidentis, & Principis temporalis, & Epiſcopi Urbis. c. 19. per tot.

Papa lex gerentis perſonam Principis non comprehendit Clericos. c. 31. n. 3.

Papa Principatus laicalis, undè originem habuerit tranſeunter. c. 31. n. 4.

Par in parem non habet imperium, qualiter intelligatur. c. 116. n. 2.

Parochus de propriis bonis inter Parochiam ſitis ſolvit ſibi ipſi decimam ob duplicem perſonam. c. 48. n. 1.

Partus non editus eſt ſpes animantis. c. 132.

Partus non editus, non infirmat donationem. ibid. num. 3.

Pater ſi vendidit rem adventitiam filii, an vendicare poſſit. c. 115. n. 5.

Pater eſt legitimus adminiſtrator in bonis filii, in quibus eſt uſufructuarius, & quid in aliis. c. 86. per tot.

Pater agens nomine filii, an id exprimere debeat. c. 44. n. 5.

Pater, & filius, an ſint eadem perſona. c. 12. n. 2. & ſeqq.

Pater, & filius, an poſſint judicare in eodem Tribunali. Collect. n. 14.

Pater ſubſtituens pupillariter, excludit matrem, ideòque non teſtatur nomine filii. cap. 14. num. 8.

Pater ſubſtituendo pupillariter, an repræſentet filium. c. 2. per tot.

Pater nomine proprio vendens, an jure congrui retrahat ex perſona filii. in Collect. n. 9.

Pater Clericus ſubſtituendo pupillariter, an excludas proximiores à portione conſuetudinaria Civitatis Neapolis, ac ſi ipſe eſſe teſtator, & non filius. c. 4. n. 14.

Pater poteſt nominare ſucceſſorem filio in officio habenti facultatem nominandi. cap. 14. num. 4.

Pater eſt perſona duplex condendo teſtamentum pro ſe, & pro filio. ibid. n. 1.

Pater agens nomine filii, ſi ſuccumbat, an appellet, vel excipiet nomine proprio. c. 16.

Pater an filio pro ſe fidejubenti in terminis Pragmaticæ Macedoniani conſentire valeat. cap. 61. num. 1.

Pater habens primogenium, ſi aliud deferatur filio incompatibile cum illo patris, an uti pater admittatur ad illud filii. c. 21. n. 1.

Pater ſi emancipet filium, poteſt deindè eum arrogare, & quis effectus. c. 43. per tot.

Patronus ex diverſis juribus, an uti duplex perſona poſſit ſcindere voces. c. 18. n. 1.

Perſona ſubſiſtens, nec de potentia Divina eſt multiplicabilis. c. 1. n. 2.

Perſona una repræſentare poteſt duas, ſi plures qualitates compatibiles concurrant. ibidem num. 9.

Perſona una, an poſſit reduplicari tàm ſi habeatur reſpectus ad perſonam ratione perſonæ, quàm ratione officii, vel artis. c. 1. n. 4. & ſeqq. c. 11. & c. 52. n. 7. & 8.

Perſonæ plures poſſunt haberi loco unius; ut duo rei ſtipulandi, duo argentarii, duo hæredes, plures collectivè vocari. c. 1. n. 9.

Perſonam unam formalem conſtituunt plures perſonæ materiales actum inſolidum agentes, vel ſocii. c. 91. per tot.

Pia cauſa non ſubjacet diſpoſitionibus juris civilis circa teſtamenta, & probibitionem duplicis hæredis, ſcilicèt ex teſtamento, & ab inteſtato ſimul. c. 2. n. 2. & ſeqq.

Poſſidentis melior eſt conditio in æquali cauſa crediti. c. 49. n. 11.

Poſthumi inſtituti, vel vocati, an veniant in unam perſonam, & quid ſi vocetur poſthumus. c. 24. num. 7.

Poſthumi quam partem faciant, & antequam naſcantur, pro qua parte declarari poſſit hæres ille, qui eſt inſtititus. c. 132. n. 7.

Poſthumi cenſentur inſtituti conditionaliter. ibid. num. 6.

Prælatus nulliter alienando rem Menſæ, an poſſit venire contra factum proprium? c. 64. n. 2. & c. 115. per tot.

Præpoſitus Eccleſiæ habens jus conferendi beneficia una cum Capitulo, an habeat uti unus, & pars homogenea Capituli. c. 97. per tot.

Præſcripſerint ne aliqui Principes hodie jura Imperii? c. 150. per tot.

Præſcribere an poſſit hæres defuncti cum malâ fide inchoando præſcriptionem à ſeipſo. Collect. num. 19.

Priores Religionis Hieroſolymitanæ deſcribuntur. c. 112. n. 4.

Procuratorem unum quando conſtituere compellantur plures etiam ſupra centum. cap. 94. per tot.

Procurator an à ſeipſo cambiare valeat. cap. 107. per tot.

Procurator Campſoris in cambiis, an poſſit eſſe procurator Campſarii? c. 10 per tot.

Procurator ad cambiandum, qualiter repræſentet duas perſonas Campſarii, & creditoris? c. 11. per tot.

Procurator an detur in re propria non data relatione inter procuratorem, & principalem. c. 121. per tot.

Procurator ſponſi, & ſponſæ, an quis eſſe poſſit? c. 12. n. 12.

Procurator plurium, an poſſit ſcindere voces. c. 18. num. 2.

Procurator plurium habens mandatum ab uno præſentandi unam perſonam, poteſt ex alia perſona præſentare alium. ibid. n. 6. & 7.

Pro-

INDEX.

Procurator emens nomine domini tenetur uti principalis ad pretii ſolutionem? c.27. n.7.

Procurator abſentis, ſi mutuet recepto pignore, reſtituto mutuo, an excuſetur à pignoris reſtitutione? c. 27. n.4.

Procurator contrahens, an cenſeatur contrahere proprio nomine, vel officii. ibid. n.1.

Procurator poteſt procuratorio, & proprio nomine ſe obligare. ibid. n. 3.

Procurator, vel principalis, an ſit ordinem dirigens Banco, ut pro ſe ſolvat Titio tot aureos pro parte Petri? c. 84. per tot.

Promiſſio de non contraveniendo nec per ſe, nec per alium non officit filiis ex perſona propria venientes. c.125. n.7.

Promiſſio affirmativa impedit, quin poſſint filii, vel heredes venire jure proprio. ibid. n.8.

Prorex Regis perſonam repræſentat, condere poteſt leges, dicitur alter Rex, & ſupra omnem dignitatem fruitur prærogativis Summi Principis; an ampliare poſſit officia, vel concedere. c. 63. per tot.

Pupillaris ſubſtitutio eſt permiſſa ſtatuto vocante aliquos in caſu obitus ſine teſtamento. cap. 4. num. 4.

Pupillaris ſubſtitutio permittitur; ſi permittatur filio alienatio per ſtatutum. ibid. n.6.

Pupillaris ſubſtitutio dicitur pars, & ſequela teſtamenti paterni. ibid. n. 9.

Pupillaris ſubſtitutio habent bifrontem naturam, ſcilicèt teſtamenti patris, & filii. ibid. num. 11.

Pupillaris ſubſtitutio; an ſit teſtamentum patris, vel filii. c. 4. per tot.

Pupillariter ſubſtitui, an poſſit maſculus agnatus in feudis excluſa fœmina proximiore. ibid. per tot.

Pupillaris ſubſtitutio patris legitimi, & naturalis, & patris arrogatoris, an valeat. cap. 68. per tot.

R

Reduplicatur perſona ob patrimonia in diverſis Urbibus ſita. c.148. n.9.

Regula, poteſt quis ut alius, quod non poteſt per ſeipſum, *declaratur*. c. 117. n.1.

Regula, par in parem non habet imperium, *declaratur*. c.117. n.2. & 5.

Regula jura duorum, quando deveniunt in unum, & ſunt in eadem perſona, tunc ea remanent diſtincta, *declaratur*. cap.9. & 16.

Regula Cancellariæ moderatoria Indultorum Cardinalium, an comprehendant Cardinalem Patronum. c. 57. n. 2.

Remedium aſſecurationis dotium, an competat filiis. c. 115. n. 10.

Renunciatio facta per filiam; an obſtet ejus filiis ex propria perſona venientibus prædefuncta renunciante? cap. 125. num. 5.

Renunciatio qua cautum ſit, ne filii poſſint venire ex propria perſona, an noceat filiis. cap.125. num. 1.

Renunciatio pro ſe, ex filiis, & hæredibus, utrum noceat filiis ex propria perſona venientibus? c. 125. n.1.

Renuncians portioni Conſuetudinis Neapolis, an poſſit inſtitui hæres in fraudem proximiorem in gradu, quibus ob renunciationem delata fuiſſet hæreditas, & qualiter detegatur fraus. c. 5. per tot.

Renunciatio ob dotem habitam per filiam, an noceat nepotibus ex ea. c. 119. n. 7.

Replicatio ejuſdem perſonæ localis, an fieri poſſit virtute Divina? c. 1. n.3.

Requiſita juris accreſcendi proprii ab improprio diſcernendi. c.33. n.3.

Reſciſſio contractus cenſualis ſuper feudo fit cum utroque hærede, ſcilicèt in feudalibus, & in burgenſaticis. c. 3. n. 10.

Reſervationes beneficiorum diſtinguuntur in plures ſpecies. c. 57. n.4.

Res immunis, an tranſeat immunis ad emptorem? c. 63. n.11.

Rex an tot perſonas repræſentet, quot Regna titulos, & ditiones poſſidet. c.60. per tot.

Rex Sereniſſimus noſter Catholicus quot titulos habeat? c. 60. n. 2.

Rex noſter Catholicus Dignitates Eccleſiaſticas confert ex Conceſſione Apoſtolica, quæ recenſentur. c. 60. n. 9.

S

Sacra Religio Hieroſolymitana ex quot Ordinibus conſtituatur. c. 112. per tot.

Sacramentum Viatici, an quis per ſeipſum ſumere poſſit. c. 26. n. 5.

Salarium duplex debetur duplex exercenti officium. c. 87. per tot.

Sede Epiſcopali vacante qualibet Eccleſia Cathedralis, ſeù illius Capitulum creat Vicarium Capitularem. c. 20. n.8.

Sententia lata contra debitorem, an noceat alteri creditoris ſcienti. c. 146. n. 8.

Sententia lata inter alios, an noceat tertio? ibid. num. 3.

Separatio bonorum non habet locum in feudis, officiis, & juribus Regalibus. cap.111. num. 1.

Separatione bonorum petita, an creditores defuncti poſſint moleſtare hæredem? cap. 6. num. 4.

Separatio poteſt peti per creditores defuncti in actione perſonali, ut præferantur creditoribus hæredis hypothecariis, & intra quinquennium. c. 6. n.3.

Sepeliri an poſſit Rex extra ditionem ſuam cum inſignibus Regis. c.108. & 109.

Servitutes prædiorum confunduntur, ſi unus fiat dominus prædii dominantis, & ſervientis. c.108. num. 3.

Servitus extinta per acquiſitionem dominii prædii dominantis, an reviviſcat vendito prædio ſervienti? c.16. n.6.

Servo proprio ſine libertate, an legari poſſit, & an impediatur jus accreſcendi reſpectu collegatarii. c.124. n. 9.

Servo communi ſtipulante ab uno ex dominis, an ſubſiſtat ſtipulatio? c.127. n.1.

Servo hæredis legari non poteſt, quia eſſet legare ab ipſomet hærede. c.124. n.1.

Servo hærede inſtituto, ſi dominus gravetur, an detrahat trebellianicam? c. 127. n.4.

Servo communi hæredis, & Titii legatum acquiritur totum Titio. c. 124. n.2.

Servus communis plurium pro pluribus perſonis reputatur juxtà numerum dominorum. cap.20. num. 1.

Servus plurium dominorum unica verborum conceptione acquirit omnibus dominis. cap.12. num. 3.

Simulatio perſonarum in contractibus, an ſit illicita, ſi dans pecuniam ſit incapax. cap. 113. num. 6.

Societas an ſit leonina, ſi non teneatur ſocius ultra ſummam, quam poſuit in ſocietate, cum poſſit lucrari ultra eam? cap. 42. num. 5. & ſeqq.

Societas eſt jus incorporale, & individuum. c.49. num. 2.

Societas inter cohæredes eſt incidens, & impropria. c.49. n. 8.

Socii, & negotiatores repræſentant plures perſonas, cum differentia debiti ſocialis à proprio. c.8. n.1.

Socii plures, an ſint una perſona formalis? cap.49. per tot.

Socius repræſentat ſuam perſonam, & ſociorum vi reciproci mandati. c. 42. n. 1.

Socio contrahente nomine proprio, & pro ſociis, an ſingulis pro virili acquiratur. c. 72. num. 1.

Socius contrahens plures ſocietates, repræſentat plures perſonas. c.72. n.3.

Socius ſi exigit partem ſuam, an teneatur communicare? Et quid ſi communis debitor ſit ſolvendo? c. 49. n. 5. & 6.

Socius tutoris, an poſſit exigere totum, & quid ſoluta ſocietate? ibid. n.4.

Socius emendo à ſocio partem ſuam, tunc ſocius obtinet totum jure ſuo, & cedens tollit ſe de medio, & quæ utilitas. ibid. n. 2.

Societatis principalis regulæ non procedunt in ſocietate incidente, qualis eſt inter hæredes. Et quid ſi cohæredes voluerint inducere ſocietatem principalem, quia eſſet ſocietas multorum annorum. ibid. n. 8.

Socius an obligetur pro debito contracto per ſocium diſſoluta ſocietate? cap. 42. num. 3.

Socius an obligetur ex facto conſocii, ſi adeſt Complementarius? c. 42. n. 6.

Socius an poſſit ſumere cambio pecuniam à ſeipſo? c. 107. n. 5.

Solvens debitor habens proprium debitum, & aliud ex fidejuſſione cenſetur ſolvere debitum proprium. c.72. n.5.

Solutio an cenſeatur facta per hæredem pro liberanda hæreditate? c. 89. n.2.

Specialiter nominatur quis cenſetur ratione præheminentiæ, non ut habeat pinguius jus. cap. 17. num. 4.

Specialis mentio ante collectivam tribuit virilem ſingulis nominatis, ſecus ſi ſubſequatur enumeratio poſt collectivam. c.20. n.4.

Statuta punientia delinquentes, an locum habeant contra mandantes? c. 25. n. 4.

Statuto vocante aliquos in caſu obitus ſine teſtamento, & ſine filiis vocati non admittuntur facta ſubſtitutione pupillari. c.4. n.4.

Subſtitutus idem, & inſtitutus, an quis eſſe poſſit? c. 131. n.1.

Subſtitutio pupillaris, vide verb. *Pupillaris*.

Succeſſorum edictum, quando locum habeat. c.134. num. 4.

Superior quis idemmet, & inferior, an eſſe poſſit. c. 139. n. 3. & ſeqq.

T

Tabelliones. vide verb. *Notarius*.

Territorium ſi Pontifex ſeparat à Diœceſi Epiſcopi, tunc amplius non eſt de Diœceſi. c.73. per tot.

Territorium ſeparatum nullius declaratur, & qualiter probetur, & ſi non probetur ex privilegio Apoſtolico, vel probandum ſit per immemorabilem, qualiter Sacra Congregatio decernat. c. 82. per tot.

Teſtamentum ad pias cauſas diſpenſatur à lege quoad ſolemnitates, prout illud militis. cap.2. num. 1.

Teſtamentum poſterius militis, an rumpat primum. c. 1. n.8.

Teſtamentum inter liberos æquiparatur teſtamento ad pias cauſas. c.2. n.5.

Teſtatoris præceptum de extinguendo debita hæreditaria ex fructibus, an reſolvatur in conſilium ad hæredis commodum. c. 138. n. 5. & 6.

Teſtatores ſolent remittere ſolemnitates in declarando voluntatem ipſorum, quando relinquunt hæredem fiduciarium, & ad quem finem. c. 79. num. 6.

Teſtator poteſt diſponere de bonis hæredis propriis. c. 34. n. 3.

Teſtator ſi injunxit onus aſſumendi nomen, & cognomen, & inſignia ſua, ſuccedit Monacus durante illius vita. c. 88. n.7.

Te-

I N D E X.

Teſtator inſtituens aliquem in parte purè, & in alia parte ſub conditione, tunc cenſetur conjunctum jus accreſcendi in illa parte, in qua purè hæres eſt inſtitutus. c. 133. n.6.

Teſtator ſi inſtituat filium jam natum, & naſciturum quartam portionem habebit jam natus, & qualiter capiet totum ante nativitatem naſcituri? c. e33. per tot.

Teſtatus pro parte, & pro parte inteſtatus decedit Civis Neapolis juxtà conſuetudinem ſi quis, vel ſi qua, *idque declaratur, & an ſit inteſtabilis quo ad portionem conſuetudinariam, ità ut teſtamentum non valeat etiam conditum juxta Conſuetudinem.* c. 5. per tot.

Teſtatus pro parte, & pro parte inteſtatus quis decedit, ſi habeat patrimonia ſita in diverſis Urbibus. c. 148. n. 9. & 10.

Teſtatus pro parte, & pro parte inteſtatus decedit miles. c. 1. n.8.

Teſtatus pro parte, & pro parte inteſtatus decedit Baro, quo ad bona paganica, & feudalia. cap. 3. per tot.

Teſtatus pro parte, & pro parte inteſtatus decedit condens teſtamentum ad pias cauſas, & qualiter. c. 2. n.5.

Teſtatus pro parte, & pro parte inteſtatus decedit Epiſcopus ob diverſa patrimonia, & qualiter. c. 30. per tot.

Teſtatus pro parte, & pro parte inteſtatus decedit pater inter liberos teſtamentum condendo. c. 2. num.5.

Teſtes mille putà ſingulares, an probent quantum unus, vel minus, aut plus, & diſtinguitur ſingularitas. c. 148. n.8.

Teſtis an fungatur vice duorum, vel non probet ſcribens, & ſubſcribens apocam de mandato debitoris. c. 13. per tot.

Textus in l. tutores, ff. de adminiſtr. tut. expenditur. c.5e. n.2.

Textus in l. ſi filius, ff. de bonis liber. expenditur. cap. 56. n. 2.

Textus in l. emancipatum, §. fin. ff. de ſenat. ponderatur. c. 56. n.3.

Teſtus in §. ſervus etiam alienus, Inſtit. de hæred. inſtit. laudatur. c. 138. n. 3.

Textus in princ. Inſtit. de ſtipulat. ſerv. laudatur. c.e38. n.7.

Textus in l. jubemus §. C. ad Trebell. expenditur. c.73. n.2.

Textus in l. pupillus, §. item ipſe tutor, ff. de act. tut. l. in emptione, §. fin. ff. de contrahend. empt. explicantur. c. 83. n. 4.

Textus in l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœnis, expenditur. c.131. n.4.

Textus in Auth. hoc ità, C. de duobus reis explicatur. c. e03. n.3.

Textus in l. ſi plures, ff. de pact. cum gloſ. ibi dilucidatur. c. 1. n. 7. & in c.52. per tot. *ubi diſcutitur utrum in verbis textus adſit mendum, ut ibi.*

Textus in l. ſi quis Attio, ff. de uſufruct. accreſcend. ponderatur. c.123. per tot.

Textus in l. ſi is, qui bonis, ff. de acquir. hæred. elucidatur. c. 122. per tot.

Textus in cap. 2. de decimis declaratur. cap. 48. num. 2.

Textus in l. 1. §. In honorariis, ff. de var. & extraordin. cognit. declaratur. cap. e20. num. 7.

Textus in cap. pen. §. porro de elect. in 6. expenditur. c. 18. n. 7.

Titularis ſuper proprio beneficio habet commoditatem penſionis, & qualiter. c. 90.

Torqueri an poſſit ex proceſſu informativo ex præheminentia M. C. V. reus principalis, nedum ut principalis, verum etiam tanquam teſtis quoad alios? c.45.

Tranſmittitur hæreditas ante diem, ſe ante decedat hæres fiduciarius. c.78. n.11.

Trebellianicæ prohibitio, an cenſeatur hodiè in teſtamentis appoſita? c.73. n.8.

Trebellianicam, & legitimam, an deducat filius fideicommiſſo gravatus. cap.73. per tot.

Trebellianicæ prohibitio, an arguat excluſionem fiduciarii hæredis. cap.77. num.7.

Tutor an poſſit emere rem pupilli. c.12. n.8.

Tutor an poſſit uti quilibet alius, & diverſa perſona conducere rem pupilli. c. 51. n. e.

Tutor an poſſit eſſe concedens, & conceſſionarius rei emphiteuticæ. c. 51. n.5.

Tutor an poſſit à ſeipſo emere annuum cenſum ex pecunia pupilli, ut ſubintret in locum hæredis. cap. 51. num.8.

Tutor nominatus in teſtamento, an percipiat legatum recuſando tutelam. cap.75. n.1.

V

VEnditio facta de feudo cum pertinentiis, an veniant ea, quæ ſeparabiliter accedunt. cap. 63. n. 4.

Vendita res tranſit ad emptorem in eo ſtatu ultimo, quo erat penès venditorem. c.63. n.10.

Venditio facta de domo, an cenſetur vendita via ubi non expreſſa. c.63. num.5.

Vendito Caſtro non veniunt functiones Fiſcales. c. 63. n.4.

Venditor hæreditatis dicitur proprius hæres. c.147. num. 5.

Venditor feudi ſine aſſenſu ante impetrationem, an poſſit revocare ex perſona propria. Collect. num. 28.

Venter pro tribus partibus impedit ſucceſſionem. cap. 131. n.8.

Verbis conjunctis, an fungantur vice unius perſonæ. c. 24. n. 7.

Verbum repræſentare quid ſignificet. cap. e42. num. 7.

Vicarii Generalis Epiſcopi muneris, an meminerint Sacri Canones. c. 58. n. 1.

Vi-

Digitized by Google

INDEX.

Vicarii Urbis munus Cardinalium explicatur. c. 59. n. 1.

Vicarii Capitularis votum, an augeat numerum eligentium. c. 39. n. 7.

Vicarius ſimplex præcedit in Choro, & Capitulo præſente, vel abſente Epiſcopo. c. 32.

Vicarius Generalis Epiſcopi, & inſimul Canonicus, an præcedat Dignitatibus. ibid.

Vicarius Epiſcopi habet ordinariam juriſdictionem. c. 58. n. 2.

Vicarius, & Epiſcopus, an conſtituant unam perſonam. c. 58. n. 3.

Vicarius Epiſcopi, an poſſit exequi delegationes, & diſpenſationes directas Epiſcopo. ibid. n. 4.

Vicario, an conveniant omnia ea, quæ conveniunt Epiſcopo. cap. 58. n. 5.

Vicarius Epiſcopi non ſtat ſyndicatui, & delinquendo, an cognoſcatur à Metropolitano. cap. 58. num. 8.

Vicariorum plures ſunt ſpecies. c. 58. n. 9.

Vicarius Urbis *repræſentat Papam, tanquam Epiſcopum* Urbis*, & regit Curiam, ut Ordinarius,* cap. 59. num. 2.

Vice-Legati Nuncii aſſiſtentes apud Imperatorem, & alios Principes explicantur. c. 36. n. 9.

Una perſona uti repræſentans perſonas contrahentium, an celebrare valeat cambium. cap. 12. num. 1.

Una perſona formalis conſtituitur à pluribus perſonis materialibus. cap. 91. n. 1.

Una perſona, an repræſentare poſſit duas perſonas, ſi plures qualitates compoſſibiles concurrant. cap. 11. num. 8.

Una perſona ſubſtinet vices plurium, ſi habetur reſpectus ad perſonam officii. c. 12.

Una perſona quare ſubſtinet vicem duorum. cap. 70. num. 3.

Unio diſtinguitur in eam, quæ principalem, & acceſſorium, ſeù per viam annexionis. cap. 40. num. 4.

Unio per viam annexionis non intelligitur quoad ſeparationem territorii. cap. 40. n. 5.

Unionis tres ſunt ſpecies, una æquè principalis; altera ſubjectiva, ſeù acceſſoria; tertia per incorporationem. c. 50. n. 4.

Uſufructuarius univerſalis, an agat contra hæredem debitorem hæreditatis. c. 101. n. 2.

Uſusfructus ſi legatur extraneo, & hæredibus, an totus ſpectet ad collegatarium. c. 122. n. 7.

Uxor uſufructuaria bonorum viri intervenire cenſetur pro intereſſe uſusfructus. cap. 143. num. 8.

Uxor, & maritus, an cenſeantur una perſona, itaut maritus non poſſit habere duos majoratus incompatibiles unum jure proprio, alium jure mariti, Collect. n. 30.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

NEAPOLI MDCCXXII.

EX TYPOGRAPHIA

LUCÆ VALIERO.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3